FRAGMENTA

POETARUM ROMANORUM

COLLEGIT ET EMENDAVIT

AEMILIUS BAEHRENS

LIPSIAE

IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI

MDCCCLXXXVI

16

LIPSIAE: TYPIS B. G. TEUBNERI

EDITORIS PRAEFATIO.

Cum uiri quidam amici identidem admonerent ut Poetis Latinis Minoribus adderem uolumen, in quo quae Scaligeri Pithoei Burmanni Wernsdorfii collectionibus continerentur fragmenta poetarum latinorum commode conlecta meaque opera emendata extarent, eo equidem lubentius illis morem gerendum putaui, quo maiorem inde a multis annis his quoque Dauniae Camenae reliquiis pretiosissimis inpenderam operam. quamquam ultra uiros illos progrediendum nec (ut hi fecerant) maiora quaedam fragmenta forte fortuna electa, sed certo cum consilio omnia quotquot extant in unum esse congreganda statim mihi apparuit. quam tamen rem quod exceptione non carere nolui, prudentes spero conprobabunt. praeter inscriptiones igitur (de quibus cf. PLM I praef. p. VI) scaenicae poeseos reliquias in Ottonis Ribbeckii libris notissimis obuias non minus secludendas putaui quam eas, quae ex saturis Menippeis aetatem tulerunt, quae praesertim in Petronii Buecheleriani editione minore facile unicuique pateant. et siquis utriusque generis indolem naturamque secum perpenderit, quod ita rem gesserim non inprobabit. qua oneris parte non parua iam liberam editionem sic institui, ut ubicumque quam maxime consulerem breuitati, quatenus salua id perspicuitate lectorumque commodo fieri licuit. itaque omisi adferre de singulis poetis testimonia,

quippe quae facile harum rerum studiosi petere pos sint ex Teuffelii HLR (quamquam nonnullis testimo niis exscribendis maiorem abhinc curam inpensur iri optare licet; usus sum autem editione tertia nec in auctorum lemmatis adponendis quidquar antiquius habui quam ut abundantiam omnem reci derem. nec minus superflua uitare studui in adno tandis codicum scripturis; in quibus hic illic omis quae nullius omnino essent pretii, id ante omni effecturus ut quidnam in singulorum fontium arche typis antiquitus fuerit traditum appareat, sed neg legens haud raro testes secundarios mediique aeu corruptelas manifestas. eodemque delectu usus sun in conmemorandis doctorum coniecturis, ut remoti scilicet prauis falsisque adscriberem quaecumque men tione essent dignae; et lege dudum sancita ubiqu eorum qui primi publici iuris fecerunt nomina sol posui*). ad ipsos autem fontes quod attinet, usus sum, ut qui fragmenta conligunt eduntque et faciuu et facere sane debent, copiis ab optimo quoque editore congestis; gratoque animo Henrici Keilii Grammaticis Latinis, Martini Hertzii Prisciano Gellioque, Thilonis Seruio, multorum aliorum recensionibus utilissimis me debere apparatum criticum profiteor. et utinam in omnibus scriptoribus latinis, quorum est aliqua in his rebus utilitas, idem liceret praedicare! et in Nonio quidem Gerlachii et Quicheratii editionibus ita sum usus, ut codicis egregii Harleiani conlationem ab Onionsio editam et ea quae ex Guelferbytano et Leidensi priore alii protulerunt religiose in usum

---

*) a qua norma in Lucilio ita recessi, ut, ubicumque LMuellerus et Lachmannus eandem protulissent emendationem, huius ponerem nomen. nam Muellerum, qui ipse testatur [praef. p. XXVIII] se identidem inspexisse Lachmanni exemplar Lucilianum, tot Lachmanni emendationes tamquam suas otulisse miraremur stuperemusque, nisi illum aliena pro suis 'itare satis constaret.

uocarem; nam sufficere plane ad crisin Nonianam tres illos libros multo usu didici. in aliis quoque scriptoribus uellem adfuissent editiones pleniore codicum notitia innixae, ut in Persii scholiis (nec in Macrobio Eyssenhardtii opera quamquam laudabalis aut Ianii copias aut ampliores perquisitiones reddidit inutiles). denique quorundam auctorum editiones quas uocare consueuimus criticas adhuc cum magno horum studiorum incommodo desiderari, non ego primus dolui. in Donato Terentiano ex Parisino et Oxoniensi nonnulla suppeditauit CDziatzko (Leidensem Voss. L. Q. 24 ipse inspexi); in Lactantio copias humanissime deprompsit SBrandtius Heidelbergensis, qui et de codicum pretio nos edocuit; nec non in Suetonio et scholiis Statianis succurrerunt GBeckerus Bonnensis et PhKohlmannus Emdensis, in Augustino AGoldbacherus.

In re orthographica uariorum temporum rationem habui, sed ut in nonnullis rebus codices sequerer duces et ex. gr. in Lucilio modo aspiratas *ch th ph* ponerem modo simplices: aequabilitatem quandam in his rebus adpetere nolui, ne priscas ubique reponendo formas nimius essem in mutando. Nonium autem quod nonnulli nuperrime censuerunt uetustam orthographiam sedulo seruasse, falsissimum omnino est; qua de re alibi, si offeretur occasio, plura.

Indicem omnium doctorum, qui singulorum poetarum laciniis congerendis inlustrandis emendandis ante me operam nauabant, accurate contextum hic subicere, eo magis superuacaneum censemus, quod facile quibus lubido est et ex apparatu nostro critico et ex aliis operibus haud paucis de ea re possunt edoceri. sed ne sua dote haec praefatio careret, placuit ex ingenti materia, quam pertractata haec fragmenta nobis suggesserunt, eligere disceptationem certae cuiusdam quaestionis, ex qua rationes nostras in priscae latinitatis monumentis tractandis initas licet cognoscere.

rum breuiorum copulatione, sic uersum quem uulgo uocamus Saturnium procreatum existimo ex duplicata illa specie primaria. quae duplicatio ita usu uenit, ut ad efficiendum rhythmum continuum una thesis omitteretur siue in fine prioris uersiculi siue in initio alterius. et hinc duplex incisionis genus est uersui Saturnio:

⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ | ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑

et porro

⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ | ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑.

quarum incisionum duarum (nec enim aliud caesurae genus in Saturnio) prior praeualet primis temporibus, ut in carmine fr. Arualium u. 2—4:

ne uérue, Mármar, síns | incúrrere ínpesóris.
satúr fu, fére Márs: | limén salí, sta bérber.
semúnis álterní | e áduocá sic cónctos.

et sic in inscriptione A. Atilii Calatini (cons. a. 258 et 254 a. Chr.):

hunc únum plúrimaé | consséntiúnt géntes
*populí primáriúm | fuísse uírum nótum.**)

---

*) ita enim scripsi. legimus Cic. Cat. m. 17, 61 *quanta* (fuit auctoritas) *in A. Atilio Calatino! in quem illud elogium: 'hunc — uirum'. notum est totum carmen incisum in sepulcro. iure igitur grauis, cuius de laudibus omnium esset fama consentiens.* ita codd. **PEL**^{2} (*est itiotum* L^1) et **Vv** (Hermes XX p. 338), *notum totum c. est* **I** *notum totum est c.* **BRS**. pessime autem in uulgata lectione omitti illud *totum*, iure monuit Fleckeisenus (misc. crit. 57); sed *notum* ipsum uix in hac quidem sententiae parte recte se habet; quota enim lectorum pars elogium illud cognouerat? male inde ab editione principe uerba elogii finiuerunt in illo *uirum* secundum Cic. de fin. II 35, 116, ubi sane ea ita finiuntur et finiri potuere. sed si mecum *nótum* ipsi reddideris elogio, quomodo plurimae gentes sic iudicare potuerint manifestum fit (recte glossator in **V** *notum* explicat per *cognitum*; cf. et Tac. Agric. 5 *noscere prouinciam, nosci exercitui*); et iure iam pergit Cicero: *est totum c. i. i. s.*: tanta erat uiri auctoritas, ut publice ei poneretur hoc elogium. — de *uírum* cf. infra.

sed cito altera incisio magis increbruit, ut iam uariatur inter utramque in titulo Scipionis CIL I 32*), postquam cultior huius poeseos forma opera Liuii Andronici extitit; quae res tam tacito sensu rhythmi quam exemplo senarii iambici a Liuio litteris latinis donati effecta est. quamquam numquam plane euanuit prior caesura; ut habet adhuc titulus M. Caicilii (a. a. Chr. 130) u. 2 *hospés, gratúm (e)st, quom apúd* | *meas réstitísti seédes*; ita enim est incidendum, quoniam a *meas* noua incipit linea (nam cum recordatione pristinae copulationis in hoc titulo singuli uersus bipartito sunt scripti). facili autem degressione hic adnotabo, falsissime se habere nuperrimum inuentum, quo in priore incisione aiunt non posse tertiam thesin ex longa syllaba constare aut dissolui; quod ut c. fr. Aru. u. 2 et 4 refutant, ita alia exempla non ita pauca. unde ex. gr. in uersu Naeuii a Varrone VII 34 tradito *at quae prius pariet lucustam lucam bouem* (ita enim Flor.) secure emendatio ita derigitur, ut illa *prius pariet* et *lucusta Lucam* (de forma *lucusta* cf. Schwabius in Fleckeis. ann. 1872 p. 415) adlitteratione iuncta non diuellantur, hoc est *atqué priús pariét* | *bouém lucústa Lúcam*. in quibus quam egregie extollatur paruitas locustae eo ipso, quod inter *bouem* et *Lucam* est posita, ultro apparet. — neque ex. gr. in Varronis fragm. 3, 4 offendendum est.

Antequam priorem Saturnii partem relinquimus, admonendum est, non adesse causam sat iustam, cur in ea thesin supprimi posse statuatur. nam ex titulorum exemplis, postquam alia iam rectius sunt explicata, unum restat Scip. IV 2 *aetate quom parua posidet hoc saxsum*. ubi tamen agnosco perfectum etiam

---

*) antiquissimum Scipionum titulum CIL I 30 iuniorem esse, ut intellexerunt Ritschelius opusc. IV 222 et Buechelerus, ex incisionis genere plane stabilitur.

a sententia melius *posideit.* sic etiam ibidem u. 3 *quoiei uita defecit, non honos, honore* (ubi quod explicant *honorem,* sane non satis facit, sed de corruptela male cogitatur) ego *honore* explico *honorei,* ut adsit lusus: non defuit ei ad honorem consequendum cupiditas honoris (cf. Naegelsbachii stil. lat. p. 58[7] sq.), sed uitae spatium iustum. et saepius sic *e* pro *ei* praesertim in Scip. II (cf. infra). unde sic scandendum *aetáte quóm paruá* | *posídeit hóc sáxsum.* et in monumentis litterariis unicus Naeuii uersus *magnum stuprum populo fieri per gentes* facillime potest sanari. ceterum obseruationis nostrae ratio in propatulo est posita. cum enim antiquissimo tempore post tertiam arsin incidere solerent, satis esse libertatis putabant unam thesin in fine prioris partis suppressam; qui usus etiam tum perdurauit, cum altera incisio praeualuit.

Ad alteram uersus Saturnii partem peruenimus. in qua notum est thesin eam, quae est totius uersus sexta, interdum supprimi, maximeque (id quod scite obseruauit Buechelerus) in confinio duarum aut uocum (*Sámnió cépit*) aut syllabarum in uocabulis plus quam bisyllabis (*crébro cóndémnes, Maárco Caícílio, uíctóris, grátulábátur*). quamquam par est semper hanc suppressionem duram esse uisam; et sine dubio in ea statuenda nimii sunt nostri saeculi docti; multaque huc pertinentia infra aliter a nobis explicabuntur. — quod LMuellerus (p. 50) obseruat, cum post caesuram nouus rhythmus trochaicus adsit, primam in hac altera parte thesin plerumque breuem esse, hoc neque falsum est neque uerum, cum praesertim de rhythmo trochaico non possit esse sermo. postquam enim in priore parte illa inter accentum metricum et grammaticum discordia infra disceptanda regula est facta, sua sponte blandiebatur auribus ea in altera parte ratio, qua discordia illa tolleretur. unde quarti pedis ·rsin cum quinto pede in unicam uocem coniunge-

bant; quam in rem uoces creticae ob harum in lingua latina copiam ultro se offerebant (*Scípió, Sámnió, glóriám*). hoc iam a Korschio animaduersum non ex discordia illa explicatur (Muellerus p. 57), siquidem in *Sámnió* adest accentuatio a uulgari non nimis recedens, sed ex naturali quodam studio dissoluendi sensim in parte posteriore repugnantiam illam prioris propriam. et in uniuersum quidem raro alterum hemistichium seruat recedentem a uulgari accentum (ut *rés uoló profári*); nec tamen titulus tantum Mummianus eo tempore, quo usus arsque saturnios condendi iam non uigebat, confectus grauius discrepat u. 2 *Romám rediéit triúmphans*, sed inueniuntur etiam alia exempla. ibi quoque, ubi non adest uox cretica (cuius rei multa inueniuntur exempla praesertim in priore genere incisionis), quinta thesis longa esse et arsis insequens dissolui potest: *Aléria*(*m*)*que úrbe*(*m*) *púgnad, aíde*(*m*) *méretod uótam, fórtis uír* (neque enim *s* abicitur, ut infra uidebimus), *crébrō cóndémnes, mágnīqué Atlántes, ádprīmús Patróclus, praédīcít cástus* (et hic in thesis suppressione uides iterum discordiam illam nasci).

Ad grauiora nos conuertamus, hiatum et synaloephen. et in incisione quidem semper locum habere hiatum, dudum est obseruatum; neque difficile hoc nunc explicatur ex ipsa origine uersus nostri. quod ad cetera, in thesi debet uocalium elisio fieri. nam quae hanc regulam deserere uidentur exempla, infra explicabuntur (ut tit. Sor. 2 *uóto hóc solúto*). consulto autem locutus sum de uocalium synaloephe; quod ad *m* attinet, nouam eamque fructuosissimam mihi uideor fecisse obseruationem. iam alii suspicabantur posse uocabula in *m* exeuntia non coalescere cum eis quae a uocali inciperent; ulterius progressus ego hoc pronuntio, *m* nunquam in saturniis elidi (nam illa *fitumst, postquamst* non repugnare regulae quis nescit?). sic enim non solum nonnulli uersus, in qui-

bus antea pessime prioris partis thesis tertia suppressa uidebatur, iam recte profluunt, ut Naeuii *ibí forás cum aúro* et Liuii *aut in Pylúm aduéniens*, sed etiam multae mutationes fiunt superuacaneae: *apúd Nymphám Atlántis, uírginém oráret, partím erránt, postquám auém aspéxit, ámborúm uxóres, óptumúm appéllat, Troiám urbém liquísset.* quibus locis syllaba in *m* exiens arseos ui infra disceptanda longa fit. hinc apparet in titulo Caicilii u. 3 *quom apud* esse anapaestum; Scip. II 2 *duonóro óptumó* hiatum in thesi eo quod *duonorom* genuinum abbreuiauit lapicida explicari*); Scip. III 1 (qui uersus postea additus est) neglecto eo quod in margine est additum *quei* scandendum esse *apicé(m) insígne Djális* (de synizesi cf. infra). hinc quoque et fragmenta ante desperata, ut Naeuii 35 (ubi falsissime Valerio Manii praenomen fuisse sumit LMuellerus auctore Merula: cf. Pauly, encycl. real. VI 2336), sine difficultate iam leguntur**) et falsitatis redarguuntur coniecturae doctorum

*) lapicida, non tituli auctor, in eo quoque peccauit, quod ibid. 3 dedit *Luciom Scipione, filios Barbati*, ubi emendo *filiom* (non auctore Haueto *filio*). — in Liuii uersu *igitur demum Ulixi cor frixit prae pauore* LMuellerus *cor* ante *demum* traiecit pessime, siquidem *igitur demum* necessario cohaeret (ut apud Plautum) nec iam 'hiatus' est offensioni (de grammaticorum lectione *demus* cf. notam sq.). ceterum scio in tituli Osci (Fabretti 2873; cf. Buechelerus m. Rh. 30 p. 442) Saturniis uoculam in *m* desinentem coalescere cum sequenti; sed nihil hoc ad latinorum saturniorum usum antiquitus sancitum; qua de re alias plura.

**) data occasione moneo, falsissime LMuellerum (praef. Enni p. XLIV sqq.) ingentem in carminibus Saturniis grassatam esse interpolationem mente sibi finxisse. nam omnes hexametri similesque uersus inde facti simplicissimis remediis possunt sanari et maiorem partem medio demum aeuo sunt orti. in Liuii uersu in nota superiore tractato ex Paulo p. 70 discimus grammaticos *demum* remouisse et reposuisse *demus*; nam esse hanc grammaticorum fictionem 'hiatum' delentium, primo apparet optutu, siquidem *demus* forma reiectanea et ridicula est. sed in textum has interpolationes raras omnino non in-

recentium haud paucae (ueluti Ennii fragm. 99 male Naeuio dederunt saturnium restituentes) et uersum a Mario Victorino adlatum *cum uictor Lemno classem Doricam appulisset* ficticium esse certo apparet. ceterum ut hoc obiter addam, neque scaenici etsi suae aetatis consuetudini cedentes omnes omnino uoces in *m* finientes synaloephen pati uoluerunt (qua de re alibi) neque uero is qui in hac re scaenicorum usum amplexus est Ennius, qui habet pauca elisionis omissae exempla; et huius socius est ipse adhuc Lucilius. neque longe quaerenda est huius in *m* elidenda abstinentiae uatibus Fauniis placitae explicatio. cur postea quoque in uersu ex. gr. *multum* (*e*)*st*, sed *mult*(*um*) *ille*, cur *serua* (*e*)*st ea facta*, sed *seru*(*a*) *ea facta* pronuntiabant? primitus nimirum uocabulorum in fine mutilationes prohibebat syllabarum finalium grauitas; quae, ubi primum illud *est* (*es*) usu tam detritum consueuit cum uoce antecedenti coalescere, adeo adhuc praeualuit, ut potius in *est* (*es*) per apocopen *e* abiceretur (cf. et ex. gr. *comitium* a *comire*, pro quo postea *coire*); quod usu semel receptum semper retentum est. sed mutatis paulatim temporibus cum syllabae finales in dies magis eleuarentur, detruncationi iam non tam firmae obices erant structae. quam rationem quae tum saeculo a. Chr. n. tertio excolebatur poesis scaenica, utpote uitae cottidianae usum ubique respiciens, non potuit non facere suam. sed tum quoque ei, qui simul saturnios confecere (Liuius et Naeuius), non recessere a consuetudine in hoc uersu antiquitus sancita. non potuere quidem uates Faunii carere uocalium elisione, quippe quarum concursus ingra-

---

uectas esse, inde quod Seruius Liuii uersum praebens exhibet *demum* uidemus. talia sine dubio in commentariis, quales erant Cornelii et Vergilii (Varro VII 39), proponebant grammatici. et omnes difficultates, quae posteriorum temporum doctis obortae sunt in hoc metro, ex rei prosodiacae diuersitate profluxerunt.

tus esset auribus. sed uel in thesi, ubi synaloephe legitima est facta, quam lenes raraeque olim fuerint elisiones ex titulis uidemus. et hac synaloephes utpote et prisco aeuo inusitatioris et magis uulgarem sermonem referentis (cf. infra) taedio fugaque hoc intellegitur, quod sub certa condicione hiare uocabula maluerunt uates Faunii. uide modo tit. Soran. 1 *ásperé afleícta*, Liuii *aúreó eclútro*, *aút ibí omméntans*, *atqué escás habeámus*, *toppér cití ad aédis*, *fúnerá Ulixes*, Naevii *in templó Anchísa*, *ambaé abeúntes*, *multí alií* (*aleí?*) *e Tróia*, *ílicó exíbant*, *primá incédit Céreris*, *onerάriaé onústae*, *mágniqué Atlántes*. uoluerunt in his docti nonnulli formas priscas restituere (ueluti nominatiuos *citis*, *ambas*, *multis* ectr.); sed ut possunt formis traditis usi esse Liuius Naeuiusque atque adeo cum delectu cascas illas spreuisse uidentur*), ita minime his emplastris sanare licet locos omnes, quorum praeterea numerus ipse a tali coepto debet deterrere. spreto autem Ciceronis (or. 45, 152) testimonio ob certas causas inualido hiatus a poetis saturniis admissi explicationem satis probabilem adferre posse mihi uideor. dudum animaduersum est, saepe in uersu nostro breuem syllabam finalem produci ui arseos. nam etsi detrahimus ea quae olim longa fuerunt naturaliter (ut nomin. *formā*, de qua re cf. Fleckeisenus misc. crit. p. 12 sqq., porro *fuīt*, *censēt*, *macerāt*, *censōr*, *patrē* *ordinē* ectr., ut et pro *deinde* olim *deendo* loquebantur), tamen restant plurima huius explicationis expertia, ut illud Naeuii *súb unúm iudícium*, tit. Mumm. *quód in béllo uó(ue)rat*, aduerbium *facilé*, im-

*) nam etsi in Scipionum elogiis multa reperiuntur casca, haec facile inde, quod in hoc genere praeualebant formulae antiquitus traditae, suum habent intellectum. at Liuius contra Naeuiusque simul erant grammatici magistrique, qui ex uiuae linguae fonte perenni haurientes suae aetatis sermonem ut respiciebant ita excolebant. ferimus apud eos ex. gr. genet. sing. *Monetas*, sed respuimus datiu. sing. *populoi*.

peratiuus *insecé*, uocatiuus *filié*, neutra *omniá funerá pectorá*, porro *simúl*, *Runcús*, *Putiús* et prae ceteris uoculae cum *que* compositae *atqué dequé inqué namqué nequé tuqué**). nihil hic iuuant pauca exempla ex sortibus et comicis a Buechelero adlata (de decl. lat. p. 19[1]), quippe in quibus exemplo uatum saturniorum in arsi breues producantur. immo ex ipsa indole huius metri res illa explicanda. quod cum ascendat, neutiquam caueri potuit ne accentus metricus et grammaticus inter se discordarent (*e nos Lasés iuuate*); quae discordia eo minus ingrata erat, quo magis effecit ut carmen discerneretur a sermone uulgari atque cottidiano. et inde a primis initiis adeo propria huius uersus repugnantia ictuum putabatur, ut sine hac legitimo ornatu carere carmen uideretur. neque dubitari potest, quin de industria discordiam illam quaesiuerint uates Faunii. multi (ex. gr. Corssenus de pronunt. II[2] p. 955) contulere Scip. II 4 *consól censór aidílis*, ubi ponendo *aidilis censor consol* facillime posset seruari ut iustus ordo magistratuum ita naturalis accentus. ceterum caue putes, semper sic coepisse uersus Saturnios (siue duobus uocabulis *uirúm mihí* siue uno *recónciliét*): legem quandam stabilem certamque ipsa quae sic exoriebatur iteratio omni uarietate carens exclusit: de regula quadam solummodo loqui licet. sed hoc studium in accentus diuersitate positum ipsum eo deduxit, ut syllabae hoc modo sermoni cottidiano exemptae eadem arsi etiam supra priorem statum breuitatis tamquam extollerentur: desertus cum consilio accentus grammaticus ictum metricum reddidit productionis in arsi

---

*) hinc nonnulla rectius possunt constitui. in Liuii uersu uulgo scandunt *ibidémque uír súmmus ádprimús Patróclus* et in priore parte thesin esse suppressam putant. sed in *ibidem* mediam corripi, non concoquo, siquidem Naeuius alibi *ibīdem* habet (ut plerumque Plautus quoque). unde iustus fit uersus legendo *ibídemqué uir súmmus.*

porroque etiam hiatus parentem. nam illa semel admissa ultro huc quoque delapsi sunt uates saturnii, ut arsi attribuerent uim uocales coalescentes distinendi. sub hac condicione iam minus ingratus erat concursus, siquidem uocalis altera elata sat iusto interuallo ab altera depressa uidebatur distare. neque hercle offenderemur in hac re, nisi nobis idem accideret atque Romanis tempore Ciceronis Horatiique: scilicet abiecta aurium consuetudine difficile est redire ad tempora prisca rerumque initia et animo persequi poeseos per singulos gradus adolescentis historiam tenebris obrutam. toto ut aiunt caelo inter se diuersum est carmen saturnium et scaenicum: illud refugiebat, hoc studiose imitabatur cottidianum loquendi genus, a quo fere abhorret hiatus et illa per arsin productio quodque contra amat syllabarum finalium inminutionem omnem: mirabimurne prosodiam scaenicam longe alias normas secutam esse quam quas obseruabant uates Faunii in carminibus suis epicis? hi non solum (ut ad propositum redeamus) litterae *m* plenam uim semper dederunt, sed etiam *s* finalem numquam, quantum quidem hodie scire licet*), abiecerunt. porro ut ultimae aetatis poetae, ita uates Faunii *h* pro consona habebant; unde Liuius *quae haéc daps ést*, Naeuius *siluícolae hómines*, tit. Soran. *uóto hóc solúto*; cuius rei uestigia semper omni tempore liberae reip. manserunt, ut in Ritschelii PLME tab. 96E *quisque huic tumulo posuit ardente(m) lucernam* non corrigendum est *quisquis*, sed sine synaloephe *quisquĕ hŭic* pronuntiandum; cf. et uersus in Caesa-

*) nam unico qui repugnare uidetur loco Scip. III 4 *quibus sei in longa licuiset tibe utier uita* lapicidae habetur error dudum animaduersus, cui mederi studuit Fleckeisenus scribendo *utier tibe.* sed meam secutus rationem sic potius corrigo *quibús sei in lónga tíbe | licuíset útjer uíta* (de *utjer* cf. infra). — neque uero quod Varro in suis saturniis nouicia arte factis *s* interdum neglexit, contra me adferetur.

rem (Suet. d. Iul. 51) *effutuisti, hic sumpsisti.* et ut nouissimi temporis poetae Africani *qu* pro duplici consona interdum habebant, sic et poetae saturnii: *itáque póstquamst órcho, celsósque ocrís aruáque, pulchráque ex aúro téxta* (nec intellego cur LMuellerus de r. m. p. 314 hinc in uoce *liquidus*, quacum cf. *līquor* et *lĭquor*, ancipitem primam syllabam explicari neget). per se autem apparet, arcendas esse a uersu saturnio licentias scaenicorum, ueluti pyrrhichium *queant* aut correptam in *Calypsonem* (sic ut in *ipse*) secundam aut plautino more apud Naeuium pronuntiatum *mini(s)tratores.* contra ipso usu atque consuetudine in uersibus saturniis quam maxime regnante euenit, ut syllabae haud paucae a scaenicis correptae pristinam illic retinerent longitudinem. constat ex dialectis Italicis (cf. Buecheleri lex. Ital. p. XXX), in *uĭr* antiquitus *i* longam fuisse (*ueir*): legimus elog. Calatini *fuísse uírum nótum* sicque Scip. II 2 *fuíse uíro(m) nótom* (sic enim suppleo), apud Naeuium *strénuí uíri* et *fortíssimós uíros:* nonne temeritatis uix ignoscendae dices esse, si hodie critici nostri pergunt remouere id quod apud Ouidium non extat *uīr?* at qui historicum se esse in his quoque rebus probe callet, si c. fr. Aru. 3 inuenit *satúr fu fére Márs*, ex pristino *fērus* (cf. θήρ, φήρ) natum esse uulgare *fĕrus* discet; in dicto rustico *terrá pestém tenéto, sálus híc manéto* idem agnoscet priscum *sālus* (unde *Sālustius:* Fleckeis. ann. 1883 p. 779) nec malas temptabit coniecturas (ueluti *híc salús*: in salutis uocabulo praeponendo uis inest). in hac parte multa inueniuntur inuenienturque, si noui lapides in dias luminis oras prouenient, quae a doctrina uolgari longe recedunt. uetustissimam mensuram *Hercōles* duo simul testes euincunt, tit. Soran. *donú(m) danúnt Hercólei* et tit. Mumm. 4 *hanc aédem ét signú(m) Hercúlis uíctóris* (in quo uersu in alia scansione omnes regulae adhuc erutae euertuntur): retinebat hoc usus uersuum saturniorum etiam tum, cum longe alia

syllabas efferendi ratio iam inualuerat. tenebricosus est titulus Scip. II, pessime ille leuissimeque a LMuellero tractatus. supra nonnulla iam attigi; u. 6 ita lego *dedét Tempéstate(í)bus aéde(m) méretod uótam:* ut u. 4 *fuet* pro *fueit* et u. 5 *hec* pro *heic*, ita *tempestatebus* pro *-eibus* ponitur, in quo forma prisca tertii casus adest postea ipsa *e* media post accentus mutationem abolita. in Scip. I 3 *quoiús formá uirtútei parisuma fuit* non licet ullo modo *parĭsuma* metiri pro *parīsuma*; quo uetito iusta uersus scansio claudicat. sed cum adiectiui *par* comparatiuus et superlatiuus sit inauditus, aliam lectionem circumspiciendi ius nanciscimur. sic uoculam dispesco: *uirtútei* | *pári súm(m)a fúit* (h. e., ita ut uirtus non esset inferior maxima fuit): *a* longa, postea in casibus obliquis uocis *pār* quae euanuit, hic seruata est integra.

Restat ut uerba faciam de synizesi, quam saepe uates Faunii adhibebant, cum in illis *eius, eo, eorum, meas* similibusque, tum in eo quod *u* et *i* uocales faciebant consonas, qualia sunt *tva*, *dvellum*, *dvonus*. apud Liuium in uerbis *filiam Calypsonem* (ubi scaenicam in altera uoce pronuntiationem exclusam uidimus) recte sic tantum scanditur *fíljam Cálypsónem* (a radice *κᾰλ-*); nec minus in uerbis *quae haéc daps ést. qui féstus* | *diés* more ex comicis (nam hi synizesin ipsorum rationibus congruentem adsumpserunt) noto *djes* est necessarium. in Naeuiano *sacra ín mensá penátjum* | *órdiné ponúntur* sic superflua euadit coniectura *penatum*; in illo *Sicilienses paciscit* euitatur tribrachys pronuntiando *Siciljenses* (ut in eodem fragmento codd. innuunt ipsi *Lutatjus*); in uerbis *rém hostiúm concínnat* duplici nomine (et ob *m* et ob *h*, in quibus synaloephe non fiat) necesse est efferre *hostjum.* de *djalis* et *utjer* iam supra dixi; et si ex coniectura restituemus *Amuljus*, hoc et similia iam sine offensione erunt. — denique num muta cum liquida breues syllabas possit producere quaerendum

est. nec potest praefracte negari, si non priscos, at Liuium tamen et Naeuium artis graecanicae bene gnaros hac productione quamquam parce (ut fit in initio) esse usos. non premo, in Naeuiano *lácrimís cum múltis* sic non statuendam esse theseos suppressionem; maioris est momenti, quod in Liui uersu *Patróclus* potest seruari prae nimis prisco illo *Patrícoles* nec mutatione indiget Naeuianum *ínsulám intégram* (ubi perinepte LMuellerus addit *oram*, cuius mentio post insulam totam peruersissima est).

De poeseos Saturniae reliquiis nonnulla adiecturus praemitto me non stare ab eorum parte, qui *carminis* uocabulo unam solamque orationem uinctam indicari putant, totoque ut aiunt caelo distare ab eis qui non solum quaslibet precationes ad deos factas, sed etiam legum formulas, si dis placet, numeris adstrictas fuisse sibi persuadent innumeris. quae quaestio, quoniam huius praefationis fines angustos excedit, alio tempore a me tractabitur accurate nouisque argumentis, quibus omnes dubitationes exemptum iri spero. hoc nunc dico, non fuisse Romanis antiquitus aliud ullum metrum quam saturnium, eis quas exposui legibus paulatim excultum. quas leges quod ex titulis saturnios prae se ferentibus et Andronici Naeuique reliquiis erui, conprobabunt docti; ad has autem restituenda sunt cetera quae extant huius metri monumenta apud Liuium historicum aliosque (peccauit ex. gr. Hauetus eo, quod his ad ipsas illas leges explorandas utebatur). quamquam cauendum est, ne horum monumentorum numerum inminuamus ipsi leuitate ac temeritate iudicandi, ut fecit nuperrime LMuellerus. mitto eum subridicule de cantilena illa nutricia statuentem (Mus. Rhen. 24 p. 619); maioris multo est momenti uidere, quo ille modo grauissima Liuii documenta suspecta reddere studeat (de u. sat.

p. 90 sqq.): apparet Muellerum rei criticae difficultatibus haud sane paruis inparem abiecisse quae expedire nequiit. titulum tabulae a. L. Aemilio Regillo a. a. Chr. 179 templo larium permarinorum affixae, quem Liuius XL 52 nobis conseruauit, a librario codicis Maguntini deperditi pessime esse habitum transpositionibus, cum per se manifestum est tum confirmatur testimonio Caesii Bassi hinc unum uersum adferentis: turbis secundum artis regulas remotis (in qua re Hauetus bene nonnulla uidit) uerba ipsa sponte facillimeque numerum saturnium recipiunt ad leges nostras (cf. u. 2 *intér*, u. 7 *ea* et u. 11 *eius* et *rei* monosyllaba; nam synaloephen paulo frequentius adhibitam explicat tituli tempus, quo poesis scaenica iam floruit). nimirum Liuium, ubi historiis suis prisca monumenta uersibus conscripta inseruit, seruasse metrum nec nisi formas uetustas uetustamque orthographiam paululum inmutasse (ut omnes posteriores fecere), hinc apertissime elucet. — idemque conprobat Ti. Sempronii Gracchi tabula (Liu. XLI 28). — paulo difficilior est locus Liuii VI 29, quocum cohaeret Festus p. 363. miro enim fato accidit, ut et hic corruptus uel potius interpolatus sit (et inculcatum est illud *dies totidem*, postquam *post* in *per* sollemni uitio abiit) et Liuius abruperit titulum, quia nimirum, cum uellet integrum apponere, subito de corona agi inuenit, cuius loco ipse alium fontem secutus signum deuectum posuisset (explicationem a Zoellero libri ‘Latium und Rom’ p. 335 propositam inprobo). — neque quin quae Liuius V 15 seruauit metrum saturnium referant dubitari potest, dubitari potest de fide historiae ipsius teste Cicerone (de diu. I 44, 100) ex ‘annalibus’ sumptae. et hercle si quid sibi uelint uersus isti consideramus, propter ipsam quae commendatur instaurationem sacrorum Apollinarium auctoribus II (X, XV) uiris et excogitatam esse rem et in uersus coniectam intellegimus anno fere a. Chr. 213.

quo anno qui conquirebantur libri uaticini (cf. Liu. XXV 1) multa quae Apollinis cultum commendarent continuere ficta cum certo consilio ab illius sacerdotibus. qui libri postea incendio periere (cf. infra), sed unicum quod de Veis et lacu Albano agebat carmen in annales relatum aetatem tulit. et ipsa ars huius carminis maximeque alterum caesurae genus longe praeualens docet uersus illos tum factos esse tempore Andronici Naeuiique. — peruenimus hinc ad uaticinia Marciana, quae eo quo dixi a. 213 protracta a praetoribus et pro genuinis habita una cum libris Sibyllinis in templo Iouis Capitolini adseruabantur (cf. Marquardti antiq. Rom. VI 3 p. 340). ubi a. a. Chr. 83 ea incendio hausta esse par est. notum autem est templo a. a. Chr. 78 instaurato magnam in conquirendis undique oraculis Sibyllinis operam inpensam esse (Lactant. I 6, 11 et 14); et quamquam de carminibus Marcianis idem non traditur, tamen non dubito quin eis quoque recuperandis tum studuerint. iam uaticinia illa Marciana a Liuio XXV 12 seruata cum metri sermonisque poetici uestigia praeferant ubique, docti aut auersis Musis saturnios aut praeeuntibus Scaligero et Lambino (ad Hor. epist. II 1, 16) aliisque hexametros restituerunt. quamquam undenam hexametricae artis scientia Marciis longe ante a. 213 uiuentibus contigerit, nemo dum explanauit. sed de hexametris ipsis nemo prudens dubitabit; restat ut aperiam, circa a. 76 hos hexametros esse factos. quae Liuius de eis inuentis magnoque cum labore lectis narrat, non mentita putauerim, sed ad genuinos libros referenda; ipsa carmina cum uellet ille inserere operi suo, sumpsit ea quae supposita esse nesciit. anno nimirum 76 facile de clade Cannensi praedici potuit; anno 76 conueniunt sermonis quoque proprietates: u. 1 *Troiugena* et u. 2 *alienigena* siue potius *Argiuigena* (quae LMuellerus de u. sat. p. 90 pro archaismis, si dis placet, habet), ut apud Catullum primum

nunc inueniuntur, ad nouae poeseos initia, quae erant tempore Sullano, nos relegant; et Laeuii et Furii Antiatis aequalem iuniorem decet quaesita uersuum doctrina. hausit autem falsarius, quod ad res attinet, ex annalium scriptoribus, ubi quid carmina genuina continuissent in uniuersum erat expositum; post a. 76 noua oracula Sibyllina una cum Marcianis edita esse sane probabile est. Horatius certe quod commemorauit *annosa uolumina uatum*, sale et inrisione non carere puto: perspexit subtilissimus ille litterarum Romanarum existimator, anno 213 hexametros nondum factos esse. — uixerat autem Marcius uates longe ante a. 213 (Liu. XXV 12 *illustris fuerat*). hoc unicum de eo certo constat. nam oracula tum adscripta num eius fuerint, incertum suapte natura est; quamquam hoc probabile est, omnia de illius diuinationibus a posterioribus (ut a Cicerone) narrata redire ad uaticinia a. 213 circumlata. quae tamen quod Marcio potuerint adscribi, certam necesse est habuerit causam; uatesque sine dubio erat Marcius, sed non tam fata canens quam praecepta componens. qua de re quae Isidorus tradit (VI 8, 12), eo minus obnoxia sunt dubitationi quo magis conroborantur fragmentis a Festo seruatis. uir nobilis erat Marcius (Cic. de diu. I 40, 89, qui nescio quo iure de Marciis fratribus loquitur), ut omnino tum nobiles soli aliquatenus erant litteris imbuti; id quod exemplum Appii Claudii Caeci confirmat, cuius carmini Pythagoreo mire conuenit cum Marcii praeceptis; utriusque poema saturniis scriptum esse consentaneum est. et si quaerimus quo tandem pacto illis temporibus, quibus a Musis auersi erant omnino Romani, uiri aliquot nobiles studio poeseos incubuerint, in promptu est responsio. nondum nimirum Romae extiterat qui unde pueri instruerentur dedisset (ut postea fecit Andronicus), sed ipsis patribus familiarum docendi materia anquirenda erat. qui sine dubio grati erant paucis

illis, qui tam studiis quam itineribus factis ampliore paulum scientia instructi suggererent talem materiam. — et hanc sententiarum praeceptorumque moralium in scholis usum tum temporis adamatum ostendit etiam narratio apud Gellium IV 5 obuia. quidquid enim de annalibus maximis, ex quibus petita dicitur a Gellio, statuimus, tam res quam narratio ipsa ficta esse nullo modo potest. recte quidem Beckerus (antiq. Rom. I p. 10) ante bellum Punicum primum rem locum habuisse conlegit; sed tempore illo qui potuerit a pueris senarius cantari non explicauit HPeterus (Hist. Rom. rell. I p. XIV); multo minus OSeeckius, qui more hodie adamato*) fictam esse rem inexplicatam clamauit (libri 'die Kalendertafel der Pontifices' p. 84). recte intellexit Gellius uersum *malum consilium consultori pessimum est* ex Hesiodi uerbis notis esse translatum (et hinc ex fabula quadam postea illum adsumptum esse inprobabile omnino est). nullius est momenti, quod idem tum e re factus dicitur a Gellio; talia adiciunt facile qui narrant. sed cantauere pueri uersum nimirum in schola cognitum; et uides ei a praecepto morali conuenire cum Appii Claudii et Marcii sententiis. hinc saturnio metro eum compositum, sed postea ab eis qui rem propagauere in senarii speciem transformatum esse facile suspiceris (ut hoc adiciam, fictus si esset uersus, non potuisset non adsumi metrum dactylicum). nimirum hic accidit quod tam saepe in rebus ad historiam Romanam pertinentibus obseruare licet: pro suo captu non intellecta

---

*) dum haec scribo, in manus uenit Buecheleri dissertatio (mus. Rhen. 41 p. 2), qui consultoris (= qui consilium dat) uocabulum neotericum esse adseuerans Seeckii in partes transiit. at quo uocabulo iam Sallustius priscarum dictionum amator usus est, id nouicium esse quo tandem pacto euicturi sumus? est nimirum haec quoque inprobanda plane et reicula sapientia, qua obliti tristem nostrae scientiae condicionem pauca quae possidemus nobis eripere student.

inmutabant haud raro, rarissime omnino noua fingebant. — hinc deducimur ad similis generis sententiam ab eodem Gellio (IV 9, 1) *ex antiquo carmine* adlatam hance *religentem esse oportet, religiosus nefas.* LMuellerus (de u. sat. p. 82) artis praeceptis se satisfacere putat scribendo (auctore Hertzio) *oportet tete, sed* porroque *religiosumst nefas*: amat nimirum Muellerus peccare contra quartum decem praeceptorum philologicorum (cf. Ribbeckii uita Ritschelii II p. 450)! artis autem erit, in talibus uersibus, de quorum metro nihil constat, ad sententiam tamquam normam derigere emendationem, deinde uidere quomodo uersus emendatus sit discribendus. absurdum est unum solumque *nefas:* non erant ueteres Romani tam non aequo lenique animo circa aliorum de rebus diuinis opiniones. in qua uoce potest latere aut *ne fuas* (quode cogitauit Fleckeisenus) aut *ne seis.* et hoc si recipimus, euadit saturnius legibus a nobis constitutis respondens et pertinens ad sententiarum genus supra adumbratum.

Alia sunt carmina haud pauca, quae olim uersibus composita putant fuisse saturniis. tali Catonis 'carmen de moribus' specie fuisse Ritschelius sibi persuasit, de uariis metris post eum cogitauere. pauca de prisci Catonis ad filium libris scimus, quorum fragmenta omnia prosam prae se ferunt. sed si ipse se 'uatem' appellauit eiusque dicta audiunt 'oracula' (cf. FSchoellius mus. Rh. 33 p. 481), libris illis quasi quosdam uersus memoriales hic illic inspersos esse non abhorret a probabilitate. docui ante multos annos (mus. Rhen. 27 p. 223), Cassiodorium*) in panegyrico quodam tetigisse opus illud Catonis ueteris (nam de hoc solo cogitari potest) his uerbis *quid*

*) Cassiodorium esse auctorem postea didici; ceterum mei inmemor erat Usenerus (anecdoton Holderi, 1877), cum postea repeteret emendationes a me dudum l. l. propositas (p. 33).

Catonem repetam disciplinarum libros moribus transeuntem? quibus recte perpensis dubium esse nequit, quin Cassiodorius adludat non solum ad generalia in uariis disciplinis, sed etiam ad specialia in parte morali praecepta, quae Cato in sua ipsius uita sit secutus fidelissime. et hinc sic statuo, illud de moribus carmen a Gellio (XI 2) laudatum non fuisse peculiarem librum, sed partem quandam praeceptorum ad filium datorum; quae fuit Olahnii quoque opinio (die roem. Encycl. p. 271). nimirum conuenit uox 'carmen' eis quae modo de 'uate' Catone eiusque 'oraculis' dixi. et plane eandem indolem prae se ferunt, quae ex hoc carmine de moribus adferuntur, hoc est (ut Fleckeiseni in Catonianae poesis reliquiis p. 14 uerba faciam mea) 'mixtum quoddam genus uersuum et pedestris orationis'. quamquam longe ultra Fleckeisenum progressus fragmenta praeter unum omnia poetica forma carere puto: tam aperte pleraque petita sunt ex praefatione quadam, in qua historice magis disserebatur de pristini temporis laudibus. una tantum sententia uera adest in eis, quae ultimo loco profert Gellius; et hic sane aures facile numeros sentiunt. quamquam ad hos recuperandos credendum est Gellio se ex memoria adferre adserenti et liberius agendum. cum autem auribus genuinos aucuparer numeros, nescio quo modo anapaestos audire mihi uidebar hosce:

uita húmanást prope utí ferrúm;
quod si éxercés, usú teritúr,
si nón, tamen éxest rúbigó;
item homó se exércendó teritúr,
si nón, at inértia, tórpedó
plus déterit eí quam exércitió.

miraberis atque stupebis Catonem illum priscum ludentem anapaestos. multa scilicet in tanta rerum nobis obscurarum copia accidunt mirabilia; sed paululum certe mirari desines, si legeris apud Festum

p. 93 *sicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura praeciperet: hiberno puluere, uerno luto grandia farra, Camille, metes.* in quibus id mirandum est, fuisse qui de saturniis cogitarent. quamquam LMuelleri (de u. sat. p. 84) sententia, adesse carminis alicuius prisci paraphrasin pedestrem postea factam, non magis est probanda quam id quod adicit, in fine tamen fortasse haberi tetrametrum dactylicum catalecticum. nam cum in initio aperte adsint anapaesti, his neque finis repugnat. quibus agnitis facile est uidere in uoce *uerno* correcturam monachi, qui illud *hiberno* nescierit descendere a substantiuo *hibernum.* iam si post *luto* addideris illud in praeceptis sollemne *tu*, habes lenibus remediis restitutos anapaestos optimos. sed illud restat ut disquiramus, num saepius Romae patres ad filios dederint praecepta. increbuisse hunc morem ipsius Catonis exemplo, cogitari sane potest; sed hoc posito certum nomen additum esse desideramus, cum sine hoc lectoribus sponte in memoriam sit reuocatus ipse ille Cato. quid uero, si nomen propterea omissum est, quod fragmentum ex hoc scilicet sumptum esse ultro omnes intellexerunt?

Denique, ut iam Accius, nec Varro dedignatus est interdum priscis numeris Fauniis uti, quemadmodum in saturis Menippeis*), ita in epigrammatis. loquar hic data occasione de tribus illis poematiis apud Gellium I 24 seruatis, quae me quidem semper mirantem habuere quam maxime. nam ut stuporem mouet Plautus hexametris modo inuentis sibi epitaphium ponens, in quod ei metrum consuetum quodlubet adsumere fuerit expeditius, ita res ipsae in epigrammatis expositae suspicionem firmant.

*) Eumenidum uersus *prímum íste quí merét | sestértiós uicenos,* nisi potius est casu ortus meraque oratio pedestris, ostendit Varronem iam non priscorum de *m* regulam secutum esse.

nec sine gaudio uidi, sic iam OIahnium (Hermae II p. 243) sensisse, cuius uerba adpono: *sollten diese Maenner mit so klarer Wuerdigung ihrer Stellung in der Litteraturgeschichte den kleinen Epigrammenkranz gedichtet haben, der in Form und Fassung den Entwicklungsgang dieser Poesie so fein charakterisiert?* neque tamen Iahnius inquisiuit in auctorem. res est notissima, Varronem in libris 'imaginum' ipsis iconibus subiecisse paucis uerbis narrationem eorum, quae quisque in uita praestiterit, una cum breui epigrammate. supersunt de Homero et Demetrio Phalereo uersiculi disertis uerbis adscripti libris illis; ubi quod Homerus duobus senariis tractatur, mirifice conuenit cum illis de Plauto hexametris: uidemus Varronem, prout animus cum maxime inpulit, delectu non facto metro modo hoc modo illo lusisse haec epigrammatia. nam quod singula inter se differunt a uersuum numero: respectus spatii ab icone et uitae expositione relicti erat habendus. itaque tria illa epigrammata Varroni uindicamus nostro, ut puto, iure. remanet tamen difficultas in eo quod Gellius de Plauto Naeuio Pacuuio poematia ex Varronis *libro de poetis primo,* contra de Homero epigramma ex *libro de imaginibus primo* se petiisse dicit. quamquam possunt haec inter se conciliari uariis modis; omnes probabilitatis numeros hoc mihi uidetur habere, Varronem a repetitionibus suorum minime abhorrentem epigrammata haud pauca ex hebdomadibus transsumpsisse in maius de poetis opus.

Finem faciam in Ennio. quem modorum Fauniorum exactorem non omnino abhorruisse a condendis Saturniis, primo quidem optutu pauci mihi adfirmanti credent; quos ut animum intendant rationibus hisce rogatos uelim. saturam fuisse Ennii Scipionem, non fabulam praetextam, cum ob alias causas probabile est tum ob eam, quod Gellius loquitur de *libro, qui Scipio inscribitur* (IV 7); nam libri appellationem non

quadrare in praetextam certum est*). erat autem Scipio carmen polymetrum (habemus etiam nunc in fragmentis senarios, uersus quadratos, hexametros); id quod plane confirmat Suetonii (p. 20 Reiff.) definitionem hance *olim carmen, quod ex uariis poematibus constabat, satura uocabatur; quale scripserunt Pacuuius et Ennius*; in quibus neglegentes illud 'carmen' (quod uocabulum non innuit carminum uariorum collectionem) mittentesque saturae priscae historiam ipsi sibi docti peperere difficultates inutiliter. sed de satura Romana, in qua sunt nonnulla haud leuia adhuc tenebris obruta, alias fortasse agemus; nunc adicio quod ad rem pertinet, uersus quosdam a Trebellio Pollione seruatos (Enni fr. 476) omnium facillime saturniorum speciem induere. et in fine carminis, ubi ipsum Scipionem est adlocutus, Ennium adhibuisse numeros eos, quibus tot illius maiores celebrati erant tam in elogiis quam in aliis carminibus, mihi quidem nec incredibile ullo modo neque uero ineptum uidetur; immo meliorem aptioremque huius saturae exitum uix possum mihi animo fingere. ultro autem apparet iam, non alibi quam in hoc fine locum habuisse illud *Scipio inuicte,* quod Cicero (or. 45, 152) ob hiatum ab Ennio admissum attulit: hoc hiatus genus, cuius simile uix quidquam in illius fragmentis inuenies, ex uersu Saturnio nanciscitur plenam ueramque excusationem.

Scr. Groningae Batauorum m. Dec.
a. MDCCCLXXXV.

---

*) sic etiam statuere CMFranckenum (Lucil. II p. 95) eodem usum argumento, postea non sine gaudio uidi.

NUMAE

carmen saliare.

---

diuóm paréntem cánte, 1
diuóm deo súpplicáte.

quomé tonás, Leucésie, 2
prae téd tremónti quót | ibét hemúnis, déui,
conctúm maré.

CARM. SAL. (*cf. Teuffelius HLR* § 64, *Corssenus origg.* 15, *Bergkius op.* I 477, *Jordanus Krit. Beitr.* 211, *Hauetus de u. Sat.* 243) 1 *Varro de l. l.* VII 27 ab eadem uoce 'canite', pro quo in Saliari uersu (*lege* carmine) scriptum 'cante' hoc uersu | 1 diuum *hic et u. sq. Flor.* | parentem *scripsi* (*cf. Paul.* 52 cui [*Iano*] primo supplicabant ueluti parenti): empta *Flor.* em pa *Bergkius; loquitur haec praesul siue uates ad sollemnem hymnum canendum adhortans Salios* | 2 *cf. infra fr.* 10 | deo *monosyllabum* | supplicante *Flor.* (*ex mala adsimilatione*), *corr. Grotefendius;* supplice cante *COMuellerus* ‖ 2 *Terentius Scaurus* 28 *K.* aduerbium autem per 'q' debeat scribi, ut 'quom legissem, quom fecissem', quoniam antiqui pro hoc aduerbio 'quome' [*sic scripsi*: cuine **BP** cume *uulgo* qune *Jordanus*] dicebant, ut Numa in Saliari carmine; *uersus discripsi* | 1 quome *scripsi*: cuine *codd.* cume *Putschius* qune *Jordanus* | tonas *Duentzerus* (*de u. Sat.* 36): ponas *codd.* | leucesiae *codd.*; Leucetie *Duentzerus* (*infra fr.* 11) | 2 prae tet (ted) tremonti *Bergkius op. fr.* 5 (10): praetexere monti *codd.* | ibet *corruptum*; libet *Dausquius* | etinei de is **B** eunei de his **P**, *quod ita correxi ut pro* etinei *darem* e͂unei *siue* emunei, *deinde exitus uocum traicerem* emunis deei *iamque hinc efficerem* hemunis (= hemones, homines, *oppos.* semunis) *et* de(i)ui, *et hoc quidem ob metrum* | 3 conctum (-tom) mare *temptaui*: cum tonarem *codd.* (*cf. c. fr. Arual.* conctos).

3 Ozeúl, o dómine, es ómnium
patér! Patúlci, Cloési,
es iáneús, ianés *es*!
duonús cerús es oénus,
promélios déuom récum.

4 *Paulus p. 122:* in carmine Saliari Cerus manus intellegitur 'creator bonus'. — *Festus p. 146:* manuos [manues *Paulus p. 147*] in carminibus saliaribus Aelius Stilo significare ait 'bonos'.

5 *Festus p. 205:* (1) praeceptat in Saliari carmine est 'saepe praecipit'.

(2) pa pro 'parte'; et po pro 'potissimum' positum est in Saliari carmine.

(3) promeneruat item pro 'monet'.

(4) praedotiont, praeoptant.

(5) prospices, prospice.

(6) pesnis, pennis, ut Casmenas dicebant pro Camenis; et caesnas pro caenis.

---

3 *Varro de l. l.* VII 26 in multis uerbis, in quo antiqui dicebant 's', postea dictum 'r', ut in carmine Saliorum sunt haec; *meos uersus dedi* | 1 Ozeul *Bergkius cp. Etruscorum* Usil (= *sol*): cozeul *Flor.* (*praecedit* c) Cozeui *Hauetus* o Zeul *Jordanus* | o domine (o doĩe) es (*uel* 's) *scripsi*: odorieso (sc?) *Flor.* adosiose *Bergkius* | om̄ia ũo ad *pergit Flor.*, *hoc est*, om̄iaũ paĩ, *quod restitui* (omnium *bisyllabum*) | 2, 3 Patulci, Cloesi (= *Clusi*) es *scripsi*: patula coemisse *Flor.*; *Patulcii nomen latere intellexit iam Bergkius incredibilia proponens;* Patulcius Clusiuius *Jordanus* | 3 ianeus *Bergkius* (*cf. Paulus* 103 ianeus, ianitor): lancus *Flor.*, *unde* ianitos *minus recte idem Bergkius elicuit* | *post* ianes (*cf. fragm.* 12) *addidi* es | 4 Cerus es *Corssenus*: ceruses *Flor.* | ounus *siue* oenus *temptaui*: dunus (dun;) *Flor.*, *qui deinde adicit* ianusue uet, *quod deleui uariam lectionem ex uetusto codice adscriptam ad u. 3 indicari statuens* | 5 promelios *scripsi cf. fr.* 5, (12): pōmelios *Flor.* | deum *siue* de(i)uom *scripsi*: eum *Flor.*; recum *recte intellegunt* regum, *ut sit sententia: maximus dominorum caelestium.* ‖ 5 (2) pa pro patre *COMuellerus* pa (= *qua*) pro qua parte *Bergkius*, *qui et* po pro quo potissimum (*fortasse* po pro potissum) | (4) *recte COMuellerus* praedopiont | (6) penis *Fleckeis. thes. orth.* p. 11.

(7) polteo pro ulteriore.
(8) polet, pollet, quia nondum geminabant antiqui consonantis.
(9) plisima, plurima.
(10) prae ted tremonti, praetremunt te.
(11) perfines, perfringas.
(12) promedion, praecipuum, praeter ceteros meritum. [aut pro medium, hoc est participat, aut pro indiuiso dicimus].
(13) priuicloes, priuis, id est singulis.
(14) petilam suram, siccam et substrictam uulgo interpretantur. Scaeuola ait ungulam albam equi ita dici.
(15) pilumnoe poploe in carmine Saliari Romani uelut pilis uti assueti; uel quia praecipue pellant hostis.

Festus p. 210: pescia in saliari carmine Aelius Stilo dici ait capitia ex pellibus agninis facta, quod Graeci pelles uocent pesce neutro genere pluraliter. 6

Paulus p. 211: pennatas impennatasque agnas in Saliari carmine spicas significat cum aristis et alias sine aristis. agnas ⟨Numa⟩ nouas uoluit intellegi. 7

Festus p. 325: qui deus in Saliaribus Saturnus nominatur. — *Paulus p. 323:* Sateurnus Saturnus. 8

Varro de l. l. V 110: insicia ab eo quod insecta 9

---

(10) *sic COMuellerus*: pretet tremonti praetemunt. pe *codex ex Ursini apographo (frustra hoc in dubitationem uocauit Jordanus)* | (12) promedion *scripsi*: promerion *uulgo. apparet in textu fuisse* promedios, *i. e.* promelios (*ut in prisca latinitate* d *et* l *saepe uariant*), *unde inepte accusatiuom finxit excerptor. quae secuntur, decet non temptare coniecturis, sed eicere* | (13) priuiclio es *codex, corr. Ursinus* ‖ 7 pesnatas inpesnatasque acnas *Bergkius probabiliter* | Numa *addidi* ‖ **8** *et Festo et Paulo formam* Saeturnus *restituit Ritschelius*; Sateurnus *apud Festum COMuellerus.*

caro, ut in carmine Saliorum est, quod in extis dicitur nunc prosectum.

10 *Macrob. I 9, 14:* Saliorum quoque antiquissimis carminibus deorum deus canitur [*Ianus.*] — *ibid. 15:* in sacris quoque inuocamus Ianum Geminum, Ianum Patrem, Ianum Iunonium, Ianum Consiuium, Ianum Quirinum, Ianum Patulcium et Clusiuium [*cf. et Ioh. Lyd. de mens. IV 1: Πατούλκιον καὶ Κλούσιον, Ouid. fast. I 129*].

11 *Macrobius I 15, 14:* cum Iouem accipiamus lucis auctorem, unde et Lucetium Salii in carminibus canunt.

12 *Tertullianus apol. 10:* Italiam, in qua Saturnus — exceptus ab Iano uel Iane, ut Salii uolunt.

13 *Velius Longus p. 51, 6 K. de Z littera:* uidetur nec aliena latino sermoni fuisse, cum inueniatur in carmine Saliari.

14 *Varro de l. l. VII 26 [post fragm. 3 et uacuom in codice spatium]:* fedesum, federum, plusima, plurima, meliosem, meliorem, asenam, arenam, ianitos, ianitor.

15 *Festus p. 141:* Cloatius ⟨et Aelius⟩ etiam in libris sacrorum molucrum esse aiunt ligneum quoddam quadratum, ubi immolatur. idem Aelius in explanatione carminum Saliarium eodem nomine appellari ait quod sub mola supponatur; Aurelius Opilius appellat, ubi molatur.

16 *glossaria uetusta [glossae nom. ed. GLoewius p. 137]:* capides, uasa fictilia Saliorum.

---

14 *dubitari potest, num contineat Saliorum uocabula* ‖ 15 *et* 16 *dubium manet, num uocabula explicata in ipsis lecta fuerint carminibus.*

Paulus p. 3: axamenta dicebantur carmina Saliaria, quae a Saliis sacerdotibus canebantur in uniuersos semones [*ita Hartungius:* homines *codd.*] composita. nam in deos singulos uersus facti a nominibus eorum appellabantur, ut Ianuli, Iunonii, Mineruii. 17

Varro de l. l. VI 45: itaque Salii quod cantant Mamuri Veturi, significant ueterem memoriam. — *Paulus p. 131:* probatum opus est maxime Mamuri Veturi; qui praemii loco petiit, ut suum nomen inter carmina Salii canerent [*cf. et Ouid. fast. III 259, 383; Plut. Numa 13*]. 18

Varro de l. l. IX 61: uidemus — Luciam Volaminiam Saliorum carminibus appellari. 19

Alii uersus sacrorum.

flamén, sumé saméntum! 1

∪ ⊥ ∪ ⊥ adésto, 2
Tiberíne, cúm tuis úndis.

---

18 *et* **19** *quomodo sint accipienda, docet Marquardtus ant. Rom. VI* 3, *p. 420 alia quoque exempla adferens* ‖ *ceterum ut certum est maxime apud Festum latitare uerborum ex Saliorum carminibus petitorum explicationes haud paucas, ita quae huc referas dubites*; *cf. tamen:*

Festus p. 290: soniuio significat in carmine *(sequitur lacuna, Paulus p. 291* soniuio sonanti).

Festus p. 360: tame in carmine positum est pro tam.

Festus p. 190: ob uos sacro in quibusdam precationibus est pro 'uos obsecro', ut sub uos placo pro '⟨uos⟩ supplico' (*idem p. 309*).

UERS. SACR. 1 *Fronto* 67 *N.* (*de Anagniae sacris antiquis loquens*) deinde in porta cum exiimus, ibi scriptum erat bifariam sic; *uersum discripsi* (*de samento cf. Buechelerus m. Rh.* 37, 516) ‖ **2** *Seru. ad Aen.* VIII 72 sic enim (*Tiberinus*) inuocatur in precibus; *itidem his reliquiis adieci discriptum*

POPULARIS **incantatio.**

terrá pestém tenéto, | sálus híc manéto.

NUTRICUM **cantilena.**

lallá lallá lallá! | i, aút dormí aut lácta.

T. QUINCTII **tabula.**

1 *Liuius VI 29 ad a. a. Chr. 380:* T. Quinctius, semel acie uictor, binis castris hostium, nouem oppidis ui captis, Praeneste in deditionem accepto, Romam reuertit triumphansque signum Praeneste deuectum

---

(tuis *monosyll.*); *fortasse ad has 'preces' referendum, quod habet Seru. ad Aen.* VIII 63 (*Tiberinus*) in sacris etiam 'Serra' dicebatur *et ad* VIII 31 nam in sacris 'Tiberinus' uocatur.

POPUL. INCANT. *Varro r. r.* I 2, 27 *ex Sasernae libro:* cum homini pedes dolere coepissent, qui tui meminisset, ⟨te⟩ ei mederi posse. ego tui memini, medere meis pedibus, 'terra . . . maneto in meis pedibus'; hoc ter nouiens cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare. *reciso aperto glossemate* in meis pedibus *saturnium recte agnouerunt, quamquam dubito fere, an non praecedentia quoque uerba sic sint constituenda:* egó tuí meminí, | medére ⟨tú⟩ meis pédibus. *de* sālus (*male Korschius* hic salus) *cf. supra p.* 17.

NUTR. CANT. *schol. ad Persii* 3, 16 quae (*nutrices*) infantibus, ut dormiant, solent dicere saepe | lalla *tertium om. Pragensis* | i *scripsi:* ·i· *Monac.* 14482 i. *Prag.* (*utrumque* = id est) | aut *prius. om. Prag.*

QUINCTII TAB. *conciliare studui duorum testium diuersitatem supra p.* 20; *tabulam genuinam restitui posse puto ita* (*ad u. 1 cf. Ritschelius op. IV p. 204*):

Iouís pater átque díui | ómnes hóc dedérunt,
ut Quínctiús dictátor | póst nouém subáctas
urbés etiám Praenĕste | mátrem décumam cáperet.
cuius reí ergó triéntem | tértiúm póndo
corónam aúreám | Iouí donúm dat mérito.

Iouis imperatoris in Capitolium tulit. dedicatum est inter cellam Iouis ac Mineruae, tabulaque sub eo fixa, monumentum rerum gestarum, his ferme incisa litteris fuit: Iuppiter atque diui omnes hoc dederunt, ut T. Quinctius dictator oppida nouem caperet.

Festus p. 363: trientem tertium pondo coro- 2
nam auream dedisse se Ioui donum scripsit T. Quinctius dictator, cum post [per *codd.*, *correxi*] nouem [dies totidem] urbes et decimam Praeneste cepisset. id significare ait Cincius in Mystagogicon l. II duas libras pondo et trientem.

INCERTI uaticinium.

Románe, aquám Albánam | cáue lacú tenéri,
caue ín maré manáre | flúminé sinás suo!
emíssa agrós rigábis, | díssipátam ríuis
exstíngues: túm tu insíste | aúdax hóstium múris!
memór, quam pér tot ánnos | óbsidés úrbem,
ex eá tibí his fátis | núnc datám uictóriam,
duelló perfécto dónum | pórtato ámplum uíctor
ad meá templá sacráque | pátria, quórum cúra est
omíssa, ut ádsolét, | endóstauráta fácito.

INC. VAT. *Liuius* V 16, 8 *ad a. a. Chr.* 397: cum legati ab Delphis uenerunt, sortem oraculi adferentes congruentem responso captiui uatis (*cf. ibid.* c. 15); *Liuii fere Andronici Naeuiique tempore uaticinium fictum esse statui supra p.* 21 | 1 contineri *uulgo*, *correxi* | 2 suo flumine sinas *uulgo*, *traieci* (s. fl. siris *GHermannus*) | 3 emissam per agros *uulgo, inmutaui* | dissipatamque *uulgo, correxi* | 4 hostium *bisyllabum* | 6 his quae nunc panduntur fatis uictoriam datam *uulgo*, *recidi superflua* (uictoriam *cum synizesi trisyllabum*) | 7 bello *uulgo* | don. ampl. uictor ad mea templa portato *uulgo traieci* | 8 sacrāque; *cf. supra p.* 17 | quorum omissa cura est *uulgo, traieci* | 9 instaurata ut adsolet facito *uulgo, correxi*.

3*

APPII CLAUDII **sententiae.**

1 ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏑ qui, ánimi | cómpotém ésse,
ne quíd fraudís pariát | ferócíá stupríque.

2 amícum cúm uidés, | oblísceré misérias
comméntus; si ést inimícus, | néc libéns aéque.

*3 est únus quísque fáber | ípse suaé fortúnae.

MARCII VATIS **praecepta.**

1 postrémus dícas, prímus | táceas ⊥ ⏑ ⊥ ⏓

2 ne nínculús medéri | quéat ⏑ ⊥ ⏑ ⊥ ⏓

3 quamuís mouétis ódium, | dúonum *né* negumáte.

INCERTI **sententiae.**

1 religéntem ésse opórtet, | réligiósus né seis.

APPIUS (*cf. Teuffelii HLR* § 90, 5) ‖ 1 *Festus* 317 stuprum pro turpitudine — in Appi sententis | *exple fere* ⟨est iúdicís ae⟩qui | 2 fraudis stuprique ferocia pariat *cod., traieci* **2** *Prisc.* I 384 *H. de participiis passiuis deponentium agens* Appius Caecus — 'commentus' σεσοφισμένος | 1 obliscere *Fleckeisenus:* obliuiscere *codd.* | 2 commentus; si est inimicus *scripsi*: inimicus si es (sies *H*) commentus *codd.* ‖ **3** *auctor epistulae ad Caesarem de rep.* I 1, 2 uerum esse, quod in carminibus Appius ait, fabrum esse suae quemque fortunae; *unde uersiculum uel supra positum* (svae) *uel alium fingas.*

MARCIVS (*Teuffelius HLR* § 66, 1; *nos supra p.* 22) ‖ **1** *Isidor.* VI, 8, 12 apud Latinos Marcius uates primus praecepta composuit; ex quibus est illud ‖ **2** *Paulus* 176 ningulus, nullus. Marcius uates (*ap. Festum* 177 *nomen et* ne *excidit*) | ningulus *Paulus* ‖ **3** *Festus* 165 negumate in carmine Cn. Marcii uatis significat negate, cum ait | mouetis odium *scripsi*: mouentium *cod.* (monentium *Corssenus,* nouentium *Buechelerus*) | ne *addidi* ‖ *supposita a. 76 carmina Marcii uide infra.*

INCERTVS (*cf. supra p.* 24) ‖ 1 *Gellius* IV 9, 1 ex antiquo carmine | *de* m *non elisa p.* 12 | ne seis *scripsi*: nefas *codd.*

est péssimúm malúm | consílium cónsultóri. 2

A. ATILII CALATINI elogium.

hunc únum plúrimaé | conséntiúnt géntes,
populí primáriúm | fuísse uírum nótum.

* * *

LIVIUS ANDRONICUS.

I. Odisia.

uirúm mihí, Caména, | ínsecé uersútum. 1

patér nostér, Satúrni | fílié, *rex súmme.* 2

meá puér, quid uérbi | éx tuo óre súpera 3
fugít?

2 *Gellius* IV 5, 5 *in Etruscos aruspices* uersus hic scite factus cantatusque esse a pueris urbe tota fertur — uidetur autem uersus hic de graeco illo Hesiodi uersu (*opp. et dier.* 266) expressus; *Varro de r. r.* III 2, 1; *de reficto a me saturnio cf. supra p.* 23 | est pessimum (*sic Varro*: p. e. *Gell.*) *in fine testes, in initium traieci.*

CALAT. *Cic. Cat. m.* 17, 61 quanta (*auctoritas fuit*) in A. Atilio Calatino! in quem illud elogium — est totum carmen incisum in sepulcro. *idem de fin.* II 35, 116 non elogia monumentorum id significant? uelut hoc ad portam. *saturnios agnouit Ritschelius op.* IV 220, *initium adferri Fleckeisenus misc. crit.* 57 | 1 hunc unum *Maduigius*: unicum *codd. Cat.* uno cum *de fin.* | 2 uirum (*supra p.* 17) notum *scripsi*: *in* uirum *desinit Cic. de fin.*, uirum notum est totum (totum est *sim.*) *codd. Cat.* uirum'. notum est *uulgo*; *cf. supra p.* 8.

LIV. ANDR. 1 *Gell.* XVIII 9, 5 ego arbitror et a M. Catone 'insecenda' et a Q. Ennio 'insece' scriptum sine u littera . offendi . . librum . . Liuii Andronici, qui inscriptus est odyssea, in quo erat uersus primus cum hoc uerbo sine u littera. *Hom. Od.* I 1 ‖ **2** *Prisc.* I 305 *H* o filie et o fili. Liuius Andronicus in odis(s)ia (odyssia). *Hom. Od.* I 45, 85, *unde addidi* rex summe ‖ **3** *Prisc.* I 230 *sq. H.* puer pueri, cuius femininum puera dicebant antiquissimi . . . Liuius in odi(s)sia (odyssia).

4 ∪ ⊥ neque ením te oblítus, | Lértié, sum, nóster.
5 argénteó polúbro, | aúreó eclútro.
6 tuqué mihí narráto | ómniá disértim.
7 quae haéc daps ést? qui féstus | diés ⏓ ⊥ ⏓ ⊥ ⏓
8 ∪ ⊥ ∪ mátrem prócitum | plúrimí uenérunt.
9 *aut* ín Pylúm aduéniens | aút ibí omméntans.
10 ⏓ ⊥ ⏓ ⊥ ⏓ ⊥ ⏓ | ⊥ ⏓ túmque rémos
iussít religáre strúppis.
11 ibídemqué uir súmmus | ádprimús Patróclus.
12 quandó diés aduéniet, | quém profáta Mórta est.

Charis. 84 *K* puer et in feminino sexu antiqui dicebant . . ut in Odyssia uetere, quod est antiquissimum carmen . . . ubi tamen Varro cum 'a' 'puera' putat dictum, sed Aelius Stilo . . et Asinius contra. *Hom. Od.* I 64 | puer *Char.*: puera *Prisc.* | supera fugit *Fleckeisenus*: supra fugit (fuit) *codd. Prisc.* audio *Char.* ‖ **4** *Prisc.* I 301 *H. de uocatiuo in* e *agens*: Liuius Andronicus in Odi(s)sia. *Hom. Od.* I 65; *cohaeret cum priore* | enim *plurimi codd.*: tamen (men *a m. 2 punctatum*) **R** | Lertie sum *scripsi*: sum l(a)erti(a)e *codd. Prisc.; cf. Fleckeis. ann.* 1866 *p.* 8 ‖ **5** *Non.* 544 polybrum . . nos trullum uocamus. Liuius. *Hom. Od.* I 136 *sq.* | polybro *codd.* | eclutro *ego* (eglutro, *h. e.* ἐκλούτρῳ *COMuellerus ad Fest.* 396): et glutro *codd.* ‖ **6** *Non.* 509 disertim . . plane, palam . . Liuius. *Hom. Od.* I 169 | tuquae **GH** *m.* 1 **L** ‖ **7** *Prisc.* I 321 *H. de* daps *nominatiuo rariore* Liuius Andronicus in I odissiae. *Hom. Od.* I 225 | *in* haec *consona* h, i *in* dies ‖ **8** *Paulus* 225 procitum, cum prima syllaba corripitur, significat petitum. Liuius. *Hom. Od.* I 248 | matrem meam *Hauetus* ‖ **9** *Fest.* 190 ommentans Liuius in Odyssea quom ait . . significat obmanens, sed ea significatione, qua saepe fieri dicitur; id enim est mantare. *Hom. Od.* II 317 | aut *add. Guentherus* | aduenies *cod., corr. Scaliger* ‖ **10** *Isidor. or.* XIX 4, 19 struppi uincula . . . quibus remi ad scalmos alligantur. *Hom. Od.* II 422, XV 287 ‖ **11** *Gell.* VI 7, 11 adprimum autem longe primum Liuius in odissia dicit. *Hom. Od.* III 110 | Patricoles *Bergkius opusc.* I 221, *sed cf. supra p.* 19 ‖ **12** *Gell.* III 16, 11 Caesellius Vindex . . tria, in-

atqué escás habeámus | *rúsus* méntiónem. 13

partím errántt, nequeínont | Graéciám redíre. 14

sanctá puér Satúrni, | *máximá* regína. 15

apúd nimphám Atlántis | fíliam Cálipsónem. 16

igitúr demúm Ulíxi | fríxit praé pauóre 17
cor *ét genú.*

celsós ocrís aruáque | Néptuni ét mare mágnum. 18

utrúm genuá amplóctens | uírginém oráret. 19

ibí manéns sedéto, | dónicúm uidébis 20
me cárpentó uehéntem | én domúm uenísse.

---

quit, nomina Parcarum sunt 'Nona, Decuma, Morta', et uersum hunc Liuii, antiquissimi poetae, ponit ex *'Οδυσσείᾳ* . . . Mortam quasi nomen accepit, cum accipere quasi Moeram deberet. *Hom. Od.* II 99, III 237 *sq., alibi* | mortua **V** || **13** *Prisc.* I 198 *H. de genetiuo femininorum in* as *agens:* Liuius in odi(s)sia. *Hom. Od.* IV 213 | habeamus *GHermannus:* habemus *codd.* (*unus* mentionem habemus) | rusus *uel* iterum *addidi* || **14** *Festus* 162 nequinont pro nequeunt, ut solinunt ferinunt pro solent feriunt dicebant antiqui. Liuius in odissia. *Hom. Od.* IV 495 | errantes *Ritschelius*; *at cf. supra p.* 12 | nequeinont *ego* (nequinunt *Scaliger*); neque nunc *cod.* || **15** *Prisc.* I 232 *H.* (hic *et* haec puer *dixisse priscos*) Liuius in odi(s)sia. *Hom. Od.* IV 513 | maxima *scripsi*: filia *codd.*, *quod ex illius* puer *glossa prouenisse uidit Fleckeisenus misc. crit.* 13 || **16** *Prisc.* I 210 *H.* Calypsonem . . Liuius. *Hom. Od.* IV 557, V 14, XVIII 143 | nympham athlantis *plurimi codd.* (Telamonis *Buechelerus*), *qui inter* calipsonem *et* calypsonem *fluctuant; cf. supra p.* 18 || **17** *Seruius Dan. ad Aen.* I 92 et frigus pro timore ponitur. Liuius in odissia. *Hom. Od.* V 297 | cor frixit (fixit *Cassel.*) prae pauore *codd.*, *traieci* cor *et ex Homero* et genu *addidi*; *cf. supra p.* 12 || **18** *Festus* 181 ocrem antiqui, . . ut apud Liuium. *Hom. Od.* V 411 *sq. a Scaligero comp.* | Neptuni *scripsi*: putria *cod.*; aruāque *cf. supra p.* 17 || **19** *Diomed.* 384 *K.* amplector ueteres inmutauerunt amploctor crebro dictitantes, ut Liuius in odyssea. *Hom. Od.* VI 142 | amploctens **b**: amplectens **AM** ampl≡ctens **B** || **20** *Charis.* 197 *K.* donicum pro donec; ita Liuius. *Hom. Od.* VI 295 *sq.* | 2 ue-

21 simúl ac dácrimas de óre | noégeó detérsit.

22 namqué nullúm plus *córpus* | mácerát humánum
quamdé mare saéuom: uíres | cuí sunt mágnae,
tópper
confríngent ínportúnae | úndae –́ ⏑ –́ ⏒.

23 *uenít* Mercúrius cúmque eo | fíliús Latónas

24 nexábant múlta intér se | fléxu nódórum
dubió.

25 nam díuiná Monétas | fíliá dócuit.

26 ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | –́ ⏑ –́ ⏑ ínfer
an supérus tíbi fert díus | fúnerá, Ulíxes?

27 toppér facít homónes, | út priús fuérunt.

---

hentem en *scripsi Fleckeis. ann.* 1884 *p.* 836: uehementem *cod.* uehentem *Fabricius* in *GHermannus* (parentis *in fine add. Ritschelius*) ‖ **21** *Festus* 174 noegeum quidam amiculi genus praetextum purpura, quidam candidum ac perlucidum . . ut Liuius ait in odyssia . . . id est candido. *Hom. Od.* VIII 88 (II 114 *sq.*) | lacrimas *cod., corr. COMuellerus secundum Fest.* 68 dacrimas pro lacrimas Liuius saepe posuit ‖ **22** *Festus* 352 topper . . cito, sic in Odyssia [*sic Scaliger*: in eodem *cod.*]. *Hom. Od.* VIII 138 *sq.* | 1 neilum *Scaliger* (*sed* nullum = *nil*) | plus corpus *scripsi*: peius *cod.* (*quo seruato in fine* homonem *Ursinus*). | saeuum *cod.* | 2 uires *Augustinus*: uir et *cod.* | unde *cod.* ‖ **23** *Prisc.* I 198 (*cf. fr.* 13) in eodem (*scil.* Liuio). *Hom. Od.* VIII 322 *sq.* | uenit *add. Bartschius* ‖ **24** *Prisc.* I 538 *H.* nexo, nexis uel nexas, nexui . . Liuius (*Diomed.* 369 *hinc interpolatus*), *idem* 469 nexo quoque nexas uel nexis, ut Probo placet, nexui. Vergilius tamen . . Liuius uero in odissia. *Hom. Od.* VIII 378 *sq.* | nexebant *codicum pars maior l. posteriore, cum illud* uero *male intellegeretur* | nódum dúbio *Buechelerus, qui et* plexu *coni.* ‖ **25** *Prisc.* I 198 *H.* (*cf. fr.* 13) ibidem. *Hom. Od.* VIII 480 *sqq.* | diuina *minor,* diua *maior pars codd.* | filiam *codd., corr. Scal.; malim* n. filia M. diua uates docuit | **26** *Prisc.* I 96 *H.* super superus . . Liuius in odissia. *Hom. Od.* X 64 | infer *scripsi*: inferus *codd.* | dius (deuos, deiuos) *ego*: deus *codd.* ‖ **27** *Festus* 352 topper . . in antiquissimis scrip-

toppér cití ad aúris | uénimús Círcae; 28
simúl aduénit, séruae | pórtant ád náuis
edúlia álma, uína | ísdem ínferinúntur.

⏑ –́ ⏑ –́ parcéntes | praémodúm ⏑ –́ ⏑ 29

⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | –́ ⏑ síc quoque fítum est. 30

⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | –́ affátim édi, 31
bibí, lusí.

quom *rém* eám audíui, | *haú* paucús gauísi. 32

⏑ –́ ⏑ –́ ⏓ –́ ⏑ | –́ ⏑ –́ uecórde 33
et máleficá uacérra | –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏓

uestís pullá purpúrea | ámpla –́ ⏑ –́ ⏓. 34

dusmo ín locó. 35

---

tis celeriter ac mature. in odyssia uetere. *Hom. Od.* X 395 | homines *cod., corr. COMuellerus* | utrius *cod., corr. Duentzerus* | fuerint *cod., corr. Buechelerus* || **28** *Festus* 352 (*cf. fr.* 27). *Hom. Od.* XII 17 *sqq.* | citis *Buechel., at cf. supra p.* 14 | auris *scripsi*: aedis *cod.* | Circai *conectum* | 2 aduenit *uel* aduortit (*scil. Circe*) *scripsi*: duona *cod.* | seruae *scripsi*: eorum *cod.* coram *COMuellerus* | 3 edulia alma *scripsi*: millia alia *cod.* | uina *scripsi*: in *cod.* | inserinuntur *cod., correxi* || **29** *Gell.* VI 7, 12 idem Liuius in odyssia 'praemodum' dicit quasi admodum . . quod significat 'supra modum'. *Hom. Od.* XII 321 *uel* 328 | praedmodum R postmodum P || **30** *Non.* 475 fite imperatiuo modo . . Liuius odyssia. *Hom. Od.* XIII 40 | fit *codd.*, sic *GHermannus* || **31** *Paulus* 11 affatim . . abundanter . Liuius. *huc rettulit Scal. cp. Hom. Od.* XV 373 || **32** *Prisc.* I 482 *H.* uetustissimi . . gauisi pro gauisus sum . . Liuius in odissia. *Hom. Od.* XVI 92 | quom rem eam *scripsi*: quoniam *codd.* | hau paucus (= *μάλα*) *scripsi*: paucis *codd.* (*quorum unus* audiuit) || **33** *Festus* 375 uacerra . . . uecors et uesanus teste Liuio, qui dicit. *Hom. Od.* II 243 *Scaliger*, XVII 248 *Hermannus cp.* | uecorde *uulgo*: . . corde *codex* | uacerra *Scaliger*: uecordia *cod.* || **34** *Non.* 368, 25 pullum, non album . . Titus Liuius. *nostro dedit Hertzius cp. Hom. Od.* XIX 225 || **35** *Paulus* 67 d. i. l. apud Liuium significat dumosum locum (*cf. Placid.* 32 *D.*). *Hom. Od.* XIX 439 | dusmoso *uulgo*.

36 cum sócios nóstros Cíclops | ímpiús mandísset.

37 inqué manúm surémit | hástam –́ ⏑ –́ ⏓

38 ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | –́ ⏑ –́ at céleris
hastá uoláns perrúmpit | péctorá férro.

39 carnís uinúmque, quód | libábant, ánclabátur.

40 dequé manibús dextrábus | –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏓.

II. Hymni.

41 puerárum manibus cónfectum púlcherrime.

42 *Seruius ad Aen. IV 37:* Liuius autem Andronicus refert, eos [*Afros siue Carthaginienses*] de Romanis saepe triumphasse suasque porticus Romanis spoliis adornasse.

III. Dubia.

43 iam in altum expulsa lintre.

---

36 *Prisc.* I 419 *H.* mando . . perfectum . . mandui . . mandidi . . Liuius tamen in odissia. *Hom. Od.* XX 19 *sq.* | mandisset impius ciclops (cycl. *multi,* cecl. [= Coecl.?] *unus*) *codd., traieci* || 37 *Paulus* 299 suremit sumpsit 'i. m. s. h.' (*cf. Fest.* 298). *Liuio attribuit Buechelerus. Hom. Od.* XXI 433 | manum *Festus*: manus *Paulus* || 38 *Prisc.* I 334 *sq. H.* hic et haec celer uel celeris . . Liuius in Odissia. *Hom. Od.* XXII 91 *sq.*, 266 *sq.*, 294 *sq.* | ad *pauci codd.* | celeris *Hermannus*: celer *codd.* asta *pauci codd.* || 39 *Prisc.* I 208 *H.* nominatiuum 'haec carnis' . . Liuius Andronicus in odissia. *Hom. Od.* XXIII 304 *sq.* | lib.] *an* iubebant? libebat *LMuellerus* | anculabatur *Hauetus aliter scandens* || 40 *Non.* 493, 19 dextrabus pro dexteris. Liuius [Laberius *codd.*] in odyssia. *Hom. Od.* XXIV 534.

II. Hymni (*cf. testim. Teuffelii HLR.* § 94, 7) || 41 *Prisc.* I 234 *H.* (*cf. fr.* 15) idem alibi. *quod cum non facile ad Odissiam referre liceat* (*cp. Hom. Od.* VII 234 *sq.*), *in hymno hunc senarium potius putauerim locum habuisse quam in fabula*

Paulus p. 70: demum, quod significat post, apud Liuium 'demus' legitur. 44

∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∠ ∪ ∪ eránt et equórum 45
inaúratá tapéta.

CN. NAEVIUS.

I. Bellum Poenicum. LIBER I.

Nouém Iouís concórdes | fíliaé soróres. 1

Gell. XVII 21, 45: eodemque anno [*ab u. c. 519*] Cn. Naeuius poeta fabulas apud populum dedit, quem M. Varro in libro de poetis primo stipendia fecisse ait bello Poenico primo, idque ipsum Naeuium dicere in eo carmine quod de eodem bello scripsit. 2

postquám auém aspéxit | ín templó Anchísa, 3
sacra ín mensá penátium | órdiné ponúntur;
in aúreám molábat | uíctimám púlchram.

---

42 *huc rettuli fragmentum adhuc incognitum* ‖ **43** *Prisc.* I 151 *H.* linter . . . femininum est. Liuius in VI [VII *pauci*]. *referunt ad Hom. Od.* XII 401 ‖ **44** *formam* demus *ad grammaticos hiatum sublaturos (ut in fr.* 17) *redire monui supra p.* 12 ‖ **45** *gramm. lat. K.* IV 542 *de* tapeta *neutro*: item apud Liuium [*sic* L: *Lucilii sub nomine adfertur ibid.* 129 *sq.*]; *cum uerbis illis MHertzius Fleckeis. ann.* 1862 *p.* 709 *coniunxit quae Nonius* 194, 20 *adfert* Liuius lib. VIIII auratae uaginae, aurata baltea illis erant; *sed res incerta. cf. et Lucani fr.* 12.

I. BELL. POEN. (*cf. testim. in Teuffelii HLR* § 95). ‖ **1** *exemplum Saturnii adferunt Caes. Bass.* 266 *K.* (apud Naeuium poetam . . alio loco), *ubi* nauem *codd., et Mar. Vict.* 139 *K.* (apud Naeuuium), *ubi codd.* nouei moues ‖ **2** *libro* I *adscr. Spangenbergius* ‖ **3** *Probus ad Verg. ecl.* 6, 31 Anchisen augurii ac per hoc diuini quiddam habuisse . . Naeuius belli Punici libro tertio sic | 1 auem *codd.* (*etiam Paris.*): aues *Keilius* | Anchises *Vatic.* | 2 penatum *Buechelerus; sed cf. supra p.* 18 | 3 in auream molabat *Hauetus* (*cf. supra p.* 33 *not.*: immolabat (imol. Par.) auream *codd.; conieci* aurátam ímmol. (*supra p.* 12).

4 ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | ámborúm uxóres
noctú Troiáde exíbant | cápitibús opértis,
flentés ambaé, abeúntes | lácrimís cum múltis.

5 eorúm sectám sequúntur | múlti mórtáles
* * * *
multí alií e Tróia | strénuí uíri
* * * *
urbí forás cum aúro | íllic éxíbant.

6 *Paulus p. 20 M.:* Aenesi dicti sunt comites Aeneae.

7 ferúnt pulchrás cratéras, | aúreás lepístas.

8 anclabres.

9 supparum.

10 pulchráque ex aúro *téxta* | uéstemqué citrósam.

---

4 *Seruius Dan. ad Aen.* III 10 Naeuius inducit uxores Aeneae et Anchisae cum lacrimis Ilium relinquentes his uerbis | 2 Troiad *Vossius* | 3 ambas *Ritschelius sine causa* | lácrimis cúm *alii* (*supra p.* 19) ‖ 5 *Seruius Dan. ad Aen.* II 797 Naeuius belli Punici primo de Anchisa et Aenea fugientibus haec ait 'e. s. s. m. m.', ecce hoc est 'inuenio admirans numerum; 'm. a. e. T. s. u.', ecce hi sunt 'animis parati'; 'u. f. c. a. i. e.', ecce 'et opibus instructi' | 2 uiri; *cf. supra p.* 17 (*ibid. p.* 12 *de* cum) | 3 urbi (= urbe) *scripsi*: ubi *cod.* ibi *Hauetus* | illic (= *eo tempore*) *cod.*: illuc *Masuicius* ilico *LMuellerus* ‖ 6 *rettulit Buechelerus ad Naeuium* ‖ 7 *Caes. Bass. et Mar. Vict.* (*cf. fr.* 1) *et Mar. Plot.* 531 *K.* apud nos Naeuius sic 'f. p. c.' .. totus uersus sic | pulc(h)ros *Caes. Bass. codd.* | pateras (*mg.* f. crateras A) *Caes. Bass. codd.* crateras *Plotii Cusanus*, creterras *ceteri* | aereas *Caes. Bass. codd.*, aureasque *Mar. Vict. codd.* ‖ 8 *Philoxenus* 198 (*cf. et* 171) angla, ὄγες, τράπεζαι τρίγωνοι, ὡς Νέβιος, *corr. in* anclabres: τράπ. *COMuellerus ad Festum 11; huc rettuli* ‖ 9 *Festus* 310 supp., puniceum uestimentum ita uocat Naeuius de bello punico; *huc* (*ut et* 7 *et* 10) *rettulit LMuellerus* ‖ 10 *Isidor.* XIX 22 citrosa quasi concrispa ad similitudinem citri. Naeuius (*cf. Paulus* 42); *Macrob.* III 19, 5 Naeuius poeta in bello Punico ait citrosam uestem; *cf. et glossogr. Vatic. s. u. citr.* | puram *glossogr.* | texta

Seruius ad Aen. I 170: nouam tamen rem Naeuius bello Punico dicit, unam nauem habuisse Aeneam, quam Mercurius fecerit. 11

senéx fretús pietáti | ádlocútus súmmi 12
deúm regís fratrém, | Neptúnum régnatórem
marúm.

Macrobius VI 2, 31: in principio Aeneidos tempestas describitur et Venus apud Iouem queritur . . . hic locus totus sumptus a Naeuio est ex primo libro belli Punici. illic enim aeque Venus Troianis tempestate laborantibus cum Ioue queritur et secuntur uerba Iouis filiam consolantis spe futurorum. 13

patrém suúm suprémum | óptumúm appéllat. 14

summé deúm regnátor, | quíanam génus ursísti? 15

Seruius Dan. ad Aen. I 198—207: et totus hic locus de Naeui I° [Naeuio *codex, correxi*] belli Punici libro translatus est. 16

Paulus p. 20 M.: Aenariam appellauere locum, ubi Aeneas classem a Troia ueniens appulit. 17

Seruius Dan. ad Aen. IX 712: Prochyta . . . hanc Naeuius in primo belli Punici de cognata Aeneae nomen accepisse dicit. 18

---

addidi (pulchrāque: *cf. supra p.* 17) ‖ **11** *Prisc.* I 351 *sq. H.* marum pro marium apud Naeuium in carmine belli Punici. *huc rettulit Schuettius* | 1 pietati *plures codd.*: pietate *nonnulli codd.* (pietatei *Vahlenus*) | deum *codd. ante* adlocutus (all. *pauci*), *quod ut ex sequentibus repetitum metroque repugnans deleui* | *suauiore rhythmo* Nept. fratrem *LMuellerus* ‖ **14** *Varro* VII 51 Naeuius . . supremum a superrimo dictum. *huc rettulit Klussmannus* ‖ **15** *Festus* 257 quoniam pro quare et cur positum est apud Naeuium in carmine P. b.; *huc rettulit LMuellerus* | genus isti *cod., correxi* (genuisti *Scaliger,* me genuisti *Hauetus*) ‖ **16** *huc rettuli: post tempestatem suos adlocutus est Aeneas* ‖ **17** *Naeuio dedit Buechelerus.*

19 *Lactantius inst. diu. I 6:* quartam [*Sibyllam*] Cimmeriam in Italia, quam Naeuius in libris belli Punici . . nominat. — *cf. et incerti orig. g. R. 10.*

20 ineránt signá expréssa, | quó modó Titánes
bicórporés Gigántes | mágniqué Atlántes,
Runcús atqué Porpóreus | fílií Térras,

21 eí uenít in méntem | hóminum fórtúnas

22 iamque éius mentém fortúna | fécerát quiétem.

23 siluícolae hómines *mítes* | bélliqué inértes.

LIBER II.

24 blande ét docté percóntat, | Aéneá quo pácto
Troiám urbém liquísset.

---

19 *libro I adscr. Spangenbergius; fortasse ante* 18 *ponendum: cf. orig. g. Rom.* 10 ‖ **20** *Prisc.* I 198 *H de femininorum in* as *genetiuo*: Naeuius in carmine belli Punici I, *et sic idem* 217 ('Titanus' pro 'Titan') *adfert u.* 1 *et* 2; *templum Cumanum uidetur describi* | 1 expressa signa *Spengelius* | 2 athlantes (adlantes) *plerique codd. bis* (Telamones *Buechelerus*) | 3 rhumcus *uel* rumchus *aliquot codd.* | Porporeus *Fleckeisenus ann.* 1866 *p.* 11: porpureus *uel* purporeus (purpureus) *codd.* ‖ **21** *Prisc.* I 198 *H.* (*post fr.* 20) in eodem | euenit (ei *om.*) *duo libri* | mente *plerique libri* (*non* R) | furtunas *duo codd.* ‖ **22** *Prisc.* I 242 *H.* etiam simplex (quies) in usu inuenitur trium generum. Naeuius in carmine b. P. I [*sic pars codd., pars* II]. *fortunam a Sibylla patefactam intellege* | furtuna *duo codd.* ‖ **23** *Macrob.* VI 5, 9 siluicolae Fauni. Naeuius b. P. libro primo | mites (*uel* segnes) *addidi*; *de* h *consona cf. supra p.* 16 ‖ **24** *Non.* 474, 6 perconta . . Naeuius b. P. lib. II *et* 335, 2 liquerit significat et reliquerit. Naeuius b. P. lib. II. *libro I adscribi uoluit Merula non recte* | 1 Aenea *Fleckeisenus misc. crit.* 21 (*cf. Quint.* I 5, 61, *Charis.* 66, 17 *K.*): aenas *uel* enas *priore loco, altero* (a)ennius (aeñ = *aeneidos*) *codd.* Aenes *Buechelerus* | liquisset *Merula*: reliquisset *codd. l. posteriore, priore* liquerit (*ex Accii loco*). — percontat *scil. hospes latinus.*

hisqué susúm ad caélum | sústulít suás rex 25
ambás laetís Amúlius, | grátulábat díuis.

Seruius ad Aen. I 273: Naeuius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt. 26

Varro V 43: Auentinum aliquot de causis dicunt; Naeuius ab auibus, quod eo se ab Tiberi ferrent aues. 27

Varro V 53: quartae regionis Palatium ... a pecore dictum putant quidam; itaque Naeuius Balatium appellat. 28

..... quam liquidum ...... amnem 29

is rés diuás edícit, | praédicít cástus. 30

primá incédit Céreris | Prόserpná poúer. 31

deindé polléns sagíttis | ínclutús arquítenens, 32
sanctús Ioué prognátus, | Pútiús Apóllo.

---

25 *Non.* 116, 30 gratulari, gratias agere . . Naeuius b. P. lib. II hisque . .; *ita scripsi*: III isque *codd.* III manusque *Merula* | rex *Stephanus*: res *codd.* ‖ 2 ambas (*cf. Enni ann.* 339) laetus *addidi* | Amullus *codd., corr. Bentinus* (*cf. de synizesi supra p.* 18) | gratulabatur *codd., corr. Hauetus* (gratulatur *Hermannus*) ‖ **26—28** *libro* II *adscripsi* ‖ **29** *Festus* 293 sublicium pontem . . . ⟨quidam, quod sub eo⟩ aqua liquens ⟨laberetur, sublicium dicunt⟩, in qua opinio⟨ne fuit . . .⟩ et meminit ⟨. . . . Naeuius⟩, qui ait in belli ⟨Punici libro . . . .⟩ ‖ **30** *Non.* 197, 15 castitas . . . masculini. Naeuius carmine P. b. ⟨II: is⟩. *haec a codd. omissa addidi* ‖ **31** *Prisc.* I 232 *H.* hic et haec puer . . Naeuius in II b. P. (VI *in suis codd. inuenisse se innuit Scriuerius*) | incedet *duo codd.* | ceteris **R** | proserpina puer (puer pros. *unus*) *codd., quod correxi* ‖ **32** *Macrob.* VI 5, 8 hoc epitheto (*arquit.*) usus est Naeuius b. P. libro II | 1 *fortasse* deendo *est Naeui* | 2 sanctus Ioue *Buechelerus*: sanctusque Delphis *codd.* sanctus (*uulgo*) Deli *Fleckeisenus* | Pythius *codd., formam priscam restituit Vahlenus cp. Placid.* 74, 14 *D.*

LIBER III.

33 *Seruius ad Aen. IV 9 Anna soror:* cuius filiae fuerint Anna et Dido, Naeuius dixit.

34 scopás atqué uerbénas | ságminá sumpsérunt.

35 ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ | Marcús Valérius cónsul
partém exércití | in éxpedítiónem
ducít.

LIBER IV.

36 conférre * que aut * | ratém aerátam, quí per
liquidúm mare eúnt fugántes | átque séctántes

37 ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | –́ ⏑ tránsit Mélitam
exércitús Románus, | ínsulám intégram
urít populátur uástat, | rém hostiúm concínnat.

38 sin íllos déseránt | fortíssimós uíros,
magnúm stuprúm populó | *sic* fíerí per géntis.

39 seséque uei períre | máuolúnt ibídem
quam cúm stupró redíre | ád suós populáres.

---

33 *huc rettuli, in initio huius libri, a quo coeptum est bellum narrari, de Carthagine praemonitum fuisse putans* ‖ 34 *Paulus* 320 sagmina dicebant herbas uerbenas . . Naeuius (*cf. COMuelleri adn. ad Fest.* 321). *huc rettulit Merula* (*ad* IV*?*) | scopas *Scaliger*: scapas *et* scapos *et* scabos *codd.* ‖ 35 *Charis.* 128 *K.* exerciti Gn. Naeuius b. P. libro III [*sic Vahlenus*: I *cod.*; *an pro* I m. ualerius *legendum est* IIII ualerius*?*] | 1 Manius *Merula falso* (*supra p.* 12) ‖ 36 *Varro* VII 23 ut Naeuius quom ait . . 'ratis' dicta nauis longa propter remos. *huc rettulit COMuellerus* | 1 conferreque aut *Flor.* conferre queant *cod. Turnebi; fortasse* quod queant | qui = *qua* | per liquidum *Scaliger*: perit . quidum (*sic*) *Flor.* | mare sudantes eunt atque sedantes *Flor., correxi* ‖ 37 *Non.* 90, 27 concinnare, conficere uel colligere. Naeuius b. Poenici lib. IIII | 2 Romanus exercitus *codd., traieci* | *ad* integram *cf. supra p.* 19; intemerat *Hauetus* | 3 hostium *bisyllabe* (*l. l. p.* 18) ‖ 38 *et* 39. *Festus* 317 stuprum pro turpitudine . . Naeuius . . . (39) item (38); *cf. et Gr. l. K.*

uixdúm praetór aduéneit, | aúspicát auspícium prosprúm. 40

simúl atrócia *átra* | prósicárent éxta minístratóres. 41

⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | –́ eám cárnem uictóribús danúnt. 42

⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ –́ ⏑ | –́ uicíssátim uoluí uictóriám. 43

LIBER VI.

se prímum décimum ánnum | ílicó sedére. 44

censét eó uentúrum | óbuiám Poénum. 45

supérbitér contémtim cónterít legiónes. 46

V 591 ut Naeuius (38, 2) | 38, 1 uirorum *Scaliger; at cf. supra p.* 17 | 2 sic *addidi* (populo *om. Gr. L. ll., ubi et* gentes); populoi *LMuellerus* | 39, 1 seseq; uei *scripsi*: seseque i *cod.* | 2 strupro *cod.* ‖ **40** *Non.* 468, 27 auspicaui pro auspicatus sum . . Naeuius b. Poen. lib. IIII | uixdum *scripsi*: uirum *codd.* uerum *Iun.* | aduenit (-neit *ego*) *Merula*: adueniet *codd.* | 2 prosperum *codd., corr. Spengelius* (*delet Merula*) ‖ **41** *Non.* 76, 5 atrox, crudum. Naeuius b. Poen. lib. IIII [*sic Bamb. cum aliis*: III GHL] | 1 atra *addidi* | prosicarent *scripsi* (-cerent *Mercerus*): proicerent *codd.* porricerent *Iunius male* | exta H *m.* 1: extra *m.* 2 *cum ceteris* ‖ **42** *Non.* 97, 18 danunt, dant. Naeuius b. Poen. lib. IIII ‖ **43** *Non.* 183, 15 uicissatim, per uices. Naeuius b. Pun. lib. IIII ‖ **44** *Non.* 325, 5 ilico, in eo loco. Naeuius b. Poen. lib. VI [GL, H *m.* 2: III H *m.* 1; *fortasse* IV] | se primum *scripsi*: septimum *codd.* ut *Hauetus*, iam *LMuell. in initio addunt* | decimum *tribrachys*: *supra p.* 12 | illico L | sedere *ego*: sedent *codd.* sederent *Hauetus* sedentes *LMuellerus* ‖ **45** *Non.* 267, 18 censere . . arbitrari. Naeuius Poen. b. lib. VI | censent H *m.* 2, *in* G n *suprascripta* ‖ **46** *Non.* 515, 10 superbiter . . Naeuius b. Poen. lib. VI *et* 515, 33 contemtim, contemnenter. Naeuius b. Poen. lib. VI | superuiter GL, H *m.* 2 *bis* | contentim GHL *priore loco.*

LIBER VII.

47 conuénit régnum símul | atque út locós habérent.

48 id quóque pacíscunt, úrbis | moéniá sint *túta*
a uíctorúm furóre; | *cóntra* quaé Lutátius
recónciliát captíuos, | plúrimós ídem
Sicílìensés pacíscit | óbsidés ut réddant.

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA.

49 *toppér saeuí* capésset | flámmam Vólcáni.

50 ditém domúm decorémque | mágnamqué uexárant.

51 honeráriaé honústae | stábant ín flústris.

52 pleríque omnés subigúntur | súb unúm iudícium.

---

47 *Non.* 211, 3 loca . . neutri . . masculini . . Naeuius b. Pun. lib. VII [*sic Merula*: VI *codd.*] | ut locos *scripsi*: locos ut (non **L**) *codd. sic hexametrum efficientes* | haberet *Merula* ‖ 48 *Non.* 474, 16 paciscunt. Naeuius b. Poen. lib. VII | 1 paciscunt urbis (*scil. Carthaginis*) *scripsi*: paciscuntur *codd.* | tuta — contra *addidi* (*lacunam iam suspicatus est Hauetus*) | Lutatius *scripsi* (*supra p.* 18): lutatium (luct. **H**) *codd.* Lutati *Hauetus* | 3 reconciliant *codd., corr. Hauetus* | *correxi interpunctionem* ‖ 49 *Festus* 352 topper . . cito; sic [C]Naeui⟨us carmine b. Punici . .: topper saeui⟩ capesset *ectr. sic duce Haueto suppleui;* topper nauis *Buechelerus* ‖ 50 *Prisc.* I 234 *K.* decor, decoris paenultima correpta apud uetustissimos, quando pro decorus accipitur. Naeuius in carmine b. P. . . aliter enim iambus stare non potest (*glossogr. Vat. s. u.*: unde Naeuius) | magnamque (*sic* **DHrb**: magna quae **R** magnam **BG**, que *suprascriptum in* **LK**) *et* ditem *in codd. transposita; traieci* | uexarant **H** *ex corr.*, *plures Krehlii*: uexerant *ipse Prisc.*, duxerat *glossogr.* ‖ 51 *Isidor. de n. r.* 44 flustrum motus maris sine tempestate fluctuantis, uelut N. in bello Poenico (*cf. Paulus* 89) | oner. on. *Bamb. alter* | in; *fort.* endo ‖ 52 *Donat. in Ter. Andr.* I 1, 28 plerique omnes ἀρχαισμός est . . N. in bello Punico | plerique *codd. dett.*: plerumque *Paris.* | subigunt *codd. dett.* | unum *Paris.*: suum *codd. dett.*; *fort.* unum sub (*sed cf. supra p.* 14).

◡ ⏑́ ◡ ⏑́ quod brúti | néc satís sardáre queúnt. 53

famés acér augéscit | hóstibús ◡ ⏑́ ◡ 54

Gellius V 12, 7: Lucetium autem Iouem Cn. Naeuius in libris belli Poenici appellat. 55

simúl aliús aliúnde | rúmitánt intér se. 56

magní metús tumúltus | péctorá possídeit. 57

runa 58

Samnite 59

II. Saturarum siue ludorum libri II.

quianám Satúrniúm | *huc tú* populúm pepulísti? 60

cum tú polléns sagíttis | árquitenéns Deána. 61

atqué priús pariét | bouém lucústa Lúcam. 62

---

53 *Festus* 322 ⟨sardare⟩ intellegere . . . Nae⟩uius belli Pu⟨nici libro . . quo⟩d; *cf. Paulus* 323; *Varro* VII 108 apud Naeuium . . in bello Punico 'nec satis sarrare' (*sic*) ab serare dictum, id est aperire ‖ **54** *Prisc.* I 153 *et* 230 *H. de* acer *feminino* Naeuius i. c. b. P. ‖ **56** *Paulus* 271 rumitant, rumigerantur. Naeuius (*cf. Fest.* 270) | alis *Bothius* | se *uulgo*: sese *Pauli codd.* ‖ **57** *Non.* 214, 9 metus . . Naeuius. *bello Pun. adscr. Klussmannus* | metus *uulgo*: intus (uitus L *m.* 1) *codd.* | possidet *codd.*, -dit L *m.* 1, -deit *ego* ‖ **58** *Festus* 262 runa genus teli . . . Naeui⟨us⟩. *bello Pun. adscr. Vahlenus* ‖ **59** *Prisc.* I 249 *H.* huius (Samnis) neutrum Naeuius 'S.' protulit in carmine b. P.

II. SATURAE. **60** *Festus* 257 quianam quare et cur . . . apud . . Naeuium . . in satyra | huc tu *addidi* ‖ **61** *Macrob.* VI 5, 8 (*cf. fr.* 32) idem alibi, *h. e., non in bello Poenico, sed me iudice in satura* | arq. sag. poll. *codd., traieci* | Deana *Fleckeisenus*: dea *codd.* ‖ **62** *Varro* VII 39 apud Naeuium . . Luca bos elephas. *saturis adscripsi* | at quae *Flor.*; *an* at quei? | lucustam lucam bouem *Flor., traieci* (locusta *uulgo*) *supra p.* 9.

63 fató Metélli Rómae | cónsulés fíunt

---

64 líbera linguá loquemur lúdis Liberálibus.

65 cedo quí uestram rem públicam tantam
ámisistis tám cito?
prouéniebant orátores nouí, stulti adulescéntuli.

66 néminem uidí, qui numero scíret quod scirí
est opus.

INCERTI **carmen Priami.**

ueterém, Casménae, cáscam | rém uoló profári
et Príamum.

INCERTI.

occúrsatríx artíficum, | pérditá spintúrnix.

---

63 *Ps.-Ascon. in Cic. Verr.* 140 *Or.* dictum facete et contumeliose in Metellos antiquum Naeuii est | fiunt consules *codd.*, *traiecit LMuellerus* || 64 *Paulus* 116 Liberalia Liberi festa . . Naeuius. *saturis adscripsi* || 65 *Cic. Cato m.* 7, 20 'cedo — cito' sic enim percontantur ueteres in Naeui poetae ludorum posteriori libro, respondentur et alia et hoc in primis: prou. *ectr.*; *saturis adscripsi* | 1 cedo rem p. qui uestram t. amistis *Koechly trochaeos dimetiens.* rem uestram publicam *Ribbeckius*, *qui inter* 1 *et* 2 *quaedam posse interposita fuisse adnotat* | 2 noui et *Paris.*, *Erfurt.* (nouei *Ribb.*) || 66 *Festus* 170 numero . . apud Naeuium . . i. e. nimium sciret; *saturis adscripsi* | quod *Scaliger*: quique *cod.* | sciri *scripsi*: scit id *cod.* scito *Scaliger* || *alia quae Ribbecki comici et tragici praebent incertae sedis fragmenta huc trahere periculosum dubiumque est.*

CARM. PRIAMI. *Varro* VII 28 in carmine Priami quod est — cascum significat uetus | 1 ueterem *Merula*: ueteres *Flor. inepto Musarum attributo* (*cf. Ennii ann.* 247 prisci casci populi) | Casmenas *Flor.*, *corr. Scaliger* | cascam rem, *sic Flor.* 2 primum *Flor.*, *corr. Scaliger.*

INCERTI. *Festus* 331, 33 spinturnix est auis genus turpis figurae: occ. *cctr.*; *saturnium discripsi.*

INCERTI carmen Nelei.

⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑ ∠ ⏑ saúcia 1
puér [filia] *Salmoni* súm manu *matrís fera.*

foedé stupreque cástigor cotídie. 2

toppér fortunae cómmutantur hóminibus. 3

et númquam numero mátri faciemús uolup. 4

*strigo*res exerciti 5

sed iám se caelo cédens Aurora óbstinet 6
suúm patrem.

METELLI.

malúm dabúnt Metélli | Naéuió poétae. 1

CARM. NELEI. *titulo ipso indicante non fabula, sed narratio fuit, in qua primum iambi sunt adsumpti* ‖ 1 *Charis.* 84 *K.* puer et in feminino sexu — ut in Odyssia uetere (*Liuii fr.* 3) — et in Nelei carmine aeque prisco [*sic Keilius*: eaque prisco *cod.*] | 2 puera *Varro ap. Char.* | filia *ut glossam inclusi, quae expulerit additum a me* Salmoni | sum manu *scripsi*: sumam; (= sumamus) *cod. in fine lineae; unde ex. gr. lacunam expleui* ‖ 2 *Festus* 317 stuprum pro turpitudine — in Nelei carmine (*Paul.* 316 in carmine) | stupraeque *cod. Festi* | cott. *uel* quott. *codd. Pauli* ‖ 3 *Festus* 352 topper — cito, sic in Nelei carmine ‖ 4 *Festus* 170 numero — item in Nelei — id est, numquam nimium faciemus; *in quibus post* Nelei *addo* carmine: et (en umquam *Fleckeisenus in Ritschelii op.* II 451 *contra explicationem grammatici*) | uolup *Ursinus*: uolui *cod.* ‖ 5 *Festus* 314 strigores in Ne⟨lei carmine pro st⟩rigosis positum ⟨inuenitur, i. e. densa⟩rum uirium ha . . . (hominibus *Ursinus*) | strigones *Turnebus* ‖ 6 *Festus* 197 obstinet — ostendit, ut in ueteribus carminibus. *huc rettuli* | de caelo *Scaliger, sed pro* caelo secedens *recte accipiunt.*

MET. 1 *Caes. Bassus* 266 *K.* optimus (*Saturnius*) est quem Metelli proposuerunt de Naeuio aliquotiens ab eo uersu lacessiti (*cf. et Mar. Vict.* 139 *K.*, *Mar. Plot.* 531 *K.*, *Atil. Fort.*

2 oblícuo leíuet, quí | illúdit inuidéndum.

TABULAE TRIUMPHATORIAE.

1 L. AEMILI M. F. COS.

Ductu aúspicio ímperió | felícitáteque éius
intér Ephesúm, Samúm | Chiúmque inspéc-
tante ípso
Antíocho, exércitu ómni, | équitatu élephantísque,
classís regís Antíochi, | ánteá secúnda,
uictá fusá fugáta | *tóta*qué contúsa est;
ibíque náues lóngae | ómnibús cum sóciis

---

294 *K., Ter. Maur.* 2517, *Ps.-Ascon. in Verr.* I 10, 29) | dabunt malum *Ter. Maur., Atil., Ps.-Ascon.* ‖ **2** *Varro d. l. l.* VI 80 uideo a ui . . hinc . . antiquom [*ita scripsi*: atticum *cod.*] illud: *Saturnium a me restitutum in Fleckeiseni ann.* 1884 *p.* 837 *huc ex incerta coniectura rettuli* | oblicuo leiuet *scripsi l. l.*: obliuio lauet *Flor.* | illudit (*uel* inridet) *scripsi*: incidit *Flor.*

TAB. TRIUMPH. 1 (*cf. supra p.* 20) *Liuius* XL, 52, 4 *ad a. a. Chr. n.* 179 idem dedicauit aedem Larium permarinum in Campo. uouerat eam annis undecim ante L. Aemilius Regillus nauali praelio aduersus praefectos regis Antiochi. supra ualuas templi tabula cum titulo hoc fixa est. — *u.* 9 *sic adfert Caesius Bassus* 265 *K. de saturniis agens*: apud nostros in tabulis antiquis, quas triumphaturi duces in Capitolio figebant uictoriaeque suae titulum saturniis uersibus prosequebantur, talia repperi exempla . ex Regilli tabula: d. m. d. r. s. | *Liuii textus ualde confusus; inscriptionem corruptam* L. Aemilio M. Aemilii filio (cos *aberrauit in u.* 2 *ante* ipso) *praecedunt uu.* 9 *et* 10, *quos traiecit titulum restituens Hauetus* | 1 ausp. imp. felicitate ductuque eius *Liuii Moguntinus*, *quod secundum Mummii titulum corrigentem Hauetum ita sum secutus, ut* que *retinerem cum* felicitate *iungens* | 2 Samum Chiumque *Sigonius*: camachumque *Mog.* | cos *ante* ipso *Mog.* | *uersus ipse discripsi* | 4 antea secunda *scripsi*: antea sic *Mog.* antea inuicta *Weissenbornius* ante Asiae litus *Hauetus sine necessitate multa transponens* | 5 uicta fusa contusa fugataque est *Mog.*, *quod correxi* | 6 ibique eo die naues *Mog.*, *eieci glossam* | cum omnibus sociis *Mog.*, *traieci.*

captaé duae quádragínta. | eá pugná pugnáta
rex 'Antiochús regnúmque | *fúnditús uacíllant.*
duelló magnó diriméndo, | régibús subigéndis,
capút patrándae pácis | haéc pugna éxim fúuit.
eius reí ergo aédem láribus | pérmarínis uóuit.

TI. SEMPRONI GRACCHI COS. 2

Império auspícioque *éius* | légio exércitúsque
populí Románi *tótam* | Sárdiniám subégit.
in eá prouínciá | *sunt* hóstium caésa aut cápta
supra óctogínta mília, | *ópsidésque abdúcti.*
red félicíssume gésta | átque líberátis
sociís, *in* uéctigális | áliis réstitútis,
exércitúm *intégrum* | sáluomque átque incólumem
pleníssimúm praedái | sécum déportáuit.
iterúm triúmphans éndo | úrbem Rómam rédiit.
cuius reí ergó hanc tábulam | dónum dát Inóni.

---

7 XLII *Sigonius* (*Liu.* XXXVII 30, 7): LXII *Mog.* | *lege* dvae *et* ēū | 8 *suppleui; alii alia* | 9, 10 duello magno regibus dirimendo caput subigendis p. p. h. p. e. *Mog., uerum ordinem indicat Caesius* | caput *i. e. initium*] causa *Drakenborchius* | exin (exim) fuuit *siue* fuit *scripsi*: exeunti *Mog., quod turbis factis necessario euasit* ‖ 11 *fortasse* cuius (*et* eius *et* rei *monosyllabum*) ‖ 2 *Liuius* XLI 28, 8 *ad a. a. Chr.* 174: eodem anno tabula in aede Matris Matutae cum indice hoc posita est | *in inscriptione, quam agnouit Ritschelius* (*op.* IV 200), consulis *cod. Vindob.* | 1 eius (ei') *addidi* (Eius imp. *Ritsch.*) | 2 totam *et* 4 sunt *addidi* (hostjum *et* milja *lege*) | 4 *suppl. Hauetus cp. Liu. l. l.* 17, 3 | 5 red *uel* re *idem*: rep. *Vindob.* | felicissumĕ *Walchius*: felicissimume *Vind.* | adque *Vind.* | 6 sociis *add. Sigonius* | in uectigalis aliis *scripsi*: uectigalibus *Vind.* | 7 integrum *add. Hauetus* (*cf. Naeui fr.* 37, 2) | saluomc̓ *Vind., unde* que *deleto, metro integro* (*supra p.* 12), saluom *potest restitui cum uulgata* | 8 praidai *scripsi*: praeda *Vind.* | secum deportauit *scripsi* (*cp. Liu. l. l.* 17, 3 ipsique decedenti de prouincia exercitum secum deportare liceret): domum reportauit *Vind.*; *sed scaenicorum res metrica a saturniis aliena* | 9 endo *ego*: in *Vind.* | redit *Vind., corr. uulgo* | 10 c. r. *legas ut prioris carminis u.* 11 | donum Ioui dedit *Vind., correxi*; *praesens fere sollemne est in formula* donum dat.

3 **Ex Acilii Glabrionis tabula.**

fundít fugát prostérnit | máximás legiónes
4 summás opés qui régum | régiás refrégit.
5 magnúm numerúm triúmphat | hóstibús deuíctis.

INCERTORUM **uersiculi.**

1 níl cum fidibus gráculost, nihîl cum amaracinó sui.

2 íbi pastores lúdos faciunt córiis consuália.

3 Cónsus consilió, Mars duello, Lár est compitó potens.

4 réx erit qui récte faciet; quí non faciet, nón erit.

5 hábeat scabiem, quísquis ad me uénerit nouíssimus.

---

3 *Caesius Bassus* 265 *K.* in Acilii Gl. tabula (*cf. Liu.* XL 34, 4 *sqq.* ‖ 4 *Atil. Fortunat.* 293 *K.* maxime tamen triumphaturi in Capitolio tabulas huius modi uersibus incidebant: summas *eqs.*; *cf. et Diomed.* 512 *K.* ‖ 5 *Censorin.* 71 *H.*

INC. UERS. 1 *Gellius praef.* 19 uetus adagium est. *fortasse ex Naeuii ludis* | nil *LMuellerus d. r. m.* 64: nihil (nichil) *codd.* | graculos **P**, graeculos **R**, *corr. Hertzius* ‖ 2 *Varro ap. Non.* 21 pelles bubulas oleo perfusas percurrebant ibique cernuabant; a quo ille uersus uetus est in carminibus | sibi **H** ‖ 3 *Tert. de spect.* 11 ara Conso . . cum inscriptione eiusmodi | lares coillo potentes *cod.*, *correxi* (compito *Heinsius*) ‖ 4 *Porph. ad Hor. epist.* I 1, 62 contra pueri lusu cantare solent ‖ 5 *Porph. ad Hor. epist.* II 3, 417 hoc ex lusu puerorum sustulit, qui ludentes solent dicere | q. a. m. n. u. h. sc. *codex, corr. LMuellerus in Fleckeis. ann.* 1864, 484.

M. PORCII CATONIS **carmen de moribus.**

auaritiam omnia uitia habere putabant: sumptuo- 1
sus, cupidus, elegans, ambitiosus, inuidus qui habe-
batur, is audiebat 'auarus'.

uestiri in foro honeste mos erat, domi quod satis 2
erat. — equos carius quam coquos emebant. — poe-
ticae artis honos non erat: si quis in ea re ludebat
aut sese ad conuiuia adplicabat, 'crassator' uocabatur.

nam uita humana prope uti ferrum est. si exer- 3
ceas, conteritur; si non exerceas, tamen rubigo inter-
ficit. item homines exercendo uidemus conteri; si
nihil exerceas, inertia atque torpedo plus detrimenti
facit quam exercitio.

CATONIS *c. de mor. hic deesse nolui, quamquam ex parte tantum uersibus conscriptum fuisse puto* (*supra p.* 25) || 1 *Gell.* XI 2, 2 in libro Catonis, qui inscriptus est carmen de moribus; ex quo libro uerba haec sunt — ex quibus uerbis apparet 'elegantem' dictum antiquitus . . qui nimis lecto amoenoque cultu uictuque esset (*Non.* 465, 18 elegantes . . carmine de moribus: auaritiam . . uitiosus) | auaritiam *Non.*: auaritia *Gell. codd.* | putant *Non.* | *pro* cupidus *IFGronouius* cuppes *coni., sed intellege hominem Veneri deditum* | ambitiosus (*uel noua uoce* diuitiosus) *scripsi*: uitiosus *Gell., Non., quod nequit libidinosum prisco aeuo designare* (*et cf.* cupidus), uinosus *Meursius* luxuriosus *IFGronouius* | inuidus *idem*: inritus *Gell. codd.* | qui *uulgo*: que *codd.* | audiebat auarus *scripsi*: laudabatur *Gell. codd.* auarus laudabatur *LMuellerus* (*sed* testem laudare, *sim., hinc aliena*) || 2 *Gell. l. l.* ex eodem libro Catonis haec etiam sparsim et intercise commeminimus | ludebat *scripsi*: studebat *codd.* (ei re stud. *Muellerus*) | crassator *plurimi codd.*, grassator *unus* || 3 *Gell. l. l.* illa quoque ex eodem libro praeclarae ueritatis sententia est (*transsumpsit libere Gualt. Burlaeus*); *studui hanc sententiam in metrum redigere supra p.* 25 | robigo *unus codex* | se≡exercendo *unus codex* in exercendo *alter.*

4 emas non quod opus est, sed quod necesse est;
quod non opus est, asse carum est.

INCERTI **ad filium praecepta.**

1 hibérno púluere, uére lutó
tu grándia fárra, camílle, metés.

Q. ENNIUS.

I. annales. LIBER I.

1 Musae, quae pedibus magnum pulsatis Olimpum.

2 *Varro r. r. I 1, 4:* et quoniam, ut aiunt, dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos, nec ut Homerus et Ennius, Musas, sed XII deos consentis.

3 *Propertius III 2, 1 sqq.:* uisus eram molli recubans Heliconis in umbra, Bellorophontei qua fluit

---

4 *Seneca epist.* 94, 27 quae praecipiuntur, per se multum habent ponderis, utique si aut carmini intexta sunt aut prosa oratione in sententiam coartata, sicut illa Catoniana; *haec ad priora* carmini intexta *spectare puto, quae mox sequuntur* (tempori parce. te nosce), *ad prosam*; *et certe in altero colo reponendo* assi *anapaestum facile nancisceris; alia apertissime prosa scripta et ad alias praeceptorum partes spectantia nolui hic ponere; cf. Iordani edit.* 77 *sqq.*

INCERTI ad f. pr. *ipsius Catonis esse uideri supra dixi p.* 26 | *Paulus* 93 flaminius camillus . . omnes pueros ab antiquis camillos appellatos, sicut habetur in antiquo carmine, cum pater filio de agricultura praeciperet; *Macrob.* V 20, 18 in libro . . uetustissimorum carminum, qui ante omnia quae a Latinis scripta sunt conpositus ferebatur, inuenitur hoc rusticum uetus canticum; *anapaestos discripsi Macrobio exaggeranti* (*ex Festo hausit sine dubio*) *nihil tribuens* | 1 uere *scripsi*: uereno *Par. Macr. m.* 1, uerno *Macr. ceteri cum Paulo* | 2 tu *addidi*

Q. ENNIUS. 1 *Varro de l. l.* VII 20 Enni, *Seruius ad Aen.* XI 660 pulsant. Ennius (*ubi* Musae **A**: ad Musas *cett.*,

humor equi, reges, Alba, tuos et regum facta tuorum, tantum operis, neruis hiscere posse meis, paruaque iam magnis admoram fontibus ora, unde pater sitiens Ennius ante bibit et cecinit Curios fratres et Horatia pila regiaque Aemilia uecta tropaea rate uictricesque moras Fabii pugnamque sinistram Cannensem et uersos ad pia uota deos Hannibalemque lares Romana sede fugantes, anseris et tutum uoce fuisse Iouem. — *Persius prol. 1 sqq.:* nec fonte labra prolui caballino nec in bicipiti somniasse Parnaso memini, ut repente sic poeta prodirem, *ubi scholiasta:* tangit Ennium, qui dicit se uidisse somniando in Parnaso Homerum sibi dicentem, quod eius anima in suo esset corpore. — *Fronto p. 11 N.:* transeo nunc ad Q. Ennium nostrum, quem tu ais ex somno et somnio initium uersibus [initiũ ũsib; *scripsi*: initium sibi *cod.*] fecisse. — *Cicero Somn. Scip. 1:* fit enim ut cogitationes sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale, quale de Homero scribit Ennius; de quo uidelicet saepissime uigilans solebat cogitare et loqui.

– ⏑⏑ – somno leni placidoque reuinctus. 4

– ⏑⏑ – ⏑⏑ uisus Homerus adesse poeta. 5

Lucretius I 116: ignoratur enim quae sit na- 6
tura animai, nata sit, an contra nascentibus insinuetur, et simul intereat nobiscum morte dirempta, an tenebras orci uisat uastasque lacunas, an pecudes alias diuinitus insinuet se, Ennius ut noster cecinit, qui primus amoeno detulit ex Helicone perenni laude coronam, per gentis latas [*ita scripsi Fleckeis. ann. 1881 p. 407:* Italas *codd.*] hominum quae clara clueret; etsi praeterea tamen

---

pedibus *om.* **A**, Olypu **A** Olipi **RH**) || 4 *Fronto* 74 *N.* ut poeta ait — ex annalibus sumptum || 5 *Cic. Acad. pr.* II 16, 51 at cum somniauit (Ennius), narrauit (*cf. et ibid.* II 27, 88).

esse Acherusia templa Ennius aeternis exponit uersibus idem, quo neque permanent animae neque corpora nostra, sed quaedam simulacra modis pallentia miris: unde sibi exortam semper florentis Homeri commemorat speciem lacrimas effundere salsas coepisse et rerum naturam expandere dictis. — *cf. Seruius ad Aen. VII 804:* Ennius et Lucretius florens dicunt omne quod nitidum est *et ad Aen. II 173:* hoc autem (*salsus*) Ennius de lacrimis [lamis *codd., corr. Spangenbergius*].

7 o pietas animi!

8 oua parire solet genus pinnis condecoratum,
non animam; post inde uenit diuinitus pullis
ipsa anima.

9 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ terraque corpus,
quae dedit, ipsa capit neque dispendi facit hilum.

10 – ◡◡ – ◡◡ – memini me fiere pauom.

---

7 *Cic. Acad. pr.* II 27, 88 nisi uero Ennium non putamus ita totum illud audiuisse . . . (si modo id somniauit), ut si uigilans audiret; *Donat. ad Ter. Eun.* III 5, 12 o festus dies hominis: pro 'homo festi diei'. sic dicitur etiam scelus homo. Ennius | animi] amice *edd. priscae Don.* ‖ 8 *Varro de l. l.* V 59 oua — animam, ut ait Ennius; et: post — anima; *Diomed.* 383 *K.* parire, ut apud Ennium: o. p. s. *Prisc.* I 401 *et* 500 *et* 540 *H. ob idem* parire *u.* 1 *adfert*; *ad annales fragm. recte rettulerunt Krahnerus et Bergkius* | 1 parere *Flor. Varr.* | solent *codd. Diom.* | pennis *Flor. Varr. et multi Prisc. codd.* ‖ 9 *Varro de l. l.* V 60 recte igitur — Ennius terram corpus quae dederit (deperit *Flor.*) ipsam capere neque dispendi facere hilum; *idem* IX 54 in 'nihil' uocabulum recto casu apparet in hoc 'quae — hilum', quod ualet nec dispendii facit quidquam (*ubi* ira *pro* ipsa *et* caput *Flor.*); *idem* V 111 hila ab hilo dicta, quod ait Ennius: n. d. f. h. | terraque *ex primo loco restituit Bergkius* ‖ 10 *Charis.* 98 *K.* pauos Ennius; *Donat. ad Ter. Andr.* II 5, 18 memini uidere pro uidisse. Ennius (*sic et in Phorm.* I 2, 24) *et in Adelph.* I 2, 26 fieret producta

Porphyrio ad Hor. epist. II 1, 50 (quo promissa cadant et somnia Pythogarea): Ennius in principio annalium suorum somnio se scripsit admonitum, quod secundum Pythagorae dogma anima Homeri in suum corpus uenisset. — *cf. et schol. ad Statii Theb. III 485.* 11

Seruius ad Aen. VII 691 (at Messapus equom domitor, Neptunia proles): ab hoc Ennius dicit se originem ducere, unde nunc et cantantes inducit eius socios et eos comparat cycnis. 12

– ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ latos 13
per populos os atque poemata nostra cluebunt
clara.

– ∪∪ – ∪∪ est operae, cognoscite, ciues. 14

cum ueter occubuit Priamus sub Marte Pelasgo. 15

---

prima syllaba. Ennius; *Tert. d. an.* 33 pauum se meminit Homerus Ennio somniante (*ibid.* 34, *idem de resurr.* I 1; *cf. Acron ad Hor. od.* I 28, 10) | meminit me *cod. Charisii, cum deberet suppungi* t; me minime *Paris. Don. ad Andr.* (memini me *ibi ceteri*) memini *uel* minime (*om.* me) *Don. Ox. cet. ll.* | fiere *Ilbergius*: fieri *cod. Char.* quam (quem) fieri *Don. ad Andr. Par. Oxon.* fieri *cett. ll.* | pauum *cod. Char., Paris. Don. ad Andr., ubi* pauidum *Oxon., qui ad Phorm.* pauum (*similia codd. Don. ad Ad.*) ‖ 13 *Probus* 231 *K. de neutrorum a breui* Ennius in primo ann. [*sic Ilbergius*: primo nam *cod.*] | p *ante* populos *add. Ilbergius* | os atque *scripsi*: res atque *cod.* terrasque *Ilbergius* | cluebant *cod., corr. Dousa* | clara *a Probo scil. omissum hic addidi duce Ilbergio* (*cf. Lucr. in fr.* 6) ‖ 14 *Persius* 6, 9 Lunai portum, est operae, cogn. ciues: cor iubet hoc Enni, postquam destertuit esse Maeonides Quintus pauone ex Pythagoreo. *quae uerba cum aperte ad praefationis finem spectent, sed inepte statuatur ipsum Lunae portum ab Ennio, qui in Parnaso somniasse se finxit, commendatum ciuibus esse, sic mihi persuadeo, ea tantum quae dedi uerba sumpsisse Persium ex Ennio, qui Romanos ut historiam suam nouo modo enarratam cognoscere uellent adhortatus sit* | cognoscere *Montep.* 125 ‖ 15 *Prisc.* I 97 *H* ueterrimus quasi a ueter positiuo. Ennius (*hinc Aldhelm. in Mai auct. class.* V 577).

16 Assaraco natus Capis optimus, isque pium ex se
Anchisam generat.

17 doctusque Anchisa, Venus quem pulcherrima dia
diuom fata docet, diuinum ut pectus haberet.

18 cum superum lumen nox intempesta teneret,

19 transnauit cita per teneras caliginis auras.

20 constitit inde loci propter sos dia dearum.

21 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – face uero,
quod tecum precibus pater orat ⏑ – ⏑⏑ – –

22 est locus, Hesperiam quam mortales perhibebant.

23 quos homines quondam Laurentis terra recepit.

24 quam prisci casci populi tenuere Latini.

---

16 *Philarg. ad Georg.* III 35 Assaracus auus Anchisae. Ennius. *libro I adscr. Columna* | Anchisen *codd., corr. Fleckeisenus misc. crit.* 21 ‖ **17** *Probus ad Verg. ecl.* 6, 31 poeta Ennius Anchisen augurii ac per hoc diuini quiddam habuisse praesumit sic; *schol. Veron. ad Aen.* II 687 peritum multarum disciplinarum Anchisen fuisse . . . (*periit Ennii nomen*) qui ita de eo ait (*Mai auct. class.* VII 386) | 1 doctus Anchisa *schol. Ver.* doctusque Anchisesque *Probus* (doctusque Anchises *auct. class.*), *corr. Fleckeisenus* | pulcherrima diu fata docet *schol. Ver.* pulchra dearum fari donauit *Probus, correxi* (*u.* 1 diuum *Maius* dium *Fleckeis.*, *u.* 2 fata docet fari *Bernaysius*) | 2 d. p. habere (*om.* ut) *Probus* ‖ **18** *Macr.* VI 1, 14 Ennius in I | tenebat *Neapol.* ‖ **19** *Philarg. ad Georg.* IV 9 nare pro uolare ait Ennius in primo ‖ **20** *Festus* 301 sos pro eos . . ut Ennius li I | dea diarum *cod., corr. Augustinus* ‖ **21** *Festus* 198 orare . . pro agere . . Ennius in primo | face *Columna*: facere *cod.* | te cum *cod., corr. Merula* ‖ **22** *Macr.* VI 1, 11 Ennius in I ‖ **23** *Prisc.* I 338 *H.* Laurentis etiam pro Laurens dicebant. Ennius in annalibus [ann. lib. I?]; *libro I adscr. Merula* ‖ **24** *Varro* VII 28 cascum uetus esse significat Ennius, quom ait (*cf. Cic. Tusc.* I 12, 27) | tenuere *Columna*: genuere *Flor.*

‒ ⏑⏑ ‒ ⏑⏑ ‒ ⏑⏑ ‒ ⏑⏑ ‒ Saturno, 25
quem Caelus genuit.

‒ ⏑⏑ ‒ ⏑⏑ ‒ late Saturnia tellus. 26

Seruius ad Aen. I 273: Naeuius et Ennius Aeneae ex filia nepotem Romulum conditorem urbis tradunt. — *idem ad Aen. VI 77:* secundum Ennium (*Romulus*) referetur inter deos cum Aenea. dicit namque Iliam fuisse filiam Aeneae. 27

ut cita cum tremulis anus attulit artubus lumen, 28
talia tum memorat lacrumans, exterrita somno:
'Euridica prognata, pater quam noster amauit,
uires uitaque corpus meum nunc deserit omne.
nam me uisus homo pulcher per amoena salicta
et ripas raptare locosque nouos; ita sola
postilla, germana soror, errare uidebar
tardaque uestigare et quaerere te neque posse
corde capessere: semita nulla uiam stabilibat.
exim compellare pater me uoce uidetur
his uerbis: 'o gnata, tibi sunt ante ferundae
aerumnae, post ex fluuio fortuna resistet.'
haec ecfatus pater, germana, repente recessit
nec sese dedit in conspectum corde cupitus,
quamquam multa manus ad caeli caerula templa

25 *Non.* 197, 9 caelum — masculino — Ennius — idem; *Charis.* 72 *K.* ut Ennius (Saturno *om.*) ‖ **26** *Varro* V 42 hunc (*Capitolinum*) antea montem Saturnium appellatum prodiderunt, et ab eo late Saturniam (-nam *Flor.*) terram, ut etiam Ennius appellat ‖ **28** *Cic. de diu.* I 20, 40 narrat enim et apud Ennium Vestalis illa | 1 ut cita *scripsi*: etcita **V** *m.* 1 **AB** excita **V** *m.* 2 **H** eccita *Klotzius* | 2 commemorat *uulgo* | lacrimans *codd.* | 3 eurydica *codd. praeter* **H** | 4 uita meum corpus (m. c. *in ras.*) nunc **B** uitamque corpus nostrum nunc **H** | 8 te neque] utique **H** | 10 exin **A** *m.* 2 **HV** | 11 o gnata *excerpta Pithoei*: cognata **AB** cognita **HV** | ferundae *Dauisius*: gerendae *codd. an* terendae? | 13, 12 *ponunt codd.*, *transpos. Dauisius* | 14 efatus **AV** *m.* 1 effatus **V** *m.* 2 (pater effatus *in ras.* **B**) fa-

tendebam lacrumans et blanda uoce uocabam.
uix aegro tum corde meo me somnus reliquit'.

29 *Ouidius trist. II 259:* sumpserit annales (nihil est hirsutius illis): facta sit unde parens Ilia nempe leget.

30 te uenerata precor, Venus, te, genetrix patris nostri,
ut me de caelo uisas rogitata parumper.

31 Ilia, dia nepos, quas erumnas tetulisti.

32 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ cetera quos peperisti
ne cures.

33 *Porphyrio ad Hor. od. I 2, 17:* Ilia auctore Ennio in amnem Tiberim iussu Amulii regis Albanorum praecipitata Anieni [antea enim anieni *cod.*] matrimonio iuncta est. atqui hic (*Horatius*) loquitur, quasi Tiberi potius nupserit. — *Seruius ad Aen. I 273:* nati sunt Remus et Romus, quos cum matre Amulius praecipitari iussit in Tiberim. tum, ut quidam dicunt, Iliam sibi Anien fecit uxorem, ut alii (inter quos Horatius) Tiberis.

34 teque, pater Tiberine, tuo cum flumine sancto.

35 haec ecfatus; ibique latrones dicta facessunt.

---

tus **H** | et germana **H** | 16 lacrimans **H** | 17 tum] cum **BH**; *malim* usque a. dum || **30** *Non.* 378, 16 parumper, cito et uelociter. E. ann. lib. I | uenerata *scripsi*: saneneta *codd.* nunc sancta *Columna* | te *Vahlenus*: et *codd.* | rogitata *Hauptius*: cognata *codd.* || **31** *Charis.* 90 *K.* nepos nepotis, et aduocant E., quod dixerit ita (*Gr. L. K.* IV 563); *Non.* 215, 8 nepos dici et femina potest Ennio auctore; *Fest.* 286 cum ait E. 'I. d. n.'; *libro I adscr. Columna* | da *Non.* **GL** de (dea *m.* 2) **H** | neptis *Non.* **L** | erumnas, *sic ubique codd.* | ne tulisti *Non. codd.* || **32** *Seruius ad Aen.* IX 653 cetera, id est in ceterum. est autem Ennianum || **34** *Macr.* VI 1, 12 Ennius in I | flumines *Paris.* || **35** *Non.* 306, 23 facessere est facere. Ennius ann. lib. I | et fatus ibique (fatu sibique *Bern.*) *codd.*, ecfatus ubi *Scaliger*.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ at Ilia reddita nupta. **36**

– ⏑ ⏑ destituunt campos riuoque remanant. **37**

postquam consistit fluuius, qui est omnibus princeps, **38**
qui sunt Italia.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – lupus femina feta repente. **39**

Verg. Aen. VIII 630: fecerat et uiridi fetam Mauortis in antro procubuisse lupam: geminos huic ubera circum ludere pendentis pueros et lambere matrem inpauidos; illam tereti ceruice reflexa mulcere alternos et corpora fingere lingua; *ad quae Seruius:* sane totus hic locus Ennianus est. **40**

fici dulciferae, lactantes ubere toto. **41**

indotuetur ubi lupus femina, despicit omnis **42**
nec campos celeri passu permensa parumper
conicit in siluam sese.

---

36 *Seru. ad Aen.* III 333 reddita more ueteri pro data .. Ennius in analibus [ann. lib. I ?]; *hic posuit Merula* | ad illa *cod.*, ut Ilia *Commelinus* | nupta *scripsi*: nuptam *cod.* nuptum *uulgo* ‖ **37** *Festus* 282 remanant, repetunt [reptent *cod.*] Ennius l. I | destituunt (*scil. aquae Tiberis*) *Scaliger*: desunt *cod.* | campos riuoque (= *et alueo*) *scripsi*: riuos camposque *cod.* (*et sic Paulus*) | remanant *lemma Festi*: remant *cod.*, *et sic Paulus in lemm. et textu* ‖ **38** *Fronto* 160 *N.* Tiberis — Ennius | consistit *Iac. Beckerus*: const .. ti *cod. habere uidetur* | qui omnium *cod.*; *sed recte huc accersiuit Spangenbergius Cic. Or.* 48, 161 ita enim loquebamur 'qui est omnibu princeps', non 'omnibus' | qui sunt Italia *scripsi*: qui sub ciuilia *cod. Front.* qui sub caeruleo *Ilbergius* ‖ **39** *Seru. ad Aen.* II 355 apud ueteres lupus promiscuum erat, ut Ennius (feta P: facta C); *Festus* 286 Ennius quoque — 'lupa feta'; *cf. et Quintil.* I 6, 12; *huc rettulit Columna* ‖ **41** *Charis.* 128 *K.* fici Ennius; *sunt qui ex Capro* 98 *K.* lactentes ficus *hic quoque* lactentes *scribant* ‖ **42** *Non.* 378, 18 parumper, cito et uelociter .. Ennius ann. lib. I .. idem in eodem | ubi *Columna*: ibi *codd.* | despicit *scripsi cp.*

43 *de origine gentis Romanae 20:* (Faustulus pueros) sustulit nutriendosque Accae Larentiae uxori suae dedit, ut scribunt Ennius lib. I et Caesar II.

44 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – pars ludicre saxa
iactant, inter se licitantur.

45 occiduntur ubi, potitur ratus Romulus praedam.

46 olli respondit rex Albaï Longaï.

47 qui caelum uersat stellis fulgentibus aptum.

48 – ◡◡ – ◡◡ – cenacula maxima caeli.

49 *Seruius ad Aen. X 5* considunt tectis bipatentibus: physice dixit. nam caelum patet ab ortu ad occasum. est autem sermo Ennianus, tractus ab ostiis, quae ex utraque parte aperiuntur.

50 caelicolae, mea membra suis quos nostra potestas
officiis diuisa facit.

Dion. Hal. I 79: conspicit *codd. inepta cum tautologia* (omnia *Lachm. ad Lucr.* I 1108) | 2 nec campos *scripsi eodem auctore*: in campo *codd.* hinc campum *Columna* hinc campos *Ilbergius* | permensa *Columna*: praemens *codd.* | parumper *non recte sunt interpretati* ‖ **43** *nolui plura ex hoc fonte adscribere, cum ultima tantum ex Ennio petita esse appareat* ‖ **44** *Non.* 134, 13 licitari, congredi, pugnare . Ennius; *libr. I adscr. Spangenbergius*; *uersus distinxit Vahlenus* ‖ **45** *Festus* 274 pro firmo, certo ponitur ratus et ratum; Ennius; *huc rettulit Columna* ‖ **46** *Atil. Fortun.* 284 *K.* minimus (*hex.*) habet XII (*syll.*), ut Ennianus; *Donat.* 396 *K.* diaeresis . . ut (*Pompeius* 297); *huc rett. Columna* ‖ **47** *Macr.* VI 1, 9 Ennius in I ‖ **48** *Tertullian. adu. Valent.* 7 Ennius . . 'c. m. c.' simpliciter pronuntiauit de elati situs nomine uel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum; *schol. Veron. ad Aen.* X 1 Ennius non tantum domum, sed etiam cenaculam caeli; *hic posuit Spangenbergius* ‖ **49** *huc retulit Spangenbergius; huc fortasse spectant uerba apud Cic. de or.* III 47, 182 aliae (altae) sunt geminae, quibus, *quae Bergkius op.* I 264 *non male ad Ennium retulit* (*huius somnio in Parnasi tribuens*) *correxitque* antae (= *portae*) s. g. q. ‖ **50** *Seru. ad Aen.* IV 638 hinc et Iouis oratio; *uerba a Krahnero*

respondit Iuno Saturnia, sancta dearum. **51**

ọ genitor noster Saturnie, maxime diuom. **52**

Seruius ad Aen. I 20: in Ennio inducitur Iuppiter promittens Romanis excidium Carthaginis. **53**

unus erit, quem tu tolles in caerula caeli **54**
templa.

cum cura magna curantes; tum cupientes **55**
regni dant operam simul auspicio augurioque.
in monte *ecce Palatino de uertice summo*
hinc Remus auspicio se deuouet atque secundam
solus auem seruat; at Romulus pulcher in alto
quaerit Auentino praepes genus altiuolantum.
omnibus cura uiris, uter esset induperator:
certabant, urbem Romam Remoramne uocarent.
exspectant ueluti, consul cum mittere signum
uolt, omnes auidi spectantes carceris oras,

---

male Sorano attributa dedi Ennio et quidem huic Iouis in deorum concilio orationi (huc spectat Lucil. lib. I in parodia) | caelicola *et* ofitiis **F** | suis *scripsi*: dei *codd.* | diuersa **L** ‖ **51** *Seru. ad Aen.* IV 576 secundum Ennium dixit; *ut soloecismi exemplum habent Donat.* 394 *K.*, *Pompeius* 291 *K.*, *Plotius Sac.* 450 *K.* (*ap. hunc* pulchra); *lib. I adscr. Merula* ‖ **52** *Prisc.* II 205 *H.* (*de uocatiuo in* ie) ut —; *Ennio Columna*, *lib. I Spangenbergius dederunt* | saturne **ROD** | diuum *codd.* ‖ **53** *huc rett. LMuellerus* ‖ **54** *Varro* VII 6 incipiam hinc; *Ouid. Met.* XIV 812 tu mihi concilio quondam praesente deorum . . 'unus — caeli' dixisti (*fast.* II 487); *Ennii lib. I adscr. Columna* ‖ **55** *Cic. de diu.* I 48, 107 itaque Romulus augur, ut apud Ennium est, cum fratre item augure | 1 curantes (certantes *cod. Ciofani*) magna cum curatum (-tim **H**) cupientes *codd., correxi* (cum, tum *cohaerent*); concupientes *uulgo* | 3, 4 in monte Remus *codd., lacunam ab aliis alibi agnitam expleui* (hinc Remus *uulgo*) | deuoueratque **V** deuoueratquae **AH** | 5 autem **AHV** | 6 praepes *scripsi*: seruat *codd.* laeuum *LMuellerus* | alteuolantum *codd.* | 8, 7 *ponunt codd.*, *traieci* | 7 omnis **V** *m.* 2 | 8 remoram neque **H** rem≡amne **B** | 9 committere **A** *et m.* 2 **B** (*ex* quom mittere?) | 10 uult **BH** | spectantes *scripsi*: spectant ad *codd.* |

quam mox emittat pictis e faucibus currus:
sic exspectabat populus atque ora tenebat,
rebus utri magni uictoria sit data regni.
interea sola currus recessit in infera Noctis,
exin candida se radiis dedit acta foras lux,
et simul ex alto longe pulcherruma praepes
multa uolauit auis; simul aureus exoritur sol,
cedunt de caelo ter quatuor corpora sancta
auium, praepetibus sese pulcrisque locis dant,

* * *

conspicit inde sibi data Romulus esse priora,
auspicio regni stabilita scamna solumque.

55a *Seruius ad Aen. III 46:* Romulus captato augurio hastam de Auentino monte in Palatinum iecit, quae fixa fronduit et arborem fecit.

56 ast hic, quem nunc tu tàm toruiter increpuisti.

57 Iuppiter, ut muro fretus magis quamde manu sa!

---

11 quam *Erlangensis*: qua *codd.* (*cf. Festus* 261 quam mox significat quam cito) | 12 ore timebat (-bant **H**) *codd.*, *corr. deteriores* | 13 *ante* rebus (*post uulgo*) *interpunxit Peerlkampius Verg.* II *p.* 341 | 14 acta *Wakefieldus*: icta *codd.* | 15 sola currus (c'rus) *scripsi Fleckeis. ann.* 1884 *p.* 838: sol albus *codd.* | noctis *uulgo* (*quod pro nominatiuo habet Linkerus Fleck. ann.* 1864 *p.* 715 *post* albus *comma ponens, male ob u. sq., ubi sol demum legitimus est*) | 17 multa *scripsi*: laeua *codd. e glossa u. prioris* | et simul **AH** *et* **V** *m.* 1; *mutaui interpunctionem* | 18 quatuor *uel* quattuor *codd.* quattor *Ritschelius* (*lege* quatvor, *ut* 19 avjum) | 19 *cf. Gellius* VII 6, 9 locos porro praepetes et augures appellant et Ennius in annalium primodixit 'p. s. p. l. d.', *ubi* que *codd. Gell. om.* | *post* 19 *haud pauca periere: in eam partem, ubi Romulus erat positus, uolauisse aues XII* (contemplatur ubi . ., *uitii causa aperta*) *et simul de Remi signis exponendum erat* | 20 priora **B**: propriam **AHV** propritim *LMuellerus* || 55a *adscripsi, quia hanc narrationem ad Ennium redire certum uidetur* || 56 *Non.* 516, 10 toruiter . . Ennius lib. I [*sic Scaliger*: lupi *codd.*] | astic *codd.*, *corr. Scaliger* | torbiter *codd.* 57 *Festus* 261 quamde pro quam . . tum Ennius [tamen huius

astu, non ui sum summam seruare decet rem. 58

nec pol homo quisquam faciet inpune animatus 59
hoc nec tu; nam mi calido dabis sanguine poenas.

uirgine nam sibi quisque domi Romanus hauet sa. 60

nam ui depugnare sues stolidi solida suent. 61

aeternum teritote diem concorditer ambo. 62

accipe daque fidem foedusque feri bene firmum. 63

resque ea mi, fidei, regno uobisque, Quiritis, 64
se fortunatim, feliciter ac bene uortat.

o Tite tute Tati tibi tanta tiranne tulisti. 65

---

cod.] in primo | fretu's *Vahlenus* | quam de *cod.* | manu sa (= sua) *scripsi*: manus *cod.* manus ui *Ursinus* ‖ **58** *Festus* 298 sum pro eum usus est Ennius lib. I | at tu non ut *cod., corr. Vahlenus* | summa *cod., corr. Ursinus* ‖ **59** *Macr.* VI 1, 15 Ennius in I | 1 nec *Neapol.*: non *Paris.* | 2 nec ($\overset{c}{n}$) *scripsi*: nisi (= $\overset{i}{n}$) *codd.* neque *Merula* | *uerba* nam — poenas *habet Seruius ad Aen.* IX 420 (Ennius in primo), *ubi* mihi . . dabis *cod.*: mi . . das *Macr.* ‖ **60** *Festus* 325 sas Verrius putat significare eas teste Ennio, qui dicit in l. I . ., cum 'suas' magis significare uideatur (*Paul.* 324 sas, suas. Ennius) | uirgine . . hauet sa *scripsi comm. Cat. p.* 18: uirgines . . habet sas *cod.* (*Festo reddas* sa . . ea . . sua) ‖ **61** *Fest.* 317 stolidus, stultus. Ennins l. I | solida suent *scripsi*: solidi sunt *cod.* soliti sunt *Scaliger perfecto in sententia generali intolerabili* ‖ **62** *Charis.* 196 *K.* concorditer Ennius ann. lib. I | alternum *Columna*; *sed ualet* aet. '*perpetuum*'; alterno (*scil. sermone*) *Wakefieldus* | seritote *cod., correxi* | alternos . . dies *Merula* ‖ **63** *Macr.* VI 1, 13 Ennius in I | bene fidus *Bergkius* ‖ **64** *Nonius* 112, 1 fortunatim, prospere. Ennius ann. lib. I | 1 ea mihi reliquae fidei *codd., correxi* (*cf. interpr. ad Cic. p. Mur.* 1, 1); quod mihi meaeque (reique *Rothius*) fide et (*ita Grauertus*) *Vahlenus* ‖ **65** *Prisc.* I 501 *H. de* tutĕ *agens* Ennius (*idem* II 492); *Pompeius* 303 *K.* uersus est Ennianus; *explan. in Don.* 565 *K.* eiusdem Enni uersus est; *Isid. or.* I 35 apud Ennium; *sine huius nomine adferunt auct. ad Her.* IV 12, 18, *Charis.* 282 *K.*, *Don.* 398 *K.*, *Pomp.* 287, *Plot. Sac.* 454, *Mart. Cap.* VI 514 | *nullius momenti lectiones adferre taedet;* tiranne *inter et* tyranne *uariant codd.*

66 *Seruius ad Georg. II 384:* Romulus cum aedificasset templum Ioui Feretrio, pelles unctas strauit et sic ludos edidit, ut caestibus dimicarent et cursu contenderent, quam rem Ennius in annalibus testatur.

67 *Varro de l. l. V 55:* ager Romanus primum diuisus in partis tris, a quo tribus appellata Titiensium, Ramnium, Lucerum: nominati, ut ait Ennius, Titienses ab T. Tatio, Ramneses ab Romulo, Luceres, ut Iunius, ab Lucumone.

68 *Paulus p. 35:* bellicrepam saltationem dicebant, quando cum armis saltabant, quod a Romulo institutum est, ne simile pateretur quod fecerat ipse, cum a ludis Sabinorum uirgines rapuit.

69 Romulus in caelo cum dis genitalibus aeuom
degit.

70 – ⏑⏑ – ⏑⏑ Nerienem Mauortis et Herem.

71 *teque*, Quirine pater, ueneror, Hora, teque,
Quirini.

72 *Festus p. 242ᵃ:* ⟨p⟩es dicitur . . . . . de ruit . . . . ⟨Ennius⟩ l. I an⟨nalium⟩ . . . . mu.

LIBER II.

73 pectora dulce tenet desiderium, simul inter
sese sic memorant: 'o Romule, Romule die,

---

68 *ad Ennium rett. COMuellerus* ‖ **69** *Seru. ad Aen.* VI 763 Ennius; *Cic. Tusc.* I 12, 28 'R. i. c. c. d. agit aeuum', ut famae adsentiens dixit Ennius; *l. II adscr. Columna* | diis *codd. Cic. Seru. ex parte* (*cf. Bentl. ad Hor. c. s.* 16) | aeuum *codd.* ‖ **70** *Gell.* XIII 23, 18 Ennius in primo annali | Herem *Meursius* (*cf. Paulus* 100 Herem Marteam): erdem V herclem *ceteri* ‖ **71** *Non.* 120, 1 Hora, iuuentutis dea. Ennius ann. lib. I | teque *add. Columna* | Hora teque *scripsi*: Horamque *codd.* | quirint L ‖ **73** *Cic. de rep.* I 41, 64 iusto quidem rege cum est populus orbatus, 'p. d. t. d.', sicut ait Ennius post optimi

qualem te patriae custodem di genuerunt!
o pater, o genitor, o sanguen dis oriundum,
tu produxisti nos intra luminis oras'.

et simul effugit, speres ita funditus nostras 74

et qui se sperat Romae regnare quadratae? 75

haec inter se totum *annum crebro tuditan*tes. 76

olli respondit suauis sonus Egeriai. 77

Varro de l. l. V 74: arae Sabinam linguam olent, quae Tati regis uoto sunt Romae dedicatae; nam ut annales dicunt, uouit Opi, Florae, Vedioui Saturnoque, Soli, Lunae, Volcano et Summano itemque Larundae, Termino, Quirino, Vortumno, Laribus, Dianae Lucinaeque. 78

---

regis obitum, 'simul *etc.* (*unde hausit Lactant.* I 15 *inde a* o Romule); *Prisc.* I 250 *H de* sanguen *agens* idem in II annali: 'o gen. o s. d. o.', *ubi Columna* in I *in peruetusto exemplari reperisse se testatur* | 1 dulce *scripsi*: diu *cod. Cic. m.* 1 (dia *m.* 2) dura *Steinackerus* fida *Krarupius* | 2 die] dii **R** *m.* 1 diem **H** *Lact.* | 3 dii *cod. Cic.* (i *prior fort. expuncta*), *Lact.* | 4 *et* 5 *transponit Lact.* | 4 o genitor] o (*eras. in* **R**) patriae **PVR** o genitor patriae **H** *Lact.* | sanguis *Lact.* **P** *m. rec.* sanguine **H** (*similia in* **R** *corr.*) | dis *cod. Cic.*, **R** *Prisc. m.* 1, *Lact.* **RV**: diis *ceteri* ‖ 74 *Fest.* 338 speres antiqui pluraliter . . ut Ennius lib. II | 75 *Fest.* 258 quadrata Roma . . . eius Ennius meminit cum ait | qui *COMuellerus*, se sperat *Salmasius*: quis est erat *cod.* (ecquis *Merula*) qui sextus erat *Hertzius* ‖ 76 *Fest.* 352 tuditantes, tundentes ⟨negotium, id est⟩ agentes . . En⟩nius l. II | *uerba lacunosa uarie suppleta sic resarciui, ut religioni esset litteras extantes attrectare* (*ex. gr. Scaliger* tota ui tuditantes) ‖ 77 *Varro* VII 42 apud Ennium . . olli ualet dictum illi; *lib. II adscr. Merula* | Egeriai *Victorius*: egria. I. *Flor.* ‖ 78 *recte Ennio dedit Hauptius opusc.* III 355 *in dissolutis poetae uerbis recolligendis uanus* (Vedioui *COMuellerus*: uedioioui *Flor.*); *hic, ubi de sacris Romanorum ordine egit poeta, ego posui.*

79 Iuno Vesta Minerua Ceres Diana Venus Mars
Mercurius Iouis Neptunus Volcanus Apollo

80 mensas constituit idemque *ancilia bis sex*,
libaque, fictores, Argeos et tutulatos.

81 *Varro de l. l. VII 45:* eundem Pompilium ait (*Ennius*) fecisse flamines, qui quom omnes sint a singulis deis cognominati, in quibusdam apparent etyma, ut quor sit Martialis et Quirinalis.

82 *ac* Volturnalem, Palatualem, Furinalem,
Floralem, Falacrem et Pomonalem hic facit idem.

83 siquid me obtigerit humanitus, ut teneatis

84 Metteio Fufeteio.

85 – ⏑⏑ – quianam legiones caedimus ferro?

---

79 *Apul. de deo Socr.* 2 illi duodecim numeroso situ nominum in duo uersus ab Ennio coartati; *Mart. Capella* I 42 distichum complectitur Ennianum; *hic posui* | 1 Ceresque *et* 2 Iuppiter *codd. Capellae*; Vulcanus *amborum codd.* ‖ 80 *Varro* VII 43 apud Ennium: mensas *ectr.* ancilia dicta ab ambecisu.. 'libaque' *ectr.*, liba quod libandi causa fiunt *eqs*; *Festus* 355 tutulum . . Ennius (*u.* 2); *cf. et Paul.* 354 ‖ 1 menses *Corssenus de pronunt.* I 523 *probabiliter* | *aberrauit scriba ad alterum* ancilia *Varronis*; primus *Scaliger*, bis sex *Corssenus addidere* | 2 saliba quae *Flor.* (*praecedit* incisa) | Argaeos e (*ceteris interceptis*) *cod. Festi* ‖ 82 *Varro post fragm.* 81 sunt in quibus (*flaminum cognominibus*) latent origines, ut, in his qui sunt uersibus, plerique; *uersus Ennianos agnouit COMuellerus* | 1 ac *ex. gr. addidi* | *lege* Pālatvalem | furinalem (*sic Flor.*) *cum* i *breui* | 2 floralem qui *Flor.* (-lemque *COMuellerus*); *deleui* qui | fecit hic idem *Flor., correxi* ‖ 83 *Festus* 161 me pro mihi dicebant antiqui, ut Ennius cum ait l. II | me obtigerit *scripsi*: mutierit *cod.* me fuerit *uulgo* ‖ 84 *Quintil.* I 5, 12 at in eiusdem uitii (*barbarismi*) geminatione M. F. dicens Ennius poetico iure defenditur | etieo fufetioeo *Bern.* etieo fufecio eo *Bamb., qui m.* 2 mettioeo et furetioeo, *quod et Ambros. praebet* (oeo, et, ret, eo *in ras.*); *corr. Fr. Schoellius mus. Rhen.* 40 *p.* 321 *simul doctorum commentationes indicans* ‖ 85 *Seru. ad Aen.* X 6 quianam, cur, quare. Ennianus sermo est. *lib. II adscr.*

quamde tuas omnes legiones ac popularis. **86**

adnuuit sese mecum decernere ferro. **87**

qui ferro minitere atque in te ningulus — — **88**

hic occasus datust; at Horatius inclutus saltu **89**

ingens cura mis cum concordibus aequiperare. **90**

ferro se caedi quam dictis his toleraret. **91**

– ◡◡ – ◡◡ – tractatus per aequora campi. **92**

uolturus in spineto obitum mandebat homonem: **93**
heu, quam crudeli condebat membra sepulcro!

Verg. Aen. II 486 sqq.: at domus interior gemitu **94**
miseroque tumultu miscetur penitusque cauae plan-

Merula ‖ **86** *Fest.* 281 quamde pro quam . . idem (*Ennius*) in secundo | quande tuas *Ursinus*: quan dit uas *cod.* ‖ **87** *Prisc.* 1 504 *H.* annuo, annūi. Ennius in II | adnuit *uel* annuit *codd.*; *hic et alias formas Ennii sine dubio proprias* -vi *restitui* ‖ **88** *Fest.* 177 ningulus, nullus, ut Ennius l. II | inte ningulus mederi queat *cod.*, *conflatis Ennianis cum Marcianis, ut docuit ex Paulo* 176 *Augustinus* ‖ **89** *Fest.* 178 occasus — Ennius pro occasione est usus in lib. II | datus est *cod.*, *corr. Dacerius* | oratius *cod.* | astu *pro* saltu *Dacerius* ‖ **90** *Prisc.* II 3 *H.* ego, mei uel mis . . Ennius in II | cura mihi *Scaliger* (mihist *Vahlenus*) *cum uno cod. deteriore* cum *delens* (cum cordibus *cum alio cod. det. Fruterius*); *mihi* mis *ex* illis *corruptum uidetur* ‖ **91** *Fest.* 356 tolerare, patienter ferre . Ennius l. II | caede *cod.*, *corr. Ursinus* ‖ **92** *Gram. Lat. K.* IV 651 tractare saepe trahere — Ennius; *lib. II adscr. Columna* ‖ **93** *Prisc.* I 206 *H.* homo, homonis . Ennius — nam et uultur et uulturus et uulturius dicitur (*hinc schol. ad Stat. Theb.* III 508 *Bamb.*); *Charis.* 147 *K.* uolturus Ennius (*u.* 1); *Seruius ad Aen.* VI 595 Ennius (*u.* 1); *hic inseruit Merula* | uulturus *cod. Char.*, *ceteri* (*nisi quod* uulturis *Prisc.* **RHA**, *schol. Stat. et Seru.* **RM**, uultu *Seru.* **F** uulturius *Seru.* **S**) | spineto *Char. cod.*: siluis *Prisc. codd.*, *schol. Stat.*, *Seru.* **AGM**, campo (-os) *Seruii reliqui* spinis *Kochius* | obitum *scripsi*: supinum *Char. cod.*, *Seru.* **CFH**, miserum *ceteri cum Prisc.*, *schol. Stat.* | hominem *cod. Char.* | **2** hei *schol. Stat.* | sepulchro *partim codd. Prisc.*

goribus aedes femineis ululant, ferit aurea sidera clamor. tum pauidae tectis matres ingentibus errant amplexaeque tenent postes atque oscula figunt; *ubi Seruius ad 486:* de Albano excidio translatus est locus (*cf. idem ad II 313:* plerumque ad tubam euertuntur ciuitates, sicut Albam Tullus Hostilius iussit euerti).

95 at tuba terribili sonitu taratantara dixit.

96 flentes plorantes lacrimantes optestantes.

97 maerentes flentes lacrimantes ac miserantes.

98 isque dies, postquam Ancus Marcius regna recepit.

99 – ◡◡ – apud emporium in campo *positum* ostium pro moene

100 – ◡◡ et Tiberis flumen uomit in mare salsum.

101 Ostia munita est; idem locus nauibus pulcris
munda facit nautisque mari quaesentibus uitam.

---

95 *Prisc.* I 450 *H.* Ennius; *Seru. ad Aen.* IX 501 hemistichium Ennii; *ex nobili Albae deletae narratione petitum puto* ‖ **96** *auct. ad Her.* IV 12, 18 compositio . . conseruabitur . . si non utemur continenter similiter cadentibus uerbis, hoc modo; *Ennio adscr. Merula, ego huic loco* ‖ **97** *Diomed.* 447 *K.* homoeoptoton . . ut Ennius; *sine nomine adferunt Charis.* 282 *K.*, *Don.* 398 *K.*, *expl. in Don.* 565 *K.*, *Pomp.* 304 *K.*; *huic loco adscripsi* | merentes *omnes* | ac mis. *Char.*, *Diom.*: commis. *ceteri* ‖ **98** *Seruius ad Aen.* III 333 *de* re *abundanti* Ennius . . alibi; *hic posuit Ilbergius* | post aut marcus quam r. recoepit F, *corr. Ilbergius* ‖ **99** *Fest.* 145 moene singulariter dixit Ennius; *hic posui*; *cf. supra, ubi cur falsus sit COMuellerus* Naevius *reponens docui, p.* 13 | *suppleas* est illic | positum *addidi* | ostium (*bisyll.*) *scripsi*: hostium *cod.* ‖ **100** *Macr.* VI 4, 3 nam Ennius dixit; *lib. II adscr. Merula, cum fr.* 99 *coniungo* | Tyberis P ‖ **101** *Fest.* 258 quaesere ponitur ab antiquis pro quaerere, ut est apud Ennium l. II; *idem* 142 Ennius: idem *ectr.* | 1 locus *scripsi*: loco 142, loca 258 *cod.* | pulchris 258, celsis 142 *cod.* | 2 facie atque etiam aere, *cet. om.*, 142 *cod.*

idem campus habet textrinum nauibus longis. 102

‒ ⏑⏑ ‒ ⏑⏑ ‒ ⏑⏑ *ponti* caerula prata. 103

at sese, sum quae dederat in luminis oras. 104

LIBER III.

postquam lumina sis oculis bonus Ancus reliquit, 105
Tarquinio dedit imperium simul et sola regni.

olim de caelo laeuom dedit inclitus signum. 106

et densis aquila pinnis obnixa uolabat 107
uento, quem perhibent graium genus aera lingua.

circum sos quae sunt magnae gentes opulentae. 108

hac noctu filo pendebit Etruria tota. 109

postquam defessi sunt stantes spargere sese 110
hastis ansatis, concurrunt undique telis.

exin Tarquinium bona femina lauit et unxit. 111

---

102 *Seru. ad Aen.* XI 326 Ennius; *hic posui*; *huc uidetur spectare Cic. or.* 47, 157 isdem campus habet, inquit Ennius (item *Seruii cod.*) ‖ 103 *Fest.* 286 *in loco lacunoso* Ennius . . et l. II | ponti *Scaliger*: i *cod.* ‖ 104 *Fest.* 298 sum pro eum usus est Ennius . . l. II | ad *Dacerius* | dederit *uel* ast e se sum (*mus. Rhen.* 16, 575) *Vahlenus* ‖ 105 *Fest.* 301 sos . . pro suos . . Ennius; *lib. III adscr. Columna* | 1 reliquid *cod.* (b. A. r. *om. codd. Pauli* 300) ‖ 106 *Non.* 51, 14 leuum . . Ennius ann. lib. III | olli *Mercerus* | leuum *Nonius* | inclytus *codd.* ‖ 107 *Probus ad Verg. ecl.* 6, 31 Ennii . . de annalium tertio | 1 pinnis *Egnatius*: primis *Vat.* pennis *Par.* ‖ 108 *Fest.* 301 sos pro eos . . Ennius . . l. III ‖ 109 *Macr.* I 4, 18 (*de* noctu *feminino*) in tertio clarius idem (*Ennius*) dixit ‖ 110 *Macr.* VI 1, 16 Ennius in III | stantes *Scriuerius*: stant et *codd.* stare et *Vahlenus* ‖ 111 *Seru. ad Aen.* VI 219 uersus Ennii, qui ait; *Don. ad Ter. Hec.* I 2, 60 testis Ennius | exin Tarquinum *edd. uet. et Oxon. Don.*; Tarquinii corpus *Seruius* (Tarcuini corpus *Pinzgerus*).

112 prodinunt famuli; tum candida lumina lucent.
113 caelum suspexit stellis fulgentibus aptum.
114 inde sibi memorat, unum superesse laborem.

LIBER IV.

115 Romani scalis summa nituntur opum ui.
116 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ Volsculus perdidit Anxur
117 – noneis Iunis soli luna obstitit et nox.

LIBER V.

118 ciues Romani tunc facti sunt Campani.
119 cum nihil horridius umquam lex ulla iuberet.
120 inicit inritatus; tenet occasus, iuuat res.

---

112 *Fest.* 229 prodinunt (*Paul.* 228 pr., prodeunt), ut Ennius ann. l. III | prodinunt, famuli tum *Columna* (*cf. Bergkius op.* I 313) ‖ **113** *Macr.* VI 1, 9 Ennius — in III (*haec et u. ipsum om.* P) | suspexit *Vahlenus*: prospexit *codd.* ‖ **114** *Gell.* I 22, 16 in tertio Enni annalium | super esse *ut pronuntietur suadet Gellius* ‖ **115** *Macr.* VI 1, 17 Ennius in quarto (q. *om. P. spatio uacuo*) | Romanis P ‖ **116** *Paul.* 22 Anxur uocabatur, quae nunc Terracina dicitur, Vulscae gentis, sicut ait Ennius; *lib. IV adscr. Merula* | Vulsculus *codd.* ‖ **117** *Cic. de rep.* I 16, 25 solem lunae oppositu solere deficere — ne nostrum quidem Ennium fugit, qui ut scribit anno [qui VI° scr. annali, anno ?] quinquagesimo CCC fere post Romam conditam *ectr*; *huc rett. Spangenbergius* | non. (= nonus) iunis *cod.*; nonis *uulgo*, Iunonis (= -niis) *Hullemannus* ‖ **118** *ut hexametri exemplum adf. Censorin.* 68, 10 *H.*; *Ennio Columna*, *lib. V Merula adscr.* ‖ **119** *Oros.* III 9, 5 anno autem post hunc (= 409 *ab u. c.*) .. uirgo uestalis .. uiuaque obruta in campo, qui nunc sceleratus uocatur; *ad quae in cod. Sangall.* 621 *Ekkehartus adscripsit* Ennius *ectr*; *hic posuit LMuellerus* ‖ **120** *Fest.* 178 occasus .. Ennius pro occasione est usus .. in l. V | *fort.* tenet *et* iuuat *traicienda.*

bellum aequis manibus nox intempesta diremit. **121**

cogebant hostis lacrimantes, ut misererent. **122**

ansatas mittunt de turribus. **123**

quod per amoenam urbem leni fluit agmine flumen. **124**

LIBER VI.

quis potis ingentis oras euoluere belli? **125**

Cic. orat. 48, 160: Burrum semper Ennius, numquam Pyrrhum — ipsius antiqui declarant libri. **128**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – contra carinantes **129**
uerba . . . . atque obscena profatus.

nauus repertus homo, Graio patre, Graius domo rex, **130**

nomine Burrus; Iouis memorant a stirpe supremo. **131**

---

121 *Acro ad Hor. epist.* II 2, 97 Romani quondam pugnauerunt cum hostibus Samnitibus usque ad noctem; unde et Ennius; *lib. V adscr. Vahlenus* ‖ **122** *Prisc.* I 428 *H.* misereo .. Ennius in V annalium | hostis **DH**: hostes **BGKLR** ‖ **123** *Non.* 556, 25 ansatae, iaculamenta cum ansis. Ennius lib. V | hastas *add. Columna* ‖ **124** *Macr.* VI 4, 4 agmen pro actu .. Ennius enim in quinto ait ‖ **125** *Quint.* VI 3, 84 uersus .. de libro Enni annali sexto, *Macr.* VI 1, 18 Ennius in VI, *Diom.* 385 *K.* potis est pro potest, ut apud .. Ennium, *Seru. ad Aen.* IX 526 Ennianum | qui *Seru.* | ingentes **P** *Macr.* | causas *Quint.* | orase uoluere **B** orare uoluere **A** oras euolare **M** *Diom.* ‖ **129** *Seru. ad Aen.* VIII 361 carinare est obtrectare. Ennius (*cf. Paulus* 47) | 2 aeque *pro* atque *Castricomius apud Merulam*; *malui lacunae signa ponere* ‖ **130** *Fest.* 169 nauus, celer ac strenuus .. Ennius l. VI | domo *Fruterius* (*mus. Rhen.* 33, 244), *Bergkius*: homo *cod.* ‖ **131** *Non.* 226, 30 stirpem .. masculino. Ennius ann. lib. VI [*sic Merula*: V *codd.*]; *Fest.* 313 sti⟨rpe masculino gene⟩re .. ⟨Ennius l . . .⟩; *priori fr. iunxit Scaliger* | nomine *Fest.*: homines *codd. Non.* | Pyrr(h)us *codd. Non.*, Pyrrh *cod. Festi*, *in quo* Iouis memorant *haustum est* | Iouis *scripsi*: uti *codd. Non.* | styrpe *codd. Non.*

132 aio te, Aeacida, Romanos uincere posse.

133 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – stolidum genus Aeacidarum:
bellipotentes sunt magis quam sapientipotentes.

134 intus in occulto mussabant.

135 palatur, pecudes quatit: omnes arma requirunt.

136 proletarius publicitus scuteisque feroque
ornatur ferro, muros urbemque forumque
excubiis curant.

137 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – tetros elephantos.

138 it nigrum campis agmen.

---

132 *Cic. de diu.* II 56, 116 num minus ille potuit de Croeso quam de Pyrrho fingere Ennius? quis est enim qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho esse responsum; *cf. et Min. Felix* 26, *Aur. Vict. de u. inl.* 35, *Amm. Marc.* XXIII 5, *August. de c. dei* III 17, *porro Quintil.* VII 9, 7, *Charis.* 271 *K.*, *Diom.* 450 *K.*, *Prisc.* II 234 *H.*, *Isid. or.* I 33, *Porph. ad Hor. ep.* II 3, 403, *Don.* 369 *K.*, *Prob.* 221 *K.*, *Vel. Long.* 55 *K.*; *lib. VI adscr. Merula* | eacida *hic illic codd.*, *ut inutilia mittam* (*Augustin.*: dico te, Pyrrhe, uincere posse Romanos) ‖ **133** *Cic. de diu.* II 56, 116 ut apud Ennium est; *huc rett. Merula* | sapientiloquentes *ANauckius* ‖ **134** *Fest.* 298 Ennius in sexto; *Paulus* 144 mussare, murmurare Ennius | intus *COMuellerus*: ntus *cod. Festi praecedente lacuna, om. Paulus* | mussa *cod. Festi* ‖ **135** *Macr.* VI, 1, 54 Ennius in VI | palatur (*uel*-tus) *scripsi*: balatum *Neap. cum aliis* balantum *Paris. cum aliis* | *fortasse* pecudesque agit ‖ **136** *Gell.* XVI 10 Ennii liber ex annalibus, in eo libro uersus hi fuerunt; *Non.* 155, 21 proletarii .. Ennius annali; *lib. VI adscr. Vahlenus* | 1 proletariut *codd. Non.* | iam *post* publ. *nonnulli Gell. codd.* | scuteisque *Gronouius*: sicuti isque (si uti isque, sicut iisque) *codd. Gell.* scutaque *codd. Non.* | ferique *codd. Non.* | 2 ornatus *codd. Non.* ornantur *Gifanius* | mur' **QZ** *Gell.* | 3 excubis **ZX** *m.* 1 **ON** *Gell.* ‖ **137** *Isid.* X 270 tetrum ueteres pro fero, ut Ennius; *lib. VI adscr. Merula* | tetros *optimi codd.*: tetrosque *uulgo* | elefantos (-tes) *codd. quidam* ‖ **138** *Seru. ad Aen.* IV 404 hemistichium Ennii; *lib. VI adscr. Merula.*

haut animo superant atque aspera prima **139**

incedunt arbusta per alta, securibus caedunt: **140**
percellunt magnas quercus, exciditur ilex,
fraxinus frangitur atque abies consternitur alta,
pinus proceras peruortunt: omne sonabat
arbustum fremitu siluai frondosai.

– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ antehac **141**
qui inuicti fuuere uiri, pater optume Olimpi,
hos ego * in * pugna uici uictusque sum ab isdem.

id quod do, nolite morare, sed accipite — — **142**

nec mi aurum posco nec mi pretium dederitis: **143**
nec cauponantes bellum, sed belligerantes
ferro, non auro, uitam cernamus utrique!
uosne uelit an me regnare era quidue ferat Fors,
uirtute experiamur. et hoc simul accipe dictum:

---

139 *schol. Veron. ad Aen.* V 473 Ennius in VI | haut *scripsi*: aut *cod.* ast *Vahlenus* | animo *Keilius*: animos (*uel* -mas) *cod.* | asp ... rima *cod.*, *suppl. Keilius* (asperrima *Maius*) | sequuntur *Keilius supplet*; *sequentia autem* ⟨nec⟩ fera belli spernunt *ad scholiastam pertinere uidentur* (*pro* nec *Keiliano malim* id est) ‖ **140** *Macr.* VI 2, 27 Ennius in VI | 2 percellant *Neap.* | 4 proceros *Paris.* | peruortunt *Neap.*: peruertunt *Paris.* ‖ **141** *Oros.* IV 1, 14 Pyrrhus atrocitatem cladis .. dis suis hominibusque testatus est adfigens titulum in templo Tarentini Iouis, in quo haec scripsit; *ad Ennium rett. Lautius* | qui antehac *codd.*, *traieci* (*maioris dedicationis particulam ostendit illud* in quo) | fuere *codd.*, *corr. Lautius* | optime Olympi *codd.* | 3 in *corruptum*; et ego in *Pithoeus*; hos ego bis *ego conieci ratus errasse Orosium et Pyrrhum tum dedicasse, cum post secundam pugnam Tarento in Siciliam abiret*, (*ut fragm. melius post* 149 *ponatur*) | hisdem *codd. aliquot* ‖ **142** *Diomed.* 400 *K.* moro .. Ennius annali VI°: id; *sic Stowasser stud. Vind.* IV 134: Ennius an aliquid *codd.* | quod do nolite *idem*: quod dono illi *codd.* | *suppleas ex. gr.* a me (ite *Stowasser*) ‖ **143** *Cic. de off.* I 12, 38 Pyrrhi quidem de captiuis reddendis illa praeclara sententia est; *Seru. ad Aen.* XII 709 Ennium secutus est, qui ait .. et idem (*u.* 3) | 1 pretium] aurum *Bamb. m. 1* | 2 nec] non *Palat.* | 4 fors] sors *Bern.* 104 | 6 quorum *Bern.* 104

quorum uirtuti belli fortuna pepercit,
eorundem libertati me parcere certum est.
dono ducite doque uolentibus cum magnis dis.

144 quo uobis mentes, rectae quae stare solebant
antehac, dementes sese flexere uiade.

145 sed quid ego hic animo lamentor?

146 orator sine pace redit regique refert rem.

147 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – diui hoc audite parumper,
ut pro Romano populo praegnauiter armis
certando prudens animam de corpore mitto.

148 indignas turres.

149 lumen . . . . . scitus agaso.

150 uertitur interea caelum cum ingentibus signis.

(*Ambr.*, *Bamb. a. m. 2*): quorumue *codd. cet.* | uirtuti *Bern.* 104, *Ambr.* (*Bamb. m. 2*): uirtute *cet. codd.* | 7 me libertati *codd.*, *corr. Lachmannus* | 8 dono ducite *tam inusitatum quam peruerse adhibita formula* u. c. m. d.; *puto* ducite doque (= *et domum*) uolate u. c. m. d. ‖ **144** *Cic. Cato m.* 6, 16 cum sententia senatus inclinaret ad pacem cum Pyrrho foedusque faciendum, non dubitauit (*Appius Claudius*) dicere illa, quae uersibus persecutus est Ennius . . ceteraque grauissime; notum enim uobis carmen est | 2 dementi *et* se *pauci codd.* | uiade *scripsi cp. Naeui fr.* 4, 2: uia *codd.* uiai *Lambinus* uietae *Scaliger* (*Bernaysii uita* 302) ‖ **145** *Don. ad Ter. Phorm.* V 4, 2 uenuste [uetuste ?] additum animo. Ennius in sexto | sed et ego h. a. lamenter *Oxon.* ‖ **146** *Varro* VII 41 apud Ennium . . orator dictus ab oratione ‖ **147** *Non.* 150, 6 praegnauiter [*Acid.*: prognariter *codd.*], strenue fortiter et constanter . . Ennius ann. lib. VI | 1 diui *Iunius*: diu *codd.* | hoc] *puto* Orci | 2 prognariter *codd.*, *corr. Acidalius* | 3 anima *codd.* ‖ **148** *Seru. ad ecl.* 10, 10 Ennius ait . ., id est magnas; *ad turres elephantis inpositas rettuli, quas et in secunda et in tertia pugna facibus obruerunt Romani* ‖ **149** *Fest.* 330 *de* scitus *agens* Ennius in l. VI | *media in cod. hausta* (iumenta *Ilbergius*) ‖ **150** *Macr.* VI 1, 8 Ennius in libro VI.

_ ◡◡ _ ◡◡ _ ◡◡ _ uiresque ualentes 151
contundit crudelis hiems.

tum lateralis dolor certissimus nuntius mortis. 152

tum cum corde suo diuom pater atque hominum rex 153
effatur.

quem nemo ferro potuit superare nec auro. 154

LIBER VII.

_ ◡◡ _ ◡◡ _ ◡◡ _ scripsere alii rem 155
uorsubus, quos olim Fauni uatesque canebant,
cum neque Musarum scopulos . . . . .
. . nec dicti studiosus quisquam erat ante hunc.
nos ausi reserare.

nec quisquam sophiam, sapientia quae perhibetur, 156
in somnis uidit prius quam sam discere coepit.

---

151 *Prisc.* I 518 *H.* idem in annalibus — hic produxit paenultimam (*contūdit*); *huc traxi ad pestilentiam referens, de qua cf. Orosius* IV 2, 2 | 2 contudit *Prisc., qui sine dubio ex corruptis exemplaribus hausit; correxi* (contutudit *LMuellerus*) | hiemps **BD** ‖ **152** *Max. Vict.* 216 *K.* Ennius quoque ait 'uita illa dignus locoque' . . similiter Lucilius ait 'tum — mortis'; *Lucilii et Ennii nomina transposuit Iac. Beckerus; huc traxi* ‖ **153** *Macr.* VI 1, 10 Ennius in VI ‖ **154** *Cic. de rep.* III 3, 6 ex qua uita (*ciuili*) sic summi uiri ornantur ut uel M.' Curius, quem *etcr.*; *Ennii lib. VI adscr. Spangenbergius* ‖ **155** *Cic. Brut.* 19, 76 *et* 18, 71 (= *u.* 1—4), *idem orat.* 47, 157 (= *u.* 1) *et* 51, 171 (= *u.* 2, 4 a. h., 5), *Varro* VII 36 (= *u.* 2), *Cic. de diu.* I 5, 114 (= *u.* 2), *origo g. R.* 4 (= *u.* 2), *Quintil.* IX 4, 115 (= 2 F. u. c.); *lib. VII adscr. Spangenbergius* | 2 uorsubus *ego*: uorsobus *uel* uorsibus *codd. opt. Bruti* § 76 uersibus *ceteri testes* | quo *Flor. Varr.* | fauni et *Flor. Varr., unde* Faunei *Vahlenus* | 3, 4 *exhibui lacunosam codd. Bruti lectionem*: scopulos quisquam superarat nec dicti st. erat *ed. Victoriana a.* 1536 *uulgoque, male; malim* ⟨tendebat ad altos⟩ nec ⟨docti⟩ dicti; *Bergkius opusc.* I 275 metasque (*aut* et claustra) tenerent nec doctis dictis *proposuit* ‖ **156** *Fest.* 325 sas . . eiusdem (*Enni*) l. VII fatendum est eam significare, cum ait (*Paul.* 324) |

157 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – neque *Naeui*
opram me decet hanc carinantibus laedere cartis.

158 *Probus ad Verg. Georg. II 506:* Tyron Sarram appellatam Homerus docet, quem etiam Ennius sequitur auctorem, cum dicit Poenos Sarra oriundos.

159 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – Poenos Didone oriundos.

160 Poeni sos soliti dis sacrificare puellos.

161 qualis consiliis quantumque potesset in armis.

162 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – tunicata iuuentus.

163 Appius indixit Karthaginiensibus bellum.

164 explorant Numidae: tostam quatit ungula terram.

---

sophiam *Scaliger*: philosophiam *cod. Festi* (*Paul.*), *in quo sequitur glossema* quae doctrina latina lingua ⟨nomen⟩ non habet | peribetur *cod.* ‖ **157** *Seru. ad Aen.* VIII 361 carinare est obtrectare. Ennius — alibi; *lib. VII adscr. Spangenbergius* | neque me *codd.*, *quod suppleui* (nec me rem *Ilbergius*) | laedere *scripsi*: edere *codd.* ‖ cartis **G**: chartis *cet. codd.* ‖ **158** *huc traxi* ‖ **159** *Prisc.* I 210 *H.* Ennius in VII [*sic Merula*: VIII *codd.*] | penos (phenos) *codd. multi* ‖ **160** *Fest.* 249 puelli .. a pueris .. Ennius ait (*Paul.* 248); *Non.* 158, 20 puellos, pueros. Ennius; *lib. VII adscr. Merula* | Poeni suos (*ego* sos) soliti dis *Vahlenus*: Poeni (paeni *cod. Festi*) soliti suos (solitis uos *cod. Festi*) *Festus Paulusque* suos diuis (*om.* P. soliti) *Nonius* Poeni dis soliti sos *Ilbergius* ‖ **161** *Oros.* IV 6, 21 Carthaginienses — Hamilcarem quendam cognomento Rhodanum — ad perscrutandos Alexandri actus direxerunt; *ad quae in rasura extant manu Ekkeharti adscripta* Ennius *etcr*; *huc rett. LMuellerus* | qualis *non sat certum Duemmlero uisum* ‖ **162** *Gell.* VI 12 Ennius Carthaginiensium tunicatam iuuentutem non uidetur sine probro dixisse (*Non.* 536, 31); *huc rett. Merula* ‖ **163** *Cic. de inu.* I 19, 27 historia est gesta res ab aetatis nostrae memoria remota, quod genus; *huc rett. Spangenbergius* | Cartaginiensibus **VS** ‖ **164** *Macr.* VI 1, 22 Ennius in VII [*sic Cuperus*: VI *codd.*] | humid(a)e *Paris.*, *Neap.*, *alii* | tostam *Stowasser* (*l. ad fr.* 142 *l.*): totam *codd.*

mulserat huc nauis conpulsa fluctibus ponti. **165**

et melior nauis quam quae stlataria portat. **166**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – tonsamque tenentes **167**
parerent, obseruarent, portisculus signum
cum dare coepisset.

poste recumbite uestraque pectora pellite tonsis. **168**

pone ferunt, exim referunt ad pectora tonsas. **169**

alter nare cupit, alter pugnare paratust. **170**

denique ui magna quadrupes eques atque elephanti **171**
proiciunt sese.

fortibus est fortuna uiris data. **172**

non semper uostra euortit: nunc Iuppiter hac stat. **173**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – Poeni stipendia pendunt. **174**

---

165 *Prisc.* I 486 *H.* mulgeo .. mulsi .. Ennius in VII annalium | nauis *scripsi*: nauim **GKL** nauem *ceteri* (mulserat, *i. e. ceperat*, *delectauerat*, *scil. Romanorum oculos mentesque*) | conpulsa **H**: conpulsam (comp.) *codd. plerique*; *an* conpulsa in ? | ponti (-tei) *scripsi*: pontus *codd.* ‖ **166** *schol. Vallae ad Iuu.* 7, 134 Ennius; *huc traxit LMuellerus*, *qui* haec melior *coni.* ‖ **167** *Non.* 151, 25 portisculus proprie est hortator remigum. Ennius lib. VII [*sic Merula*: VIII *codd.*] annalium | tonsamque *Carrio*: tusante *codd.* tonsam ante *Scaliger* ‖ **168** *Fest.* 356 tonsam Ennius significat remum .. cum ait l. VII | pone *Fruterius* ‖ **169** *idem ibidem*: item (*Paul.* 357) | ferunt *scripsi*: petunt *cod. Festi*, *Paulus* | exin *Paulus* ‖ **170** *Fest.* 166 nare ab naue ductum .. Ennius l. VII | parat'. t *cod.* ‖ **171** *Gell.* XVIII 5 quod Q. Ennius in septimo annali 'quadrupes eques' ac non 'quadrupes equus', ut legunt multi, scriptum reliquit, *cf.* § 4 *sqq.* (*Non.* 106, 31, *Macr.* VI 9, 10, *Philarg. ad Georg.* III 116) ‖ **172** *Macr.* VI 1, 62 Ennius in VII ‖ **173** *Macr.* VI 1, 19 Ennius in VII | uestra (nostra *unus*) *et* euertit *codd.* (euortet *Vahlenus*) ‖ **174** *Varro* V 182 Ennius scribit; *lib. VII adscr. Merula.*

175 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – postquam discordia taetra
Belli ferratos postes portasque refregit.

176 qua Galli furtim noctu summa arcis adorti
moenia concubia uigilesque repente cruentant.

177 Illyrii restant sicis sibunisque fodentes.

178 – ⏑⏑ – legio redit ut rumore ruenti.

179 mox auferre domos populi rumore secundo.

180 Liuius inde redit magno mactatus triumpho.

181 deducunt habiles gladios filo gracilento.

182 dum censent terrere minis, hortantur ibei sos.

183 *heu,* quianam dictis nostra his sententia flexa est?

184 russescunt frundes.

---

175 *Hor. sat.* I 4, 60, *ubi Porph. et Acro Ennii uerba esse testantur non minus quam Seru. ad Aen.* VII 22 | tetra *codd. ex parte* || **176** *Macr.* I 4, 17 Ennius . . in annalium septimo || **177** *Paulus* 336 sybinam appellant Illyrii telum uenabuli simile. Ennius; *lib. VII adscr. Merula* | sybinisque *codd., corr. Merula, qui et* fodantes *coni.* || **178** *Non.* 385, 17 rumor, fauor . . Ennius ann. lib. VII | redit ut *scripsi*: redditu *codd.* (reddit ui *Bern.* 83) rediit *Vahlenus* | ruenti; *cf. fragm. sq.* || **179** *Non. l. l. post prius fragm.* ruenti.' et: 'mox *ectr.*; *sic scripsi*: ruinas mox *codd.* (*iungit utrumque fragm. Hugius sic*: legio reducta ruina mox se auferre) || **180** *Seru. ad Aen.* IX 641 mactus autem apud ueteres etiam 'mactatus' dicebatur, ut Ennius; *lib. VII adscr. Merula* | magnum **F**, *qui uerba praebet* **181** *Non.* 116, 3 gracilentum pro gracili . . Ennius lib. VII radios *Lipsius* || **182** *Fest.* 301 sos pro eos . . Ennius . . l. VII ibi *Lindemannus* (ibei *COMuellerus*): be *cod.* ei *Scaliger* **183** *Fest.* 257 quoniam pro quare et cur . . Ennium in l. VII heu *add. AAugustinus* | nostra his *scripsi*: nostris *cod.* (dictis nostris *Hugius* || **184** *Charis.* 130 *K.* frus . . ab Ennio . . ann. libro VII . ., non frondes.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – longique cupressi **185**
stant rectis foliis et amaro corpore buxum.

sulpureas posuit spiramina Naris ad undas. **186**

LIBER VIII.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ si sunt praelia promulgata, **187**
pellitur e medio sapientia, ui geritur res,
spernitur orator bonus, horridus miles amatur:
haut doctis dictis certantes nunc maledicta
miscent inter sese inimicitiam agitantes:
non ex iure manum consertum, sed magis ferro
rem repetunt regnumque petunt, uadunt solida ui.

at non sic duplex ⏑⏑ – ⏑⏑ – fuit hostis **188**
Aeacida Burrus.

---

185 *Philarg. ad Georg.* II 444 buxum lignum, non arborem dixit, quamuis Ennii exemplo et arborem potuerit dicere neutro genere. ille enim sic in septimo | 2 sectis f. et amore *Vatic.* ‖ **186** *Prisc.* I 223 *H.* Nar seruauit a productam etiam in obliquis. Ennius in VII annalium | sulphureas *codd.* (solph. **G** solphoreas **L** sulporeas, hu *supra* o, **D**) ‖ **187** *Gell.* XX 10, 1 ex Ennio . . ex octauo annali (= *uu.* 2—7); *Cic. p. Mur.* 14, 30 ut ait ingeniosus poeta (= 1, 2, 3, 6, 7 r. r.); *idem ad fam.* VII 13, 2 (= 6, 7 r. r.); *Lactant.* V 1 ut ait Ennius (= 2) | si sunt praelia promulgata *temptaui*: proeliis promulgatis *Cic. p. Mur.* | 2 pellitur *Gell.*, *Lact.*: tollitur *boni codd. Cic.* | ui geritur res, spernitur *Gell.*: uidetur respernitur *uel* uidetur resperni (*sim.*) *codd. Cic. p. Mur.* | 4 haut *codd. pauci Gell.*: haud *ceteri* | nunc maledicta *scripsi*: nec maledictis *codd. Gell.* sed maledictis *Columna* | 5 inimicitias *uulgo* | 6 manum *Cic. epist. Med.*: manu *codd. Gell.*, *Cic. p. Mur.* | magis *om. Cic. p. Mur.* | ferro *Cic. p. Mur.*, *ad fam.*: errore *codd. Gell.* | 7 rei repetunt *uel* reipetunt *codd. Gell.* | solita *pauci codd. Gell.* ‖ **188** *Oros.* IV 14, 3 odio Romani nominis, quod patri Hamilcari, cum esset nouem annos natus, fidelissime, alias infidelissimus, ante aras iurauerat; *ad quae* (alias . .) *in cod. Sangall. adscripta sunt* de quo Ennius *ectr* | duplex *scripsi*: dubius *cod.* | *lacunam expleo* dictis factis; *cf. Fleckeis. ann.* 1884 *p.* 839 | eacida phyrrus *cod.* (Aeacidas *Zangemeisterus*).

189 hostem qui feriet, mihi erit Karthaginiensis,
quisquis siet, cuiatis siet.

190 conque fricati oleo lentanti adque arma parati.

191 unus homo nobis cunctando restituit rem;
non enim rumores ponebat ante salutem:
ergo olimque magisque uiri nunc gloria claret.

192 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – praecoca pugna est.

193 certare abnueo: metuo legionibus labem.

194 haece locutus uocat, quocum bene saepe libenter
mensam sermonesque suos rerumque suarum
materiem partit, magnam cum lassus diei

---

189 *Cic. p. Balb.* 22, 51 neque enim ille summus poeta noster Hannibalis illam magis cohortationem quam communem imperatoriam uoluit esse; *Ennii lib. VIII adscr. Merula* | mihi erit *uulgo*: erit, inquit, mihi *Cic.* | 2 siet *prius Merula*: erit *codd.* ‖ **190** *Seru. ad Aen.* III 384 in annalibus legitur; *Ennio CBarthius, pugnae ad Trebiam Ribbeckius dederunt* | confricati *codd.*, *correxi* | lentati *codd.*, *correxi* | paratique ad arma *codd.*, *correxi* ‖ **191** *Cic. Cato m.* 4, 10 hic (*Q. Fabius*) . . Hannibalem . . patientia sua molliebat; de quo praeclare Ennius (1—3); *idem de off.* I 24, 84 de quo Ennius (1—3); *Macr.* VI 1, 23 Ennius in XII [VII *Salisb.*] (1); *Seru. ad Aen.* VI 845 de quo ait Ennius (1); *cf. Liu.* XXX 26, *Cic. ad Att.* II 19, 2, *alios*; *lib. VIII adscr. Merula* | 2 non enim (*lege* eni)] noenum *Lachm. ad Lucr.* III 198 | 3 olimque *scripsi*: postque *codd.* plusque *IBernaysius* priusque *Bergkius*; *cf. Polyb.* III 105, 8 *καὶ πρὸ τοῦ καὶ νῦν* ‖ **192** *Non.* 150, 16 praecox et praecoca, quod est inmatura. Ennius ann. lib. VIII | praecoca *LMuellerus*: praecox *codd.* ‖ **193** *Diomed.* 382 *K.* abnueo . . Ennius octauo annalium ‖ **194** *Gell.* XII 4, 1 descriptum definitumque est a Q. Ennio in annali VIII [*ita Hugius*: septimo *codd.*] graphice admodum sciteque sub historia Gemini Seruili, uiri nobilis, quo ingenio, qua comitate, qua modestia, qua fide, qua linguae parsimonia, qua loquendi oportunitate . . amicum esse conueniat hominis genere et fortuna superioris . . L. Aelium Stilonem dicere solitum ferunt, Q. Ennium de semet ipso haec scripsisse | 1 haec elocutus *codd.*, *corr. Stephanus* | quocum *duo*: quodcum *ceteri codd.* | 3 materiem partit *scripsi*:

partem triuisset de summis rebus regundis
consilio lato indu foro sanctoque senatu;
cui res audacter magnas paruasque iocumque
eloqueretur et ut certo malaque et bona dictu
euomeret, si qui uellet, tutoque locaret;
quocum multa uolutat grandia clamque palamque,
prudenter qui dicta loquiue tacereue posset
ingenuos, cui nulla malum sententia suasset
ut faceret facinus leuis aut malus; doctus, fidelis,
suauis homo, facundus, suo contentus, beatus,
scitus, secunda loquens in tempore, commodus, uerbum
paucum, multa tenens antiqua sepulta, uetustas
maiorum ueterum leges diuomque hominumque,
quae faciunt mores ueteresque nouosque notantem:
hunc inter pugnas compellat Seruilius sic.

_ ⏑⏑ multa dies in bello conficit unus, 195
et rursus multae fortunae forte recumbunt:
haudquaquam quemquam semper fortuna secuta est.

---

comiter impartit (impertit, inpertit) *codd.* congeriem partit *Vahlenus* | 4 parte *codd. pauci* | triuisset (tuisset) *scripsi*: fuisset *codd. sine sensu* | recundis *et* fecundis *codd. pauci* | 5 lato, *i. e. cum ferret consilium, post* foro *codd.*, *traieci* | 7 ut certo (c̃to) *scripsi*: cuncta *codd.* | malusque, *sim.*, *codd. pauci* | 8 *fortasse* si quoi | 9 uolutat *Bergkius*: uoluptate **Qx** uoluptas **TΥ** uolup . . **B** uolup **XOΠN** *om.* **Z** uolup ac (et *Hugius*) *Columna* | grandia *scripsi*: gaudia *codd.* | 10 *in codd. ante* 18 *extat, huc traieci* | prudenter *Vahlenus*: prudentem *codd.* | tacereue **B**: tacereque (*uel* tacere) *ceteri* | possit *unus* | 11 ingenuus *scripsi*: ingenium *codd.* | suasset *Vahlenus*: suadet *codd.* | 12 aut *unus*: haut *et* haud *ceteri* | 15 paucum *uulgo*: paucorum *codd.* | 17, 16 *ponunt codd.*, *traieci* | 16 maiorum *Vahlenus*: multorum *codd.* | diuumque *codd.* | 17 quae faciūt *scripsi*: quae facit et *codd.* quem facit et *Gronouius* quem fecit *Vahlenus*; *an* quod facit em (= eum) ? | notantem *scripsi*: tenentem *codd.* | 18 Seruilius sic compellat *IDousa* ‖ 195 *Macr.* VI 2, 16 Ennius in VIII | 2 forte] poste *CFWMuellerus Fleckeis. ann.* 1866 *p.* 241 | 3 quemquam *om. Paris.*, *Neapol.*, *alii.*

196 consequitur: summo sonitu quatit ungula terram.
197 iamque fere puluis ad caelum uasta uegetur.
198 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – stant puluere campi.
199 densantur campis horrentia tela uirorum.
200 pila retunduntur uenientibus obuia pilis.
201 hastati spargunt hastas, fit ferreus imber.
202 amplius exaugere obstipo lumine solis.
203 nunc hostis uino domiti somnoque sepulti.
204 ast occasus ubi tempusue audere repressit.
205 is pernas succidit iniqua superbia Poeni.
206 tibia mustarum pangit melos.
207 optima caelicolum, Saturnia, magna dearum.

208 *Seruius ad Aen. I 281:* bello Punico secundo, ut ait Ennius, placata Iuno coepit fauere Romanis.

---

196 *Macr.* VI 1, 22 Ennius — in VIII ‖ **197** *Non.* 217, 10 puluis — feminini. Ennius lib. VIII ann. | uegetur *Bergkius*: uidetur *codd* ‖ **198** *Porph. ad Hor. od.* I 9, 1 Ennius; *hic posuit Merula* ‖ **199** *Prisc.* I 480 *H.* denso. Ennius in VIII annalium ‖ **200** *comm. Bern. ad Lucani* I 6 Enni uersus; *huc rettuli* ‖ **201** *Macr.* VI 1, 52 Ennius in VIII ‖ **202** *Fest.* 193 obstipum, oblicum Ennius .. l. VIII | lumue *cod.*, *corr. AAugustinus* | *fortasse* sol it ‖ **203** *Macr.* VI 1, 20 Ennius in VIII | hostis *Neap.*: hostes *Paris.* ‖ **204** *Fest.* 178 occasus .. pro occasione .. Ennius .. in l. VIII | ast *Columna*: aut *cod.* ‖ **205** *Fest.* 305 (*Paul.* 304) suppernati .. Ennius l. ... (*lac. in cod.*) | his *Paulus* | succ ... poeni *cod. Festi*, *suppl. ex Paulo* ‖ **206** *schol. Bern. ad Georg.* IV 72 Ennius in VIII ait | mustarum *scripsi*: musarum *codd.* musaeum *LMuellerus* ‖ **207** *Prisc.* II 192 *H.* Ennius; *lib. VIII adscr. Merula* ‖ **208** *uersum constituit Ilbergius* Rom. Iuno c. pl. fauere.

Quintus pater quartum fit consul. 209

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – de muris rem gerit Opscus. 210

ob Romam noctu legiones ducere coepit. 211

summus ibi capitur meddix, occiditur alter. 212

LIBER IX.

puluis fulua uolat. 213

– ⏑⏑ – ⏑ uiri ualidis a uiribus luctant. 214

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ praeda exercitus undat. 215

sed quid ego haec memoro? 'dictum factumque' facit frux. 216

– ⏑⏑ – libertatemque ut perpetuassint, 217
ut quae maxime . . . .

---

209 *Gell.* X 1, 6 quarto locum . . quartum tempus . . Ennius (*cf. Non.* 435, 13); *hic posuit Merula* | quintum L *Nonii* ‖ **210** *Fest.* 198 Oscos . . Opscos antea dictos teste Ennio; *hic pos. Merula* ‖ **211** *Paulus* 179 ob . . pro ad, ut Ennius (*Fest. p.* 178 *nil nisi* Romam noc *extat*); *cf. et Festus* 190 *et Paulus* 147; *hic pos. Merula* ‖ **212** *Paulus* 123 meddix apud Oscos nomen magistratus est. Ennius; *hic pos. Merula* | summus] unus *Dacerius* ‖ **213** *Non.* 207, 10 puluis . . feminini; Ennius . . lib. VIIII | *ante* puluis *e priore Ennii uersu* iamque fere *addunt codd.*, *deleuit Hugius* ‖ **214** *Non.* 472, 7 luctant pro luctantur. Ennius lib. VIIII | uiri a (uaria *Bamb.*) ual. uiribus *codd.*, *corr. Hugius* (uiri ual. cum uir. *Dousa*) ‖ **215** *Seru. ad Georg.* II 437 undantem, abundantem; Ennius lib. IX ‖ **216** *Prisc.* I 278 *H.* idem in VIIII pro 'frugi homo' 'frux' ponit, quod est adiectiuum | *puto* 'd. factum' peragit frux' ‖ **217** *Non.* 150, 30 perpetuassint (perpetuitas sit *codd.*), ⟨faxint⟩ perpetua, aeterna. Ennius ann. lib. IX | perpetuas (*sic* H: perpetias L *m. 1* perpetuitas *ceteri*) sintque maxime

218 rastros dente acres capsit causa poliendi
agri.

219 debil homo.

220 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – lichnorum lumina bis sex.

221 Ciclopis uenter uelut olim turserat alte
carnibus humanis distentus.

222 additur orator Cornelius suauiloquenti
ore Cetegus Marcus conlega Tuditano,
Marci filius. . . . .
. . . is dictust ollis popularibus olim,
qui tum uiuebant homines atque aeuom agitabant,
flos delibatus populi Suadaeque medulla.

223 mortalem summum fortuna repente recidit,
summotus regno famul ut *uelut* infumus esset.

---

codd.; perpetuassint *uulgo*, ut *addidi* (quae iam axim *Bergkius* maxime *deleto* que *uulgo*) ‖ **218** *Non.* 66, 27 politiones agrorum cultus diligentes . . Ennius . . ann. lib. VIIII | ratros L rastaos H *m. 1* | dente acres *scripsi*: dentefabres *codd.* dentiferos *Hugius* ‖ **219** *Non.* 95, 32 debil, debilis. Ennius lib. VIIII | debil *Lipsius*: debilo *codd.* ‖ **220** *Macr.* VI 4. 17 Ennius in VIIII | lichn. *Paris.* lychn. *alii* ‖ **221** *Prisc.* I 486 *H.* idem in VIIII | cyclopis *fere codd.* | alti *codd.*, *corr. Dousa* ‖ **222** *Cic. Brut.* 15, 58 in nono, ut opinor, annali; *cf. et ad u.* 4 *sqq. Gell.* XII 2, 3 *sqq.*; *Quintil.* XI 3, 31 (II 15, 4), *Cic. Cato m.* 14, 50 | 2, 3 cethegus marcus studio conlegam (collegam) filius *codd.*; *recte uulgo* Tuditano conlega M. filius, *sed transposuit* conl. Tudit. *Bergkius* | 4 dictust ollis *Gronouius ap. Gell.*: dictus tollis *similiaue codd. Gell.* dictus *codd. Bruti*; *ex* 3 *et* 4 *ut unum uersum efficeret*, *Merula* ollis *in locum illius* olim *reposuit* | 5 (a)eu(u)m *codd.* | agitabant *Gell.*: agebant *codd. Bruti*, *fort. recte* | 6 populi suada (populis uada) *codd. Gell.* ‖ **223** *Non.* 110, 7 famul, famulus. Ennius lib. IX | 1 summa L, H *m. 1* | recidit *scripsi*: reddidit *codd.* | 2 summot' *scripsi*: summo *codd.* | uelut *addidi cp. Lucr.* III 1034 | infimus *Lipsius* (*cf. Lucr.*): optimus *codd.* ultimus *NFaber*.

LIBER X.

insece, Musa, manu Romanorum induperator 224
quod quisque in bello gessit cum rege Philippo.

Graecia Sulpicio sorti data, Gallia Cottae. 225

Leucatam campsant. 226

egregie cordatus homo, catus Aelius Sextus. 227

ille uir haud magna cum re, sed plenus fidei. 228

sollicitari te, Tite, sic noctesque diesque! 229

O Tite, siquid ego adiuero curamue leuasso, 230
quae nunc te coquit et uersat in pectore fixa,
ecquid erit praemi?

insignita fere tum milia militum octo 231
duxit delectos, bellum tolerare potentes.

regni uorsatum summam coiere columnam. 232

---

224 *Gell.* XVIII 9, 2 ab Ennio scriptum in his uersibus; *hic posuit Merula* || **225** *Isidor. or.* I 35, 3 zeugma .. ut; *Ennio dedit LMuellerus* || **226** *Prisc.* I 541 *H.* campso campsas .. Ennius in X | Leucatan (e *supra alt.* a) *et* leocaten *et* leucatem *codd., corr. Vahlenus* | camsant *duo codd.* || **227** *Cic. de rep.* I 18, 30 ab Ennio dictus est (*idem Tusc.* I 19, 18; *cf. Varro de l. l.* VII 46 *et Pompon. de orig. iur.* § 38); *hic posuit Merula* || **228, 229, 230** *Cic. Cato m.* 1, 1 *ubi post* 230 licet enim mihi uersibus eisdem adfari te, Attice, quibus adfatur Flamininum (228), quamquam certo scio non, ut Flamininum (229) | **230**, 1 adiuero *uulgo*: adiuto *plerique codd.* adiuuero *Lugd., Par.* | leuasso] *suprascr.* uel leuauero *Paris.* | 3 praemii *codd. fere* (precii *uel* praecii *dett. quidam*) || **231** *Prisc.* I 30 *H.* uetustissimi tamen non semper eam (m *litteram*) subtrahebant; Ennius in X annalium | 1 insignata *codd. nonnulli* | 2 delectos *plerique*: dilectus *nonnulli* (dilectos *unus ex corr.*) || **232** *Don. ad Ter. Phorm.* II 1, 57 columen, culmen uel columna .. Ennius X | uersatum *codd.* | coiere *scripsi*: uero *codd.* (uorsatam iam summouere col. *Scaliger*).

233 – ◡◡ – ◡◡ – horitatur induperator.

234 aspectabat uirtutem legionis suai,
expectans si mussaret, quae denique pausa
pugnandi fieret aut duri *meta* laboris.

235 siquando ueluti uinclis uenatica uelox
apta dolet, si forte *feras* ea nare sagaci
sensit, uoce sua et nictit ululatque ibi acuta.

236 – pinsunt terram genibus.

237 hinc Nox processit stellis ardentibus apta.

238 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ orsis
erubuit mulier ceu lacte et purpura mixta.

239 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ aegro
corde, comis palmis late passis 'pater' – –

---

233 *Diomed.* 382 *K.* horitur . . Ennius . . idem in decimo — quasi specie iteratiua | horitatur *Ilbergius*: horitur *codd.* || **234** *Philarg. ad Georg.* IV 188 mussant . . murmurant. Ennius in X sic ait; *Nestor Nouar. p.* 68 *ed. Venetae a.* 1496 musso . . Ennius (1, 2 e. si m.) | suai *Bergkius*: suae *Nestor* siue *Vatic.* | 2 spectans *Vatic.* | mussaret *Bergkius*: mussitarent *Nestor* dubitaret *Vatic.* | que *Vatic.* | pausa *Bergkius*: causa *Vatic.* | 3 meta *addidi* (finis *Bergkius*) | labores *Vatic.* || **235** *Fest.* 177 nictit canis in odorandis ferarum uestigiis leuiter gganniens, ut Ennius in l. X (*Paul.* 176; *AMai auct. class.* VIIII 372 *huc non pertinet*) | 1 ueluti siquando *cod.*, *corr. Fruterius* (sicuti siquando *Scaliger*) | uinculis uenatica ueneno xapta *cod.*, *corr. Turnebus* | dolet *scripsi*: solet *cod.* | feras *add. COMuellerus* | ea *idem*: ex *cod.* | 3 et *in fine cod.*, *post* sua *traieci* | nictit *Paulus*: nictu *cod. Festi* | acute *Scaliger* || **236** *Diomed.* 373 *K. de* pinso *agens* Ennius decimo annalium || **237** *Macr.* VI 1, 9 Ennius — in X | nox *uulgo* || **238** *Non.* 483, 2 lacte nominatiuo . . Ennius lib. X [*sic Bamb.*: XI *ceteri*] | orsis erubuit mulier *scripsi*: es simulier erubuit *codd.* et simul erubuit *Gulielmus* || **239** *Non.* 370, 22 passum, extensum, patens — Ennius ann. lib. X — passis ait palmis, patentibus et extensis | passis l. palmis *codd.*, *traieci* (comis palmis *asyndetice ex more prisco iuncta*) | *in fine* infit *simileue addas.*

uerutus. **240**

fiere. **241**

acanthus. **242**

LIBER XI.

quippe solent reges omnes in rebus secundis. **243**

contendunt Graios (Graecos memorare solent sos) **244**
. . . . . . gua longos per . . . .
Hispane, non Romane memoretis loqui me.

alte aedes elata petrisque ingentibus tecta. **245**

quae neque Dardaniis campis potuere perire **246**
nec, cum capta, capi, nec, cum combusta, cremari.

tum clipei resonunt et ferri stridit acumen. **247**

---

240 *Fest.* 375 ueruta pila .. Ennius l. X (*lacuna in cod.*); *sed quod sequitur Lucr. IV 409 exemplum non de solis pilis agi docet* ‖ **241** *Gramm. lat. K.* V 645 Ennius tamen in X annalium 'fiere' dixit, non 'fieri' ‖ **242** *schol. Bern. ad Georg.* II 119 Gnifo commentator annalium lib. X hanc arborem in insula Cercina regionis Africae esse dicit oportunam tincturae, quae in floris sui colorem lanam tinguat; unde uestis acanthia appellatur; *cf. Buechelerus mus. Rhen.* 36 *p.* 334 ‖ **243** *Fest.* 257 quippe . . quidni . . Ennius l. XI [*sic Urs.*: XL *cod.*] | silent leges *Fruterius* ‖ **244** *Fest.* 286 *in loco lacunoso praebens*: . . . . s appellat Enni . . . . os Grai memo . . . . gua longos per . . . . ispani non ro . . . .; *succurrit u. 1 Fest.* 301 sos pro eos — Ennius l. XI (*ubi* Graios Graecos *cod.*) *et u. 3 Charis.* 200 hispane Ennius annalium libro (*excidit numerus*); *quem locum* (*ubi* Hispane *extat*) *ad Festi uersus rettulit Columna*; *u. 2 explendi conamina* (falsi de lingua, longos per uersus ut si *Bergkius*) *uana fuerunt et sunt* ‖ **245** *Fest.* 206 petrarum genera sunt duo, quorum alterum naturale saxum prominens in mare, cuius Ennius meminit l. XI | alte aedes elata *scripsi*: alte delata *codd.* | petrisque *Scaliger*: ceterisque *cod.* ‖ **246** *Macr.* VI 1, 60 Ennius in XI [X *in ras. Paris.*], cum de Pergamis loqueretur ‖ **247** *Prisc.* I 445 *H.* sono .. sonis. Ennius in XI annalium; *idem p.* 473 Ennius in XI annali | tunc *codd.*

248 missaque per pectus dum transit striderat hasta.

249 ‿ ◡ ◡ ‿ ◡ ◡ ‿ ◡ 'malo cruce' fatur 'uti des, Iuppiter'

250 . . . . *rimantur* utrique.

LIBER XII.

251 pendent peniculamenta unum ad quemque pediclum.

252 omnis mortalis uictores cordibus imis
laetantis, uino curatos, somnus repente
in campo passim mollissimus perculit acris.

LIBER XIII.

253 Hannibal audaci cum pectore de me horitatur,
ne bellum faciam? quem credidit esse meum cor
suasorem summum et studiosum robore belli.

254 isque Hellesponto pontem contendit in alto.

---

altero loco | clepei *bis pauci codd.* | resonant (-nunt *unus*) aes *codd. priore loco*, *recte altero* ‖ **248** *Prisc.* I 419 *H.* strido — stridi . . Ennius in annalium XI | messaque **R** *m. 1* ‖ **249** *Non.* 195, 13 crux . . masculini Ennius ann. lib. XI ‖ **250** *Fest.* 277 *in loco lacunoso de* rimari *agens*: Ennius l. XI . . . . utrique (*ex. gr.* rimantur *addidi*) ‖ **251** *Non.* 149, 32 peniculamentum . . pars uestis . . Ennius lib. XII annalium [XII **H** *et* **L** *m. 1*: XI *ceteri*; annalis *codd.*] | pediclum *scripsi*: pedum *codd.* (quodque pedule *Scaliger*) ‖ **252** *Prisc.* I 153 *H.* (acer *et* acris) Ennius . . in XII, *idem* I *p.* 230 Ennius XII | omnes mortales *codd. ex parte*; mortalis *sine dubio corruptum*; *an* turmalis? | imis *codd. deteriores*, *Fruterius*: uiuis *codd.* (huius *loco priore* **RHG**); *an* tutis? | 2 laetantes *codd. bis*, *nisi quod l. pr. unus* lactantis (*alius* lactantes) ‖ **253** *Gell.* VI 2, 3 *sqq.* Ennius . . in XIII annali (*Non. p.* 195, 19 = 1, 2) | 1 Annibal *Non.* **H** *m. 1*, **L** audaci cum (dum *semel*) *Gell. codd.*: laudacium *codd. Non.* me *om. semel Gell. codd.* | hortatur *Gell.*, *Non.*, *corr. Bergkius* 3 robore *uix sanum* (roboris *Bergkius non melius*); *puto* sponte duelli ‖ **254** *Varro* VII 21 ut Ennius ait; *hic posuit Merula* | *fortasse* contexit.

quo res sapsa loco sese ostentatque iubetque. **255**

matronae moeros complent spectare fauentes. **256**

– ⏑ satin uates uerant aetate in agunda? **257**

LIBER XIV.

uerrunt extemplo palmae mare marmore pulso: **258**
caeruleum spumat sale conferta rate flauom.

labitur uncta carina, uolat super impetus undas. **259**

cum procul aspiciunt hostes accedere uentis **260**
nauibus ueliuolis.

litora lata sonunt. **261**

nunc est ille dies, cum gloria maxima sese **262**
nobis ostentat, si uiuimus siue morimur.

horrescit telis exercitus asper utrimque. **263**

infit 'o ciues, quae me fortuna ferox hic **264**
contudit indigne, bello confecit acerbo!'

---

255 *Fest.* 325 idem (*Ennius*) sapsam pro ipsa nec alia ponit in l. XIIII (*Paul. p.* 324) | iubetque *num sanum ? fort.* leuatque ‖ **256** *Seru. ad Georg.* I 18 fauere . . uelle . . Ennius; *Philarg. ad Georg.* IV 230 (*fauere*) pro uelle apud eundem Ennium in XIII [*ita uulgo*: XVI *Vatic.*] | melos *Phil. Vatic.* ‖ **257** *Gell.* XVIII 2 a Q. Ennio id uerbum (*uerant*) in XIII annalium | satin] sann *unus cod.* ‖ **258** *Gell.* II 26, 21 ex annali XIV Ennii; *Prisc.* I 171 *H.* hoc sale Ennius in XIV annalium (= 2) | 1 palmae *scripsi*: placide *codd. Gell.* placidum *Parrhasius* | pulso (*cf. u.* 2) *scripsi*: flauo *Gell.* | 2 sale *Prisc.*: mare *Gell. codd.* | flauom *scripsi* (*cf. u.* 1): pulsum *codd. Prisc. et Gell. uitio uetusto*; *post quod Prisc. codd. glossam* pro (per) mare *addunt* ‖ **259** *Macr.* VI 1, 51 Ennius in XIV ‖ **260** *Macr.* VI 5, 10 Ennius in XIIII ‖ **261** *Prisc.* I 474 *H.* (*de* sonere) idem in XIIII ‖ **262** *Prisc.* I 501 *H.* (moriri) Ennius in XIIII annalium | ostentat *dett.*: ostendat *codd.* (ostendit **L**, **R** *m. 2*) ‖ **263** *Macr.* VI 4, 6 Ennius in XIV ‖ **264** *Prisc.* I 518 *H.* (*de* contŭdi) Ennius in XIIII | 1 ferox hic *ego*: fero sic *codd.* ferox

265 omnes occisi obcensique in nocte serena.

266 rumpia.

LIBER XV.

267 arcus subspiciunt, mortalibus quae perhibentur.

268 malos diffindunt: fiunt tabulata falaeque.

269 *Macrobius VI 2, 32*: item de Pandaro et Bitia aperientibus locus acceptus est ex libro quinto decimo Ennii, qui inducit Histros duos in obsidione erupisse porta et stragem de obsidente hoste fecisse.

270 obcumbunt multi letum ferroque lapique
aut intra muros aut extra praecipe casu.

LIBER XVI.

271 *Plinius n. h. VII 28, 101:* fortitudo in quo maxima extiterit inmensae quaestionis est, utique si poetica recipiatur fabulositas. Q. Ennius T. Aelium [*ita Bergkius:* T. Caecilium] Teucrum fratremque eius praecipue miratus propter eos sextum decimum adiecit annalem.

---

sic *Columna* ferocem *Merula* | indigno *codd.*, *corr. Columna* (*an* indignum *?*) | aceruo *codd. praeter* L || **265** *Fest.* 201 ob .. pro ad .. Ennius l. XIIII .. id est accensi || **266** *Gell.* X 25, 4 'r.', genus teli est Thracae nationis .. in Q. Enni annalium XIIII || **267** *Prisc.* I 259 *H.* (arcus *quartae decl.*) Ennius in XV annali | subspiciunt *Vahlenus*: ubi aspiciunt *codd.* (ubi *del. Hertzius* aspicitur *Columna*) | perhibetur *pauci codd.* (iris *add. LMuellerus*) || **268** *Non.* 114, 7 falae turres sunt ligneae. Ennius lib. XV | defindunt *codd.*, *corr. Merula* || **269** *Bergkius suspicatur* in sexto decimo, *ipse tamen rectam interpretationem indicans* : **270** *Prisc.* I 281 *H.* (praecipis) Ennius in XV annali; *idem* 250 (lapis) *eodem modo adfert u.* 1 | 1 obc. *codd. pr. loco fere*: occ. *alt. loco codd.* | laetum *uel* loetum *fere codd.*

*Gellius XVII 21, *43:* Q. Ennium poetam M. Varro in primo de poetis libro scripsit .., cum septimum et sexagesimum annum haberet, XVI [*ita scripsi:* duodecimum *codd.*] annalem scripsisse, idque ipsum Ennium in eodem libro dicere. 272

hic, ut fortis equos, spatio qui saepe supremo 273
uicit Olimpia, nunc senio confectus quiescit.

post aetate pigret scribendi ferre laborem. 274

postremei longinqua dies confecerit aetas. 275

quippe uetusta uirum non est satis bella moueri. 276

reges per regnum statuasque sepulcraque patrum 277
aedificant, nomen summa nituntur opum ui

• *Cicero de prou. cons. 9, 21:* an uero M. ille Lepidus, qui bis consul et pontifex maximus fuit, non solum memoriae testimonio, sed etiam annalium litteris et summi poetae uoce laudatus est, quod cum M. Fuluio conlega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim rediit in gratiam, ut commune officium censurae communi animo ac uoluntate defenderent? 278

---

273 *Cic. Cato m.* 5, 14 sua enim uitia insipientes et suam culpam in senectutem conferunt, quod non faciebat . . Ennius — equi fortis et uictoris senectuti comparat suam | hic (= *ego*), ut *scripsi Fleckeis. ann.* 1882 *p.* 402: sicut (sicuti) *codd.* | equus *codd.* | Olympiā *pars codd.* | nunc] *cf. comm. ad Catull. p.* 124 || **274** *Non.* 219, 12 pigret. Ennius lib. XVI | potestate **L** potes etate **H** *m. 1* | scribendi ferre *scripsi*: subferre **G** supferre **H** *m. 1* sufferre *ceteri* || **275** *Gell.* IX 14, 5 Q. Ennius in XVI annali 'dies' scripsit pro 'diei' | postremei *scripsi*: postrema *codd.* postremae *Columna* postremo *Bergkius* | confecerit *uel* quod fecerit *codd.* (confecerat *dett.*) || **276** *Fest.* 257 quippe .. Ennius .. l. XVI || **277** *Macr.* VI 1, 17 Ennius .. in XVI | 1 patrum (p̄rum) *scripsi*: quaerunt (q̄runt) *codd.*, *nisi quod* qurent *Neap.* | 2 aedificant nomen *uulgo*, *correxi* (*fortasse in nouo uersu* conseruare *legebatur*); aeuificant n. *forma audacissima Vahlenus.*

279 primus senex Bradyn in regimen bellique peritus.

280 montibus obstipis obstantibus, unde oritur nox.

281 Nox quando mediis signis praecincta uolabit.

282 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ interea fax
occidit oceanumque rubra tractim obruit aethra.

283 hic insidiantes uigilant, partim requiescunt,
tecti, *cum* gladiis sub scutis, ore fauentes.

284 quos ubi rex Epulo spexit de cotibus celsis.

285 ex specula spectans.

286 intentu forti dextrum latus pertudit hasta.

287 – ◡◡ – tamen induuolans secum abstulit hasta insigne.

288 undique conueniunt uelut imber tela tribuno:
configunt parmam, tinnit hastilibus umbo

---

279 *Fest.* 278 regimen pro regimento .. Ennius l. XVI | *ita cod.*; nec bradus *Merula* senex Bradylis reg. *Bergkius* || **280** *Fest.* 193 obstipum, obliquum. Ennius l. XVI || **281** *Fest.* 258 ⟨quando temporis aduerbium,⟩ ut .. Ennius l. XVI | nox *uulgo* | mediis] in bigis *?* || **282** *Macr.* VI 4, 19 Ennius .. in XVI | obruit aumbra aera *Neap.* || **283** *Philarg. ad Georg.* IV 230 in XVI Ennius (*cf. et Seru. ad Georg.* I 18 *in cod. Lemouic.* Ennius: ore fauentes) | 1 *puto* passim | 2 cum *addidi* (protecti *Columna*; *cf. ex. gr. Aen.* III 583) || **284** *Fest.* 330 spicit .. et spexit. Ennius l. XVI | Epulo *Bergkius* (*secundum Varronem, qui* VI 82 *ex Ennio neglegenter adfert* ⟨q⟩uos Epulo postquam spexit): pulo *uel* sulo *cod. Festi ita ut ante* p (s) *una littera legi nequeat* | contibus *cod. Festi* || **285** *Placidus* 39, 11 *Deuerl.* ex sp. sp., ex alto loco intendens; *hemistichium apertum Ennio et huic loco uindicaui* || **286** *Prisc.* I 518 *H.* (pertŭdi) Ennius .. in XVI | intentu *scripsi*: ingenio *codd.* | dextra *codd.*, *corr. Merula* || **287** *Macr.* VI 1, 53 Ennius in XVI || **288** *Macr.* VI 3, 2 hunc locum (*Hom. Il.* XVI 102 *sqq.*) Ennius in XVI [*ita Bergkius*: XII *Par.* XV *alii*] ad pugnam C. Aelii [*ita Merula*: Caelii *codd.*] tribuni his uersibus transfert

aeratus, sonit aes galeae. sed nec pote quisquam
undique nitendo corpus discerpere ferro:
semper adundantes hastas frangitque quatitque.
totum sudor habet corpus multumque laborat,
nec respirandi fit copia praepete ferro:
Histri tela manu iacientes sollicitabant.

tunc timido manat ex omni corpore sudor. 289

concidit, et sonitum simul insuper arma dedere. 290

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – prandere iubet horiturque. 291

spero, si speres quicquam prodesse potissunt. 292

non in sperando cupide rem prodere summam. 293

si luci, si nox, si mox, si iam data sit frux. 294

nauorum imperium seruare est induperantum. 295

aestatem autumnus sequitur, post acer hiems it. 296

qui clamos oppugnantis uagore uolanti. 297

---

3 aerato sonitu galeae *codd.*, *correxi* | 5 adund. *Castricomius*: abund. (habund. *Neap.*) *codd.* obund. *Pontanus* | 7 *ante* praepete *interpungunt*, *correxi* ‖ **289** *Macr.* VI 1, 50 Ennius in XVI | tum *deteriores codd.* ‖ **290** *Macr.* VI 1, 24 Ennius in XVI | simul *om.* *Paris.* | im (= *em*, *eum*) super *Linkerus Fleckeis. ann.* 1864 *p.* 719 ‖ **291** *Diomed.* 382 *K.* hortatur . . ueteres . . horitur . . Ennius XVI annalium ‖ **292** *Fest.* 333 speres antiqui pluraliter . . Ennius . . l. XVI ‖ **293** *Fest.* 229 prodit . . item perdit, ut Ennius l. XVI | non in] non im *Bergkius* noenum *Vahlenus*; *fort.* non it ‖ **294** *Prisc.* I 278 *H.* (frux) Ennius in XVI annali | solis *ante* nox *pauci codd.* ‖ **295** *Fest.* 166, 169 nauus . . Ennius . . l. XVI | insuperantum *cod.*, *corr. Scaliger* ‖ **296** *Prisc.* I 153 *H.* acer . . acris . . Ennius in XVI; *Seru. ad Aen.* VI 685 de feminino . . acer numquam dicimus, licet Ennius dixerit (*Gramm. lat. K.* IV p. 491 Ennius . . 'p. a. h.') | sequitur *om. Seru.* | hiemps *codd. ex parte* | it **AGM** *Seruii*: sit *ceteri*, *om. Prisc.* (fit *Fabricius*) ‖ **297** *Fest.* 375 uagorem pro uagitu Ennius li. XVI | clamos] ita *cod. secundum Mommseni apographa.*

298 eripuere patres pueris plorantibus offam.

298a hebem.

LIBER XVII.

299 noenu decet mussare bonos, qui facta labore
nixi militiae *monumenta sibi* peperere.

300 it eques et plausu uaga concutit ungula terram.

301 tum caua sub montei late specus intus patebat.

302 tollitur in caelum clamor exortus utrimque.

303 – ⏑⏑ – dux ipse uias ⏑⏑ – ⏑⏑ –.

304 concurrunt ueluti uenti, cum spiritus austri
imbricitor aquiloque suo cum flamine contra
indu mari magno fluctus extollere certant.

---

298 *Plin. h. n.* XVIII 8, 83 Ennius . . obsidionis famem exprimens offam eripuisse plorantibus patres liberis commemorat; *uersum restituit et hic posuit de Nesactii oppugnatione cogitans Bergkius* ‖ **298a** *Charis.* 132 *K.* hebem . . Ennius XVI (*huius uerbis ipsis in codice interlapsis*), ubi Fl. Caper 'non ut adiunctiuo, sed appellatiuo est locutus' (*quae num ad Ennii uerba spectent dubium est*) ‖ **299** *Philarg. ad Georg.* IV 188 mussant . . in tacendi significatione, ut apud Ennium in XVII; *Paulus* 144 mussare . . pro tacere . . Ennius: non decet m. bonos; *unde* noenu *Vahlenus*; non possunt mussare boni *Philarg.* | factam labore enixi militiam *Phil. Vatic.*, *corr. Dousa* | mon. sibi *addidi* ‖ **300** *Macr.* VI 1, 22 Ennius . . in XVII | uaga *scripsi*: caua *codd.* ‖ **301** *Non.* 222, 33 specus . . feminino Ennius ann. lib. XVII; *Fest.* 343 specus . . Ennius; *Prisc.* I 260 *H.* Ennius in XVII ann. (*Seru. ad Aen.* VII 568) | tum caua *Prisc.*: tum causa *cod. Festi* concaua *codd. Noni* | montis *codd. Non.* monte *ceteri*, *corr. COMuellerus* | late *Prisc.*: latet *codd. Non.* alte *cod. Fest.* | inius *cod. Fest.* petebat *Non.* L, H *m. 2* ‖ **302** *Macr.* VI 1, 21 Ennius in XVII clamos *Lachm.* | utrisque *codd.*, *corr. Merula* ‖ **303** *Prisc.* I 199 *H.* Ennius in XVII annali ‖ **304** *Macr.* VI 2, 28 Ennius in XVII | 3 indu *Merula*: inde *codd.*

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – neque corpora firma 305
longiscunt quicquam.

LIBER XVIII.

sol aestate diem faciens longiscere longe. 306

degrumare forum. 307

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ aere fulua. 308

INCERTAE SEDIS FRAGMENTA.

atque manu magna Romanos inpulit amnis. 309

contremuit templum magnum Iouis altitonantis. 310

uosque, Lares, tectum nostrum qui funditus curant. 311

sed sola terrarum postquam permensa parumper. 312

exin per terras postquam celerissimus rumor. 313

interea facit albus iubar Hyperionis cursum. 314

---

305 *Non.* 134, 19 longiscere, longum fieri [uel. frangere *addunt codd., quae ex* uel facere *medii aeui glossa corrupta inclusi*]. Ennius lib. XVII | langiscunt *Hugius; sed cf. quae dixi Woelfflini arch. II p.* 474 ‖ **306** *Non. post fr.* 305 idem XVIII; *ita scripsi l. l.*: idem: cum *codd.* | sol aestate diem *scripsi*: sola est eadem *codd.* cum sol aestatem *Bergkius* | facient **L** faciunt (e *supra* u) **GH**, *correxi* (*item Bergkius*) ‖ **307** *Non.* 63, 8 .. gruma mensura quaedam .. agrimensorum .. Ennius lib. XVIII [gruma derigere] dixit | degrumare forum *Vahlenus*: degrumari ferrum *codd.* ‖ **308** *Gell.* XIII 21, 13 Ennius in annali XVIII 'a. f.' dixit, non 'fuluo' ‖ **309** *schol. Veron. ad Aen.* V 241 Ennius | *si* germanos *scribas, possis hoc fr. ponere inter fr.* 36 *et* 37 ‖ **310** *Varro* VII 7 caelum .. dictum templum sic; *Ennio dedere editores* ‖ **311** *Charis.* 267 *K.* (soloecismus fit) per personas, ut; *Ennio adscripsit AKochius* ‖ **312** *Fest.* 298 solum, terram. Ennius .. alibi [aliubi *cod.*] | terrai *Lambinus* ‖ **313** *Prisc.* I 334 *sq. H.* celerissimus pro 'celerrimus' .. Ennius in annalibus | exit *Merula* ‖ 314 *Prisc.* I 170 *H.* iubar ..

815 Iuppiter hic risit tempestatesque serenae
riserunt omnes risu Iouis omnipotentis.

816 _ ◡◡ _ ◡◡ _ ◡◡ _ cum e carcere fusi
currus cum magno sonitu permittere certant.

817 cumque gubernator magna contorsit equom ui.

818 o multum ante alias infelix littera theta.

819 cum legionibus quom proficiscitur induperator.

820 iam cata signa fera e sonitum dare uoce parabant.

821 olli cernebant magnis de rebus agentis.

822 miscent foede flumina candida sanguine sparso.

823 hic pede pes premitur, *hic* armis arma teruntur.

---

masculinum . . Ennius in annalibus | facit (= *perficit*) *scripsi*: fugit *codd.* || **815** *Seru. ad Aen.* 1 254 Ennius || **816** *schol. Bern. ad Georg.* I 512 carceribus, ianuis. Ennius ait | e *Hagenus*: a *cod.* || **817** *Charis.* 272 *K.* (*de metaphora*) ut; *Diom.* 457 *K.*, *Quintil.* VIII 6, 9, *Plot. Sacerd.* 466 *K.*; *Ennio adscr. IMGesnerus* | cumque *Diom.*, *Char. exc. Lugd.*: *om. Quintil.*, *Char. Neap.*, atque *Plotius* | gubern. *post* ui *Neap. Char.* | magno *Diom. codd.* | equom *ego*: equo *Diom. codd.* equum *Quint.* equos *ceteri* | ui *om. Diom. codd.* || **818** *Isid. or.* I 3, 8 et dicitur theta ἀπὸ τοῦ θανάτου . . unde et habet per medium telum, id est mortis signum; de qua quidam; *scholion codicis Admuntensis* 472 *in stud. Vindob.* II *p.* 305 si contigisset, ut aliquis eorum fuisset interemptus, apponebatur super nomen illius theta littera, quae mortem significat. habet enim haec quoddam iugulum. unde Ennius uersificator optimus || **819** *Cassiodor.* 207 *K.* (*de* cum *et* quum *agens*) ut apud Ennium | quom] quum *Cassiod.* | indup. *uulgo*: imp. *codd.* || **820** *Varr.* VII 46 apud Ennium | fera e *scripsi*: ferae *Flor.* fere *uulgo* || **821** *Seru. ad Aen.* XII 709 Ennium secutus est qui ait | obli F | agentis (egentis, agentibus) *codd. plerique*, agentes *unus* || **822** *Diomed.* 499 *K.* partipedes . . ut; *LMuellerus adscr. Ennio* | foede M *m. 2*: fide *codd.* | sparso] *an* suaso (= *atro*) *?* | **823** *auct. belli Hisp.* 31 hic, ut ait Ennius, pes pede premitur, armis teruntur arma (hic *alterum addidi*; arma ter. *Merula*).

impetus ut longe mediis regionibus restat. **324**

decretum est stare *et fossarei* corpora telis. **325**

– ◡◡ – hic tum nostri cessere parumper. **326**

cumque caput caderet, carmen tuba sola peregit **327**
et pereunte uiro raucus sonus aere cucurrit.

oscitat in campis caput a ceruice reuolsum **328**
semianimesque micant oculi lucemque requirunt.

exspoliantur eos et corpora nuda relinquont. **329**

qui uicit, non est uictor, nisi uictus fatetur. **330**

dum quidem unus homo Romanus toga superescit. **331**

omnes corde patres praebent animoque benigno **332**
circumfusum. ,

tunc coepit memorare simul *mulsa et* cata dicta. **333**

---

324 *Fest.* 282, 285 restat pro distat . . Ennium ponere ut *scripsi*: aut *cod.* haut *uulgo* | legionibus *Fruterius* || **325** *Varro* VII 100 apud Ennium . . a fodiendo | et fossarei *a Varrone explicitum addidit Bergkius* (fossari *pro* stare *Columna*) || **326** *auct. belli Hisp.* 23 hic tum, ut ait Ennius, n. c. p. || **327** *Lactant. ad Stat. Theb.* XI 56 Ennius | 2 raucus *scripsi*: raucum *uulgo* || **328** *Seru. ad Aen.* X 396 Ennii est, ut; *fr. priori adiunxit Merula* | 1 reuulsum *codd.* || **329** *Donatus* 394 *K.* soloecismus . . sicut . . pro spoliant (*cf. Gramm. lat. K.* IV 564, V 291); *Ennio adscr. Columna* | spoliantur *ubique codd.*, *corr. Columna* | relinquunt *codd.* || **330** *Seru. ad Aen.* XI 307 Ennius | uicit **F**: uincit **GT** | fateatur **T** || **331** *Fest.* 302 superescit . . supererit. Ennius (*corruptus Paul.* 303) || **332** *Donat. ad Ter. Phorm.* V 9, 39 'faxo tali eum mactatum' pro eo quod est ⟨mactabo⟩; sic . . Ennius | patrem *codd.*, *correxi*; patri *Bergkius* | debent *Oxon.* (perhibent *Ilbergius*) | 2 circumfusum *uulgo*: circumfuntui *ed. Rom. et Spir.*, circumfi . . . *Lugd.*, circum suam *Oxon.* || **333** *Varro* VII 46 quod est . . accipienda acuta dicta; *Ennio*, *qui praecedit*, *adscr. docti* | cepit memorari *Flor.*, *corr. Scaliger* | mulsa et *addidi* (stulta et *Bergkius*).

334 dum clauum rectum teneam nauemque gubernem.

335 * inde patefecit radiis rota candida caelum.

336 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ pilam uix
sol mediam conplere cohi torroribus coepit.

337 inde loci lituus sonitus effudit acutos.

338 succincti gladiis media regione cracentes.

339 rex ambas ultra fossam dein tollere coepit.

340 machina multa minax motatur maxima muris.

341 atque atque accedit muros Romana iuuentus.

342 aut super inrueret paries percussus trifaci.

---

334 *Isid. or.* XIX 2 clauus . . Ennius. *Quintil.* II 17, 24 notum illud: d. cl. r. t. | dum *Quintil.*: ut *Isid.* ‖ **335** *Isid. or.* XVIII 36 quia (*sol*) uolubili ambitu rotat, sicut ait Ennius (*cf. Seru. ad Aen.* VI 748) | patefacit *Guelf.*, *Parisini* ‖ **336** *Isid. de n. r.* 12 cous est quo caelum continetur. unde Ennius | *in initio* terraeque *suppleas* | pilam uix sol mediam *Scaligeri* (*ad Fest. p.* 39 *M.*) *codex*: uix solum *codd. Beckeri* | compl. *Bamb.* 1, *Scal. cod.* | cohi *scripsi*: cohum *uulgo* (choū *Bamb.* 1, cous *Bamb.* 2) | torroribus *scripsi* (*cf. archiu. lexicogr.* II *p.* 474): terroribus *uulgo* | coepit *scripsi*: caeli *uulgo e glossa* ‖ **337** *Paul.* 116 lituus . . Ennius ‖ **338** *Paul.* 53 cracentes, graciles. Ennius; *Mai auct. class.* VIII *p.* 151 cr., grac., exiles Ennius (*ubi* sunt multi gladii); *cf. et Placid.* 28, 9 crac., grac. exiles, tabidos ‖ **339** *Plot. Sacerd.* 468 *K.* synecdoche . . ut . . subauditur enim 'manus'; *Ennio adscr. Lachm. ad Lucr.* IV 619 | ambas *edd. Vindob.*: amus *cod.* | dein tollere *scripsi*: retinere *cod.* protendere *Lachm.* ‖ **340** *Diomed.* 447 *K.* parhomoeon .. ut; *Ennio adscr. LMuellerus* | minatur *codd.*, *quod ex* mutatur *siue* motatur *corruptum puto* ‖ **341** *Gell.* X 29, 1 'atque' . . si gemina fiat, auget intenditque rem . . in Q. Enni annalibus, nisi memoria in hoc uersu labor (*hinc Non.* 530, 3); *quin lapsus sit memoria G., ne dubites* | atque *alterum om. codd. Non., qui et* accendit (ascendit *edd. uet.*) ‖ **342** *Paul.* 367 trifax telum . . quod catapulta mittitur. Ennius | super inrueret *temptaui*: permaceret *codd.*

quae ualide uenit intus falarica missa ⏑ – –. **343**

at Romanus homo, tamenetsi res bene gesta est, **344**
corde suo trepidat.

audire est operae pretium, procedere recte **345**
qui rem Romanam Latiumque altiscere uoltis.

et tum sicut equos, qui de praesepibus fartus **346**
uincla suis magnis animis abrumpit et inde
fert sese campi per caerula laetaque prata
celso pectore, saepe iubam quassat simul altam,
spiritus ex anima calida spumas agit albas.

quaerunt in scirpo, soliti quod dicere, nodum. **347**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ monstra **348**
si sibi lingua loqui speret atque ora decem sint,
inmotum ferro cor sit pectusque reuinctum.

labitur uncta carina per aequora cana celocis. **349**

---

343 *Non.* 555, 15 falarica, telum maximum . . Ennius | uenitint' *scripsi*: ueniunt *codd.* | fallarica **H** (q. ualido uenit contorta f. missu *Iunius*). ‖ **344** *Cic. de or.* III 42, 168 aut ex toto partem . . aut ex uno plures; *Ennio adscr. docti, cuius praecedant sequanturque uu.* | ut *et* tametsi *Erlang. 2* ‖ **345** *Porph. ad Hor. sat.* I 2, 37 abutitur Ennianis uersibus. ille enim ait; *u.* 2 *adfert Varro ap. Non.* 478, 17 | 2 altiscere *scripsi* (*archiu. lexicogr.* II 473): alciscere *Non. codd.* augescere *Porph.* | uultis *codd.* ‖ **346** *Macr.* VI 3, 7 Ennius hinc (*ex Hom. Il.* VI 506 *sqq.*) traxit | 1 equus *codd.* | 2 suis] *puto* sibi | animis *om. Par.* | abrupit *codd.*, *corr. Merula* ‖ **347** *Fest.* 330 Ennius (*Isid.* XVII 9, 97) ‖ **348** *schol. Bern. ad Georg.* II 43 Homericus sensus (*Il.* II 488); sic etiam Ennius 'ora decem'; *praebet fragm. Paris.* 7960 | monstra *scripsi*: mon (a *supra* o) *Par.* | si *addidi* | speret *scripsi* (*cf. Cat.* 84, 7): superet *Par.* | atque *Mommsenus*: at *Par.* | inmotum (*scil. eius cui persuadetur*) *temptaui*: in metrum *Par.* in me, tum *Muellerus* | pecusque *Par.* ‖ **349** *Isid.* XIX 1 celoces . . biremes uel triremes agiles et ad ministerium aptae. Ennius (*Mai auct. class.* VIII 174, *ubi* aequoraque alta celonis).

350 ferme aderant ratibus repentibus aequore in alto.
351 nauibus explebant sese terrasque replebant.
352 tonsillas apiunt, configunt litus ad unceis.
353 multa foro ponit et agoea longa repletur.
354 tum tonuit laeuom bene tempestate serena.
355 – ◡◡ – ◡◡ – ab laeua rite probatum.
356 effudit uoces proprio cum pectore sancto.
357 – ◡◡ – ◡◡ – diuomque hominumque pater rex.
358 – ◡◡ – ◡◡ – patrem diuomque hominumque.
359 cum saeuo obsidio magnus Titanus premebat.
360 – ◡◡ – ◡◡ – diuom domus altisonum cael.
361 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ laetificum gau.

---

350 *Varro* VII 23; *Ennio adscr. Ilbergius* | aeq. in a. rat. rep. *codd.*, *corr. idem* ‖ **351** *Seru. ad Aen.* VI 545 explebo est minuam; nam ait Ennius ‖ **352** *Isid. or.* XIX 2 tonsilla uncinus . . ad quem in litore defixum funes nauium illigantur. de quo Ennius | tonsillas apiunt *Guelf.*: tonsillam sapiunt *Parisini* tonsillas rapiunt *Frising.* | litus ad (= ad litus) uncis *scripsi*: litus aduncas (-cias *Guelf.*) *codd.* ‖ **353** *Isid. or.* XIX 2 agea uiae sunt uel loca in naui, per quae ad remiges hortator accedit; de qua Ennius (*Mai auct. class.* VIII 29) | ponit *Columna*: punit *Guelf.* ponet *Frising.*, *alii* (ponens *auct. class.*) | et *om. Guelf.* | agea *Isid. codd.* (ageaque *auct. class.*) ‖ **354** *Cic. de diu.* II 39, 82 ad nostri augurii consuetudinem dixit Ennius (*cf. Varro ap. Non.* 408, 2) | cum *Vindob.* | l(a)euum *codd.* ‖ **355** *schol. Bern. ad Georg.* IV 7 laeua prospera . . ut Ennius ait ‖ **356** *Seru. ad Georg* II 424 cum abundat. . Ennius ‖ **357** *Varro* V 65 (*Ennius*) dicit ‖ **358** *Cic. de n. d.* II 2, 4 ut idem Ennius ‖ **359** *Non.* 216, 29 obsidio . . neutro — Ennius | saeuo *Iunius*: suo *codd.* | Titanus *Merula*: titanum *codd.* (*unde conicias* obs. manus Titanum cum saeua pr.) ‖ **360** *Auson. technop.* 13, 17 unde Rudinus ait | diuum *codd.* ‖ **361** *ibidem* 3 Ennius ut me-

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ endo suam do. 362

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ namque suam do. 363

in do ibam. 364

aduersabantur semper ui, uostraque *nolunt* uolta. 365

haud temere est, quod tu tristi cum corde gubernas. 366

– ⏑⏑ – ⏑⏑ *haut* irarum effunde quadrigas. 367

ausus es hoc ex ore tuo? 368

uocibus concide, i fac musset obrutus *isteis*. 369

illi (quod minimum est) neque, ut aiunt, mu facere audent. 370

---

morat replet te l. g.; *sic Vossianus*, *altera recensio h. u. post* 19 *ponens habet* praesumit (*scil. Ennius*) l. g. ‖ **362—364** *Auson. l. l.* 18 quod adstruit (addidit, *sc. Ennius*) e. s. do; *Charis.* 278 *K.* syllaba, ut e. s. do, h. e. domum, *ubi tamen exc. Lugdun. adferunt* indo ibam pro in domum ibam (= 364); *Diom.* 441 syllaba, ut e. s. do, pro domum; *Probus* 263 *K.* namque suam do (= 363); *Mar. Vict.* 59 *K.* endo sua duo, i. e. in sua domo; *Consent.* 388 *K.* ut 'endo [tetendit *cod.*] suam do'; *in communi fonte plus quam unum exemplum* (362) *adlatum esse statui archiu. lexic.* II 475 ‖ **365** *Non.* 230, 15 uultus . . neutro . . Ennius | auers. *Fruterius* (auorsabuntur *Scaliger*) | uiuos uostraque *codd.*, *deleui* uos *dittographum* (uos uostr. *Iunius* nos nostr. *Scaliger*) | nolunt *addidi* | uulta *codd.* ‖ **366** *Seru. ad Aen.* IX 329 temere . . sine causa. Ennius ‖ **367** *idem ad Aen.* XII 499 nam Ennius ait i. e. q., *sic* **F** (nam E. eff. ir. quadr. dixit *ceteri* | haut *post* ait *addidi* ‖ **368** *Cic. ad Att.* VI 2, 8 ut inquit Ennius ‖ **369** *Varro* VII 101 apud Ennium . . mussare dictum, quod muti non amplius quam mu dicunt | i fac mus(s)et *scripsi*: facimus et *Flor.* face musset *Turnebus* (*quod ob* mussēt *non displicere debuit COMuellero*) | obrutum (*ex* -tus, *ut uid.*, *corr.*) *Flor.* isteis (illeis) *addidi ex. gr.* ‖ **370** *Varro post* **369** a quo idem dicit | illi *scripsi*: id *Flor.*

371 Marsa manus, Paeligna cohors, Vestina uirum uis.
371a nil metus ulla tenet, tutei uirtute quiescunt.
372 hos pestis necuit, pars occidit illa duellis.
373 Brundisium pulcro praecinctum praepete portust.
374 capitibus nutantis pinos rectosque cupressos.
375 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ populea frus.
376 uel tu dictator uel equorum equitumque magister esto uel consul.
377 fortis Romani sunt tam quam caelus profundus.
378 optima cum pulcris animis Romana iuuentus.
379 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ unus
dum quit surum ferre tamen, defendere possunt.

(q. m. e. *cf. Cat.* 38, 4) | *an* nec ? | MV *Flor.* ‖ **371** *Donat.* 398 *K* schesis onomaton . . ut, *ad quae explan. p.* 565 *K.* Enni uersus; *sine nomine adf. Charis.* 282, *Diom.* 446, *Pompeius* 303 | peligna *codd.* | festina *ubique codd., corr. Dousa* | rum uis *Char. Neap.* ‖ **371a** *Non.* 214, 10 metus . . ⟨feminini⟩ Ennius | **nil** (= *neutiquam*) *scripsi*: ni *codd.* (ne **L** *m. 1*) | ulla] tilla **G** | tennet **L** | tutei *ego*: rite *codd.* (riae **L**) freti *Mercerus* ‖ **372** *Prisc.* I 470 *H.* (*neco*) Ennius ‖ **373** *Gell.* VII 6, 6 (*praepes*) Q. quoque Ennium . : qui in annalibus (*ibid.* IX 4, 1) | Braundisium *Vatic.* | portus. Et *Vatic., corr. Vahlenus* ‖ **374** *Gell.* XIII 20, 13 Ennius . . 'rectos' dicere 'c.' quam 'rectas' (*cf. Non.* 195, 24) | captibus *Schneiderus, et sic certe pronuntia* | nutantibus *Non. codd.* (*Voss. Gell. m. 1*) ‖ **375** *Auson. technop.* 13, 19 de fronde loquens cur dicit (*Ennius*) | frus **T**: frōs **V** fruns **C** ‖ **376** *Paul.* 369 uel . . ut Ennius ‖ **377** *Non.* 197, 9 caelum . . masculino . . Ennius; *Charis.* 72 *K.* ut Ennius | sunt (s̄t) tam quam *scripsi*: quamquam *Char., Non. ex communi fonte corrupto* ‖ **378** *Don. ad Ter. Phorm.* III 1, 1 Ennius | annis *Oxon.* ‖ **379** *Fest.* 286 Ennius . . item . . suri sunt fustes; *idem p.* 298 surum dicebant . . ⟨Ennius⟩; *cf. Paul.* 299 | unus *Paul.*: unum *Fest.* 286 (*p.* 298 *lac. in cod.*) | dum (*uel* si) quit *scripsi*: surum *Paul.* usurum *Fest.* 286 ⟨su⟩rus *p.* 298 | surus *Fest.* 286 | forte

cum sese siccat somno Romana iuuentus. **380**

pandite sultis genas et corde relinquite somnum. **381**

et detondit agros laetos atque oppida cepit. **382**

flamma loci postquam concussa est turbine saeuo. **383**

cum magno strepitu Volcanum uentus uegebat. **384**

inuictus ca*nis atque sagax et na*ribus fretus **385**

clamor ad caelum uoluendus per aethera uagit. **386**

cum uillus quo iam semel est imbutus ueneno **387**

siluarum saltus, latebras lamasque lutosas. **388**

septingenti sunt paulo plus aut minus anni, **389**
augusto augurio postquam inclita condita Roma est.

moribus antiquis res stat Romana uirisque. **390**

Paul. | possent *Fest.* 298, *Paul.* ‖ **380** *schol. ad Stat. Theb.* VI 27 a pictoribus simulatur, ut liquidum somnum ex cornu super dormientes uideatur effundere. sic Ennius | exiccat *codd.*, *correxi* ‖ **381** *Fest.* 343, sultis, si uoltis .. Ennius (*Paul.* 342); *Paul.* 94 genas Ennius palpebras | suetigenias *Fest.*, sulti genas *Paul.* 342 sulpigenas *idem p.* 94 | cordis *Bergkius* ‖ **382** *Prisc.* I 482 *H.* detondeo, detondi .. Ennius in annalibus (*cf. Hertzii adn.*) | detondit **B** *m.* **2**: detotondit *codd.* ‖ **383** *schol. Vatic. ad Ter. Heaut.* II 3, 4 loci parhelcon .. Ennius | concussa preturbine *cod.* (*Hermae* II *p.* 368); conclusast *Faernus* (ē *et* p̄ *confusa*) ‖ **384** *Fest.* 153 metonymia .. ut Ennius | uegerat *cod.* ‖ **385** *Fest.* 321 ⟨sagacem⟩ etiam canem ⟨dixit Ennius⟩; *Ennio dedit Dacerius, qui et suppleuit ipsum uersum* (naribus *Ribbeckius*) ‖ **386** *Varro* VII 104 Enni .. ab aedo | clamos *et* per aera *Lachmannus* ‖ **387** *Fest.* 376 ⟨uenenari⟩ dicebant antiqui, cuius color inficiendo mutatur, ut Ennius cum ait | cum illud *cod.*, *correxi* | imbuta *cod.*, *corr. Vahlenus* (conchyli ut quom lana semel i. u. est *Bergkius*) ‖ **388** *comm. Cruq. ad Hor. epist.* I 13, 10 lamas, lacunas maiores continentes aquam pluuiam .. Ennius ‖ **389** *Varro de r. r.* III 1, 2 nunc denique est ut dici possit, non cum Ennius scripsit (*Sueton. Oct.* 7) | inclyta **V** ‖ **390** *Augustin. d. c. d.* II 21 Ennii poetae uersu (*Vulc. Gallic. uita*

391 qua murum fieri uoluit, urguemur in unum.

392 – ⏑⏑ fortunasque suas coepere latrones
inter se memorare.

393 – ⏑⏑ – dictis Romanis incutit iram.

393[a] – ⏑⏑ – ⏑⏑ – nam me grauis impetus Orci
perculit in latus.

394 incedit ueles uolgus sicilibus latis.

395 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ leuesque secuntur in hastis.

396 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – runata recedit.

397 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – spiras legionibus nexit

398 – ⏑⏑ – equitatus iit celerissimus – ⏑

399 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – Romam ex aquilone
Raeti destringunt.

400 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ratibusque fremebat
imber Neptuni.

Auid. Cassi 5, *ubi* restat **BP**[1]) ‖ **391** *Non.* **418, 4** urguere est premere, cogere . . Varro antiquitatum uel rerum humanarum (*Ennio adscr. Popma*) | urg(u)emur *codd.*: urguentur *Popma* ‖ **392** *Non.* **134, 29** latrocinari, militare mercede . . Ennius (*cf. et Varro* VII 52) | suas *Mercerus*: quas *codd.* aequas *Fruterius* | inter serare **L** ‖ **393** *Seru. ad Aen.* I 69 Ennius | incutit *Commelinus*: inculit *Casselanus* ‖ **393[a]** *Seru. ad Aen.* I 81 Ennius | perculit *scripsi* (*cf. l. Verg.*): percutit *uulgo* pertudit *Vahlenus* ‖ **394** *Paul.* **337** silices . . Ennius | uolgus *scripsi*: uulgo *codd.* ‖ **395** *Seru. ad Aen.* V **37** in hastis Ennius ‖ **396** *Paul.* **263** runa genus teli . . Ennius . . id est pilata | *fortasse* manus r. r. ‖ **397** *Fest.* **330** Ennius . . hominum multidinem ita (*spira*) appellat, cum ait ‖ **398** *Charis.* **83** *K.* celerrimus . . nam quod Ennius ait . . barbarismus est | iit *scripsi*: ut *cod.* (*male uulgo discribunt uerba*) | celerrimus (ss *supra* rr) *cod.* ‖ **399** *Placid.* 79, 3 *D. in lemmate, metrum agnouit GLoewius, Ennio adscripsi* | retiae stringunt *codd.*, *corr. Loewius* ‖ **400** *Seru. ad Aen.* XI 299 antiqui aquae sonitus fremitus dicebant. Ennius (*cf. ad Georg.* I 12).

– ⏑⏑ – ⏑ trabes remis rostrata per altum. **401**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – fluctusque natantes. **402**

omnes mortales sese laudarier optant. **403**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – tibi uita **404**
seu mors in mundo est.

nobis unde forent fructus uitaeque propagen. **405**

contempsit fontes, quibus ex erugit aquae uis. **406**

sicuti siquis ferat uas uini dimidiatum. **407**

tanto sublatae sunt agmine tunc lapides – **408**

perque fabam repunt et mollia crura reponunt. **409**

tantidem quasi feta canes sine dentibus latrat. **410**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – qui fulmine claro **411**
omnia per sonitus arcet terram mare caelum.

---

401 *Varro* VII 33 ut una canes, una ⟨trabes . . .⟩; *aberratum a* trabes *ad* trabes, *unde cum nomine Ennii* (*cui dedit Columna*) *initium est haustum* ‖ **402** *Seru. ad Aen.* VI 705 Ennium . . secutus est, qui ait ‖ **403** *Augustin. de trin.* 13, 6 quod uetus poeta dixit Ennius (*cf. et epist.* 231, 3, *ubi* laudari exoptant *edd.*) ‖ **404** *Charis.* 201 *K.* in mundo pro palam . . Ennius (*discripsit GHermanus*) | *fortasse* ⟨si⟩ tibi ‖ **405** *Non.* 64, 31 propages . . Ennius; *idem p.* 221, 5 propago . . neutri Ennius | nouis unde *priore*, boni secunde (bonis unde **H** *m. 2* **G**) *altero l. codd.*, *corr. Iunius* | prapagen *Columna*: propaginem *priore*, propagimen (-gmen **L** *m.* 2 **G**) *altero l. codd.*) ‖ **406** *Gramm. lat. K.* V 621 eructo . . a uerbo erugo. Ennius (*cf. ibid.* 626) | exerugit (*punctis supra* ex) *cod.*, sese erugit *Vahlenus* ‖ **407** *Gell.* III 14, 5 Q. Ennium . . in annalibus dixisse . . dimidiatum . . in partis duas pares diuisum | sicut *Lachm. ad Lucr.* II 536 ‖ **408** *Non.* 211, 8 lapides feminino genere . . apud Ennium | augmine *Wakefieldus* | toto (an *supra pr.* o) **G** | *fortasse* s. sunt tunc l. examine tanto ‖ **409** *Seru. ad Georg.* III 76 Ennius de gruibus ‖ **410** *Varro* VII 32 una canes. itaque Ennius scribit | tantundem *Columna* | fęta *Flor.* ‖ **411** *Seru. ad Aen.* I 31 Ennius: 'qui — arcet', i. e. continet; *Probus ad ecl.*

412 Albani muris Albam Longam cinxerunt.

413 – ⏑⏑ – urbis magnas et imperiosas.

414 – ⏑⏑ – funduntque elatis naribus lucem.

415 corpore Tartarino prognata Paluda uirago,
cui pater imber et ignis, spiritus et grauis terra.

416 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ quaeque in corpore – –
– caua caeruleo caelo cortina receptat.

417 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – rigido *tum caerula suro.*

418 inde Parum, *circum quam caerula salsa ul*ulabant.

419 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ *red*inunt
in *patriam.*

6, 31 et Lucretius .. et alio loco (*scil. legitur, nomine scriptoris omisso*): 'omnia — -caelum; *coniunxit Bernaysius opusc.* II 69 | personitans *idem* ‖ **412** *Mar. Victor.* 101 *K.* uelut; *dubitans Ennio* (*lib. I ?*) *attribui* ‖ **413** *Cic. de rep.* I 2, 3 ut appellat Ennius ‖ **414** *Seru. ad Aen.* XII 115 ille (*Ennius*) enim ait; *Mar. Victor.* 28 *K., ubi* efflantque ‖ **415** *Probus ad ecl.* 6, 31 hoc (*spiritum*) illud (*aerem*) et Ennius appellauit in annalibus (1, 2); *Varro* VII 37 (= 1) Tartarino a Tartaro .. Paluda a paludamentis (*cf. Fest.* 359) | 1 corpora tartareo — palude *Probi codd.* | 2 cui pater *scripsi*: cui par *Probi codd.* ‖ **416** *Varro* VII 48 apud Ennium .. caua cortina dicta, quod est inter terram et caelum ad similitudinem cortinae Apollinis | *sic discripsi uerba* (*nulla in Flor. lacuna*) | caua *Turnebus et Scaliger*: causa *Flor.* | caelo *ex* saelo *uel* faelo *corr., ut uid., Flor.* | cortina receptat *Turnebus*: orta nare ceptat *Flor.* (*adiunxit hoc fr. priori Merula*, quae caua corpore caerula c. r. *COMuellerus*) ‖ **417, 418** *Fest.* 286 rigido ⟨t. c. s. cum ait⟩ Ennius iocatus uidetur . . . et alibi .. Parum insulam refert | *supplementa in* 417 *Ursini, in* 418 *Ilbergii sunt* ‖ **419** *Fest.* 286 ⟨redinunt significat redeunt.⟩ Ennius ⟨. . . red⟩inunt in ⟨patriam. item prodinunt, ferinunt pro prod⟨eunt, feri⟨unt⟩; *supplementa sunt Ursini.*

ingenti uadit cursu, qua redditus termo est. **420**
hortatore bono prius quam iam finibus termo. **421**
iamque fere quatuor partum. **422**
– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – quo tam temere itis? **423**
– ◡◡ – ◡◡ – quem non uirtutis egentem. **424**
– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡ furentibus uentis. **425**
– ◡◡ – ◡◡ – uestro sine momine, uenti. **426**
– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – *quo sospite* liber. **427**
– ◡◡ – ◡◡ – terrai frugiferai. **428**
ipsius armentas ad eosdem **429**
– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – Bruttace bilingui. **430**
– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – teloque trabali. **431**
– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ heia machaeras! **432**

420, 421 *Fest.* 363 termonem Ennius .. quem nos nunc terminum, hoc modo .. et .. | 421 iam *om. ex parte Mommseni apographa* ‖ **422** *Charis.* 141 *K.* partum .. Ennius | IIII *cod.* quattor *Ritschelius* (*lege* quatvor) ‖ **423** *Seru. ad Aen.* IX 329 temere .. subito. Ennius | *quae post* itis *leguntur in codice* citate catomerariis *ut glossam corruptam eiecit Hauptius* ‖ **424** *Seru. ad Aen.* XI 27 Ennii uersus est ‖ **425** *Seru. ad Aen.* I 51 apud Ennium ‖ **426** *Mai auct. class.* VIII 332 momen .. pro momento. unde Ennius ‖ **427** *Fest.* 301 sospes .. Ennius ui⟨detur seruatorem signi⟩ficare, cum dix⟨it; q. s.⟩ liber; *suppleuit Ursinus* ‖ **428** *Charis.* 19 *K.* Ennius in annalibus (*ibid.* 538); *Plot. Sac.* 449, *fragm. Bobiense* 555 *K.* ‖ **429** *Non.* 190, 20 armenta .. feminino Ennius (*cf. Paul.* 4) | ad armentas *codd.*, *sed ut in* L *lineolis adpositis inuersus sit ordo* | easdem *Aldus* | ad armenta *addunt codd.*, *del. Scaliger* ‖ **430** *Porph. ad Hor. sat.* I 10, 30 et Ennius et Lucilius .. dixerunt; *Paul.* 35 bilingues Bruttates [*sic Monac.*] Ennius dixit, quod Brutti et osce et graece loqui soliti sint ‖ **431** *Seru. ad Aen.* XII 294 Ennius | trabalim *cod.* ‖ **432** *Seru. ad Aen.* IX 37 est Ennianum, qui

433 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – succincti corda machaeris.

434 – euax lituus.

435 uersat mucronem.

436 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – saxo cere- comminuit -brum.

437 Massili- portabant iuuenes ad litora -tanas.

438 adgretus fari.

439 oratores doctiloqui ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

440 *Fronto p. 66 N.:* quippe qui Enni sententia **oratorem audacem esse debere** censeam.

441 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – animus cum pectore latrat.

442 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – clamore bouantes

443 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – pausam fecere fremendi.

---

ait | eia *plerique*, macheras (-ra F) *omnes codd.* ‖ **433** *Seru. ad Aen.* IX 675 Ennium secutus, qui ait | succin(c)ti corda *codd. praeter* F suaintus (= succintus) *praebentem*; *quod cum* corda *in Seruii uerbis praecedat*, *rectum potest esse* | mac(h)eris (-ceriis F) *codd.* ‖ **434** *Charis.* 240 *K.* euax . . Ennius annalium libro [liber *ex. Cauch.*] | euax *om. Neap.*, *qui ex Plauti uerbis praecedentibus* aquast aspersa *repetiuit*, *habent exc. Cauch. supra* aquas istas pensa (r *supra* n) | lituus *exc. Cauch.*: latinis *Neap.* ‖ **435** *Seru. ad Aen.* IX 744 est Ennianum ‖ **436** *Gramm. lat. K.* IV 565 tmesis. Ennius (*Seru. ad Aen.* I 412, *Pompeius* 310 *K.*, *Don.* 401 *K.*) ‖ **437** *Don. l. l.* et; *Pomp. l. l.* (*fit tmesis*) si dicas hoc . . id est 'Massilitanas lagonas portabant iuuenes ad litora' (*fortasse* lagonas *in fine u. prioris legebatur*); *Ennio adscr. Columna* (*obloquente Muellero de re m. p.* 367) ‖ **438** *Paul.* 6 apud Ennium 'a. f.' pro . . adgressus ponitur (*idem p.* 78 egretus et adgretus) ‖ **439** *Varro* VII 41 Ennius ait ‖ **441** *Varro* VII 103 ut Ennii | *puto* tum (-usque in *Scaliger*) ‖ **442** *et* **443** *Varro* VII 104 Ennii . . a boue . . eiusdem a leone | clamorem *et in fr. seq.* facere *Flor.* (*hoc corr. Columna*).

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – rex deinde citatus **444**
conuellit sese.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ad genuaque conpremit arta **445**
genua.

induprimitque genae genam ⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – **446**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – uertunt crateras ahenos. **447**

olli crateris ex auratis hauserunt. **448**

introducuntur legati Minturnenses. **449**

– ⏑⏑ hostili in me ia*ctu* – ⏑⏑ – – **450**
– ⏑⏑ – *la*tus ut deuolso – ⏑⏑ – –
qui iactu uali*do percussit stipite* parmam

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – perculsi pectora Poeni. **451**

carbasus alta uolat pandam ductura carinam. **452**

quod bonus et liber populus. **453**

---

444 *Seru. ad Aen.* XI 19 uellere mouere . . Ennius ‖ **445** *Isid.* XI 1, 108 genua sunt commissiones femorum et crurum . . Ennius | ad genvaque *scripsi*: adque genua *Guelf.* atque genua *ceteri* | conpremit *Paris. 13027*: conpraemit *Guelf.*, *Fris. m.* 1 conprimit *Fris. m.* 2 comprimit *uulgo* | genua *Paris. 13027*: gena *ceteri* ‖ **446** *Seru. ad Aen.* VI 686 genis, palpebris. Ennius de dormiente | inprimitque (-mit genaeque *unus*) *codd.*, *correxi* ‖ **447** *Seru. ad Aen.* IX 164 est hemistichium Ennianum ‖ **448** *Censorin.* 72 *H.* duodecasyllabus spondiazon; *adscripsere Ennio* | craterib; (aterib; *in ras.* D) *codd.*, *corr. Cauchius* ‖ **449** *Victorin.* 211 *K.* spondiozon, ut est; *cf. et gramm. lat. K.* VI 634, *AMai auct. class.* V 524 (*ubi* hii produc.); *et hunc u. adscripsere Ennio* ‖ **450** *Festus* 314 ⟨stipes, fustis terrae⟩ defixus . . ⟨Ennius⟩; *huius annalibus dedit COMuellerus* | *supplementa sunt Ursini* | 1 in mela *cod.*, *corr. idem* | 2 reuolso *cod.*, *correxi* | stipite miles *add. Urs.* ‖ **451** *dubiae fidei fr. Columna sibi Cosentia a Fabio Aquinate missum narrat ex codice interpretis cuiusdam Statiani* (*cf. Haasii praelectt.* II 64) ‖ **452** *et* **453** *attulit Barthius*, *prius ad Stat. Ach.* I 558 nauis a uelo, ut Ennius, *alterum ex lexico Terentiano Aduers.* 38, 15

454 – ⏑⏑ –́ ⏑⏑ – feruentia rapa uorare.

455 [– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ quem super ingens
porta tonat caeli.]

II. Saturae.

SATVR. LIB. I.

456 malo hércle magno quóm conuiuat síne modo.

457 dum quídquid des, *des* célere.

SATVR. LIB. II.

458 inde loci liquidas pilatasque aetheris oras
contemplor.

459 réstitant obdúrant obstant óbstringillant óbagitant.

SAVTR. LIB. III SIVE SCIPIO.

460 Enní poeta, sálue, qui mortálibus
uersús propinas flámmeos medúllitus.

Ennius in . eo [primo *Barthius*] . . h. e. liberalis. ‖ **454** *Seneca apocol.* 9 cum sit e rep. esse aliquem, qui cum Romulo possit f. r. u.; *hoc fragm. sat dubium Buechelerus prisco alicui poetae adscr.* ‖ **455** *ex uetere grammatico hausisse se testatur Columna Ennio adscriptum*; *est Verg. G.* III 260; *et cf. Sen. epist.* 108, 33.

II. SAT. **456** *Non.* 472, 22 conuiuant . . Ennius sat. lib. I | quom magno *siue* m. q. *scripsi*: suo magno *codd.* (magno suo *Bothius*) ‖ **457** *Non.* 510, 10 celere pro celeriter . . Ennius sat. lib. I | quicquid **H** *m.* 2 | des *semel codd.*, *duplicauit Italus quidam in cod. Palat.* ‖ **458** *Seru. ad Aen.* XII 121 Ennius sat. II . . cum firmas et stabiles significaret et quasi pilis fultas | contemplor *ante* inde loci *cod.*, *traiecit Scaliger* ‖ **459** *Non.* 147, 9 obstringillare, obstare. Ennius sat. lib. II | obdurant *scripsi*: occurrunt *codd.*, *cum requiratur synonymum ceterorum* | ouagitant *codd.*, *corr. edit. a. 1526* ‖ **460** *Non.* 33, 7 propinare . . Ennius sat. lib. III (*ubi u.* 1 ennio eta selue *codd.*), *idem* 139, 14 medullitus . . Ennius sat. lib. III.

Suidas s. u. Ἔννιος: Ῥωμαῖος ποιητής, ὃν Αἰλιανὸς ἐπαινῶν ἄξιόν φησι. Σκιπίωνα γὰρ ᾄδων καὶ ἐπὶ μέγα τὸν ἄνδρα ἐξᾶραι βουλόμενός φησι μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος. δῆλον δὲ ὡς ἐτεθήπει τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον καὶ ἀξιάγαστον. **461**

Africa terribili tremit horrida terra tumultu. **462**

– mare saxifragis undis ⏑⏑ – ⏑⏑ – – **463**

sparsis hastis longis campus splendet et horret. **464**

–́ qua propter Hánnibalis cópias consíderant. **465**

crássa puluis óritur, omnem péruolat caelí fretum. **466**

–́ ⏑ mundus caéli uastus cónstitit siléntio, **467**
ét Neptunus saéuos undis ásperis pausám dedit;
Sól equis itér repressit úngulis uolántibus,
cónstitere amnés perennes, árbores uentó uacant.

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ cúbitis pinsibánt humum. **468**

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ férro foedatí iacent. **469**

---

462 *Festus* 153 metonymia . . ut Ennius cum ait (*Cic. de or.* III 42, 167); *saturis dedi* | terribilis *Cic. Abrinc.*, *Harl. Erlang. 2* (*cf. Varr. sat. Men. fr. 225 B.*) | tremis *cod. Festi* || **463** *Cic. de or.* III § 167 (*post fr. prius*) neque factum uerbum est, ut; *hic posui* || **464** *Macrob.* VI 4, 6 Ennius . . in Scipione (*cf. Seru. ad Aen.* XI 601); *cf. ORibbeckius praef. fragm. com. p.* CXVII *et Lucil. fr.* 461 || **465** *Gell.* IV 7 (*de* Hannibālem) Ennii uersum . . ex libro qui Scipio inscribitur . . quadrato numero factum | et qui (quique) *GIVossius* quaque *Hertzius* si qua *Buechelerus* | hanibalis **P** | considerant **VR**: considerat **P** || **466** *Non.* 205, 28 fretum . . masculini . . Ennius; *hic posui* || **467** *Macr.* VI 2, 26 Ennius in Scipione | *fortasse addendum* longe | 2 saeuus *codd.* | 4 constitere *Paris.* (*ex Eyssenh. silentio*): consistere *cett. codd. fere* || **468** *Varro* V 23 Ennium in terram cadentis dicere; *hic posui* | pinsebant *Turnebus* || **469** *Seru. ad Aen.* III 241 foedare, cruentare . Ennius; *hic posui*.

470 desine, Roma, tuos hostis ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

471 testes sunt campi magni ⏑⏑ – ⏑⏑ – –
lati campi, quos gerit Africa terra politos.

472 namque sibi monumenta mei peperere labores.

473 meum nón est, ac si mé canis memórderit.

474 namque ís non bene uolt, íbi qui falso críminat
apút te

475 – –́ – –́ – –́ – | Scípió inuícte.

476 quantám statuám Románus | fáciet pópulus, *Públi,*
quantám colúmnam, quaé | res tuás gestás loquátur?

---

470 *Cic. de or.* III 42, 167 proprium proprio mutatum; *idem de fin.* II 32, 106 beatior Africanus cum patria illo modo loquens; *Ennio adscr. docti* | *quidam apud Columnam addit* horrere superbos (*in Abrinc. rasura pro* hostis) ‖ **471** *Cic. ibid.* (*post* 470) et: t. s. c. m.; *Non.* 66, 25 politiones agrorum, cultus diligentes . . Ennius sat. lib. III testes sunt lati campi *ectr.*; *haec ex eodem loco sumpta esse intellexit Bondamus uar. lectt.* II 14 ‖ **472** *Cic. de fin.* II § 106 (*post fr.* 470) reliquaque praeclare . . laboribus hic praeteritis gaudet (*ex quibus facile apparet cohaesisse in Africani oratione tria haec fragm.*) | namque **AB**: nam **E** | sibi *scripsi comm. ad Cat. p.* 124: tibi *codd.* | monimenta **AE**; munimenta *Muretus* | repperere **A** ‖ **473** *Gell.* VI 9, 1 Q. Ennius in saturis memorderit . . inquit; *Non.* 145, 25 memordi . . Ennius; *hic posuit LMuellerus* | meum *om. Non.* | ac (*ex* at *corr.* **E**) *Gell.*: ut *Non.* ‖ **474** *Non.* 470, 13 criminat. Ennius sat. lib. III | namq. is *scripsi*: nam iis *codd.* nam is *uulgo* | uultibi *m.* 1 *et* **L** *et* **H** uult tibi *ceteri* | me falso *Quicheratius* | *supple fere* male me egisse ‖ **475** *Cic. or.* 45, 152 omnes poetae praeter eos, qui ut uersum facerent saepe hiabant, ut . .; at Ennius semel; *hic posui et Saturnium discripsi* (*supra p.* 28) ‖ **476** *Trebell. Pollio uita Claud.* 7 dicit Ennius de Scipione; *Saturnios discripsi, quos iam olim agnouere* | 1 q. st. faciet pop. Romanus *codd.*, *traieci et* Publi *addidi* (statuet *pro* faciet *non male Lachm. ad Lucr.* III 1034) | 2 *lege* tvas.

SATVR. LIB. IV.

´´ ◡◡ ´´ ◡◡ ´ neque ille tríste 477
quaéritat sinápi neque caépe maestum ´ –

[SATVR. LIB. VI.

quippé sine cura laétus lautus quom áduenis 478
inféstis malis, éxpedito bráchio
alacér, celsus, lupíno escam impetú petens,
mox cúncta alterius ábliguristí bona!
quid cénses domino esse ánimi? pro diuóm fidem!
cibum ílle tristis séruat, tu reidés uorans.]

SATVR. EX LIBRIS INCERTIS.

nám qui lepidé postulat álterum frustrári, 479
quém frustratúr, frustra eum dícit frustrásse;

---

477 *Macr.* VI 5, 5 tristis pro amaro . . Ennius in libro satirarum [sabinarum *codd.*] quarto; *Seru. ad Georg.* I 75 Ennius; *sotadeos discr. Hugius* | ille *Burmannus*: ille . . *Seru. Danielis, om. Macr.* | cepe *Paris. Macr.* ‖ 478 *Donat. ad Ter. Phorm.* II 2, 25 haec non ab Apollodoro, sed e sexto Ennii translata sunt omnia [*sic uulgo*; *sed pro* sed — Ennii *in Oxon.* respondeas, *in edd. uet.* sed e sexto satis, *in Lugdun.* sed de sexto satis *sequente lacuna*; *num pertineant haec ad Ennium, cuius nomen Gand. addidit, perquam est dubium*] | 1 lautus *om. Lugd.*, *Gand.* | cum *uulgo* | 2 infestis *Ritschelius op.* III 794: insertis *Lugd.*, inferetis *Oxon.* infertis *uulgo* | bracchio *Lugd.* | 3 impetu escam petens *siue* e. i. p. *scripsi*: impetu (inpecum *Lugd.*) expectans *codd.* expect. impetu *Muretus*; *cf. et FSchoellius mus. Rhen.* 40 *p.* 322 | 4 cuncta *scripsi*: cum *Lugd.*, *Oxon.*, dum *ceteri* | abligur(r)isti *scripsi*: abligurias *Lugd.* ablinias *Oxon.* obligur(r)ias *uulgo* abligurrieris *Ribbeckius* | 5 dominos *Oxon.*, *Lugd.*, *corr. Muretus*; dominis *uulgo* | diuum *uulgo* (proh animum *Lugd.*) | 6 cibum ille (*an* ire *?*) tristis *Petermannus*: ille tristis (est *add. Oxon.*) cibum dum (dum ciuium *Lugd.*) *uulgo* | reides *ego*: rediens *Lugd.* ridens *ceteri* | uorans *Ox.*, *Lugd.*: uoras *uulgo* ‖ 479 *Gell.* XIX 2, 7 uersuum, qui sunt in saturis Q. Enni | 2 eum *monosyllabum* | frustrasse (*uel*

nám qui se frústrari quém frustra séntit,
frústratur, sí frustrast; ílle non est frústra.

480 *Quintilianus IX 2, 36:* sed formas quoque fingimus saepe, ut Famam Vergilius, ut Voluptatem ac Virtutem .. Prodicus, ut Mortem ac Vitam, quas contendentes in satura tradit Ennius.

481 *Gellius II 29:* 'auicula', inquit (*Aesopus*) 'est parua, nomen est cassita. habitat nidulaturque in segetibus, id ferme temporis, ut appetat messis pullis iamiam plumantibus. ea cassita in sementes forte congesserat tempestiuiores; propterea frumentis flauescentibus pulli etiam tunc inuolucres erant. dum igitur ipsa iret cibum pullis quaesitum, monet eos, ut, si quid ibi rei nouae fieret diceretur ue, animaduerterent idque uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. dominus postea segetum illarum filium adulescentem uocat et 'uidesne' inquit 'haec ematuruisse et manus iam postulare? idcirco die crastini, ubi primum diluculabit, fac amicos eas et roges, ueniant operamque mutuam dent et messim hanc nobis adiuuent'. haec ubi ille dixit, [et] discessit. atque ubi redit cassita, pulli tremibundi trepiduli circumstrepere orareque matrem, ut iam statim properet inque alium locum sese asportet; 'nam dominus' inquiunt 'misit, qui amicos roget, uti luce oriente ueniant et metant'. mater iubet

---

frustrare) *scripsi*: frustra esse *codd.* | 3 se *Vahlenus*: sese *codd.* qui si se (*deleto* nam) *Ribbeckius* | 3 frustras sentit (*sim.*) *codd. praeter unum* | 4 qui frustratur *codd.*; qui *praue iteratum deleui* | si (= *siquidem*) *scripsi*: is *codd.* | *post* frustrast [*sic* O: -ra est *fere ceteri*] *codd.* si *correcturae causa additum habent* | ille non *Vahlenus*: non ille *codd.* ‖ 481 (*uide haec in uersus redigentem ORibbeckium m. Rh.* 10 *p.* 290) *in fine in Enni uersibus* 1 hoc *uulgo*: h(a)ec *codd.* | promptu T: prom(p)tum PRYV | 2 tu q. a. p. *scripsi*: q. tu a. p. *codd.* q. tute a. p. *Fruterius* a. tu q. p. *LMuellerus* (*similem huius apologum Ennianum in Hygini fabula* 220 *agnoscere sibi uisus est Buechelerus m. Rh.* 41 *p.* 5).

eos otioso animo esse; 'si enim dominus' inquit 'messim ad amicos reicit, crastino seges non metetur neque necessum est, hodie uti uos auferam'. die igitur postero mater in pabulum uolat. dominus, quos rogauerat, opperitur. sol feruit, et fit nihil; it dies, et amici nulli erant. tum ille rursum ad filium 'amici isti magnam partem' inquit 'cessatores sunt. quin potius imus et cognatos adfinesque nostros oramus, ut adsint cras temperi ad metendum?' itidem hoc pulli pauefacti matri nuntiant. mater hortatur, ut tum quoque sine metu ac sine cura sint, cognatos adfinesque nullos ferme tam esse obsequibiles ait, ut ad laborem capessendum nihil cunctentur et statim dicto obediant; 'uos modo' inquit 'aduertite, si [modo] quid denuo dicetur'. alia luce orta auis in pastum profecta est. cognati et adfines operam, quam dare rogati sunt, supersederunt. ad postremum igitur dominus filio 'ualeant' inquit 'amici cum propinquis. afferes primo luci falces duas: unam egomet mihi et tu tibi capies alteram et frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus'. id ubi ex pullis dixisse dominum mater audiuit, 'tempus' inquit 'est cedendi et abeundi; fiet nunc dubio procul, quod futurum dixit. in ipso enim iam uertitur, cuia res est, non in alio, unde petitur'. atque ita cassita nidum migrauit, seges a domino demessa est'. — hunc Aesopi apologum Q. Ennius in satiris scite admodum et uenuste uersibus quadratis composuit. quorum duo postremi isti sunt, quos habere cordi et memoriae operae pretium esse hercle puto:

hóc erit tibi árgumentum sémper in promptú situm:
né quid expectés amicos, tú quod agere póssies.

súbulo quondám marinas própter adstabát plagas. 482

482 *Varro* VII 35 apud Ennium . . subulo dictus, quod ita dicuntur tibicines Tusci; *Fest.* 309 subulo . . Ennius | adstrabat *cod. Festi* | aquas *Varro.*

483 nos sumus Romani, qui fuuimus ante Rudini.

484 *Symmachus epist. I 21:* Q. Ennio ex Aetolicis manubiis captiua chlamys tantum muneri data Fuluium decolorat.

485 – ◡◡ – tergus igitur sagus pinguis opertat.

486 –' sagus caerulus.

487 huic statuam statui * maiorum et obatu * Athenis.

488 numquám poetor, nísi *si* podager . . . . .

489 *Horatius epist. I 19, 7:* Ennius ipse pater numquam nisi potus ad arma prosiluit dicenda; *cf. et Seren. Sammon. 706.*

490 simia quam similis, turpissima bestia, nobis!

491 – ◡◡ – ◡ decem coclites, qua montibus summis Ripaeis sedere.

492 propter stagna, ubi lanigerum pecus piscibus pascit.

---

483 *Cic. de or.* III 42, 168 ex pluribus intellegitur unum; *Ennio adscr. docti, nos saturis* | fuimus *codd.* | Rudini *Lagom. 13*: Rutuli, Rutili, *sim. codd. cet.* ‖ **485** *Non.* 223, 30 sagum . . masculini Ennius; *saturis adscripsi* ‖ **486** *Charis.* 105 *K.* sagum . . masculine . . Ennius (*ubi cf. Keilius*) ‖ **487** *Consentius* 400 *K.* Ennius . . et hic quoque per metaplasmum dempsit litteram 'r'; *saturis adscripsi* | et *supra* ob *m. 2 cod.*; *uerba nondum sanata*; maiorem horto auream ahenis *Lachm. ad Lucr.* VI 1135 magis mansuram auguro ahenis *Ilbergius* ‖ **488** *Prisc.* I 434 *H.* poetor . . Ennius | si *add. Vahlenus* (sim *Muellerus*) ‖ **490** *Cic. de nat. deor.* I 35, 97 ut Ennius ‖ **491** *Varro* VII 71 apud Ennium . . ab oculo cocles ut ocles dictus, qui unum haberet oculum; *saturis adscr. Hugius* | qua *ego*: quas *Flor.* ques *Scaliger* | ripeis *Flor.* | sedere *Aldus*: federe *Flor.* fodere *uulgo* ‖ **492** *Paulus* 59 idem [*Ennius*] cum dicit . . esse paludem demonstrat, in qua nascuntur pisces similes ranunculis, oues consectatae edunt | pascit *Monac.*: pascitur *Guelf.*

nec dico nec *mu* facio. **493**

illíc nugator níhili, non naucí est homo. **494**

III. Ambracia.

ésse per gentés cluebat ómnium misérrimus. **495**

béne mones tute, ípse cunctat: ó uide fortém uirum! **496**

aúdaces seruí dominorum dómini depopulánt agros. **497**

⊥ et aequora ⊥ ⏑ salsa ingéntibus uentís ueges. **498**

IV. Epicharmus.

nám uidebar sómniare mé lecto esse mórtuum. **499**

áliquot somnia uéra sunt, noenúm necesse est ómnia. **500**

---

493 *Don. ad Ter. Andr.* III 2, 25 Ennius .. unde et mutos dicimus | mu *ante* facio *addidi* (*post idem Columna*) || **494** *Fest.* 166 naucum .. Ennius | illuc *cod.*, *corr. Ursinus* | est *post* illuc *cod.*, *post* nauci *reiecit Vahlenus* | nihil *cod.*, *corr. Ursinus.*

III. AMBR. *fuisse hoc carmen panegyricum, ex auctore de uir. illust.* 52 quam uictoriam (*M. Fului de Aetolis et Ambracia*) .. Q. Ennius amicus eius insigni laude celebrauit *conligo*; *num in saturis locum habuerit dubito* || **495** *Non.* 88, 1 cluet .. Ennius Ambracia | per gentes esse *codd.*, *traieci* (p. g. Asiae *Buechelerus*) || **496** *Non.* 469, 24 cunctant .. Ennius Ambracia | cunctato **LH** cuncto **G**, *correxi* || **497** *Non.* 471, 31 populat .. Ennius Ambracia | agros aud. dep. serui dom. dominis (domini *ed. a. 1526*) *codd.*, *traieci* || **498** *Non.* 183, 3 ueget pro uegetat uel erigit .. Ennius Ambracia | *fort.* ore salsa | ueges *post* salsa *codd.*, *traieci* || 499 *Cic. acad. pr.* II 16, 52 Ennium .. idemque in Epicharmo | sompniare *Vind.* | me lecto *scripsi*: me et ego *codd.* med ego *Manutius* memet *Ernestius* (ego med esse *Scaliger*) || **500** *Cic. de diu.* II 62, 127 a. s. uera, inquit Ennius, sed omnia noenum necesse est; *u. quadratum Epicharmo restitui* omnia *traiciens* | noenum *Christius*: non nunc *codd.* | necesse est **B**: haec esset **AV**.

501 ánimus cernit, ánimus audit, réliqua caeca et súrda sunt.

502 áqua, terra, anima, sól

503 térris gentis ómnis peperit ét resumit dénuo
'*Ops*, quae dat cibária.

504 ∠ ⏑ – ⏑ térra corpus ést, at mentis ígnis est.

505 ∠ ⏑ – ⏑ ∠ ⏑ – ⏑ ∠ ⏑ – ⏑ ágilis hic
ést de sole súmptus ignis ísque totus méntis est.

506 frígori miscét calorem atque úmori aritúdinem.

507 ístic est is Iúpiter quem díco, quem Graecí uocant
áerem; qui uéntus est et núbes, imber póstea
átque ex imbre frígus, tenuis póst fit aer dénuo.
haéce propter Iúpiter sunt ísta, quae dicó tibi,
quía mortalis aéque turbas béluasque omnís iuuat.

507ᵃ Sóle Luna lúce lucet álba leni láctea.

---

501 *Tertullian. de an.* 18 an non etiam poetae haec nobis semper obmussant, quod neque audiamus certum neque uideamus? meminerat scilicet et Epicharmi comici; *Ennio dedi* ‖ 502 *Varro de r. r.* I 4 principia . . mundi esse Ennius scribit; *hic posuit Columna* | sol **P**: et sol **ABv** ‖ 503 *Varro* V 64 terra Ops . . haec enim . . ut ait Ennius | Ops *a Varrone ob sententiae structuram omissum addidi* ‖ 504 *Prisc.* I 341 *H.* mentis Ennius . . in Epicharmo ‖ 505 *Varro* V 59 itaque Epicharmus dicit de mente humana | agilis hic *scripsi*: ait istic *Flor.* | *post* ignis *addit Flor.* idem solem, *quam glossam eiecit Spengelius* (*aliter Hauptius op.* II 193) ‖ 506 *Varro* V 60 quod per hos natura; *Ennio Epich. dedit Columna* (*cf. Non.* 71, 22) | homori *Flor.* ‖ 507 *Varro* V 65 ut ait Ennius | 3 tenuis *scripsi*: uentis *Flor.* uentus *uulgo* | 4 haece *Spengelius*: hec *Flor.* | 5 quia *apogr. unum*: qua *Flor.* (quoniam *COMuellerus* quando *Lachm.*) aeque turbas *scripsi*: atque urbes *Flor.* (urbes *hic ridiculae*) ‖ 507ᵃ *Martian. Cap. p. 170 Eyss.* labdacismus, ubi l plurimum dissonat, ut; *Ennio et Epicharmo tribui* | Sole Luna l. lucet

Varro V 68: hinc Epicharmus Enni 'Proserpinam' quoque appellat (*Lunam*), quod solet esse sub terris. 508

V. epigrammata.

nemo me dacrumis decoret nec funera fletu 509
faxit. cur? uolito uiuos per ora hominum.

hic est ille situs, quoi nemo ciuis neque hostis 510
quiuit pro factis reddere oprae pretium.

a sole exoriente supra Maeotis paludes 511
nemo est, qui factis aequiperare queat.
si fas endo plagas caelestum ascendere quoiquam est,
mi soli caeli maxima porta patet.

---

scripsi: sol et luna l. lucent *uulgo* ‖ 509 *Cic. Tusc.* I 15, 34 idemque (*cf. OJahnius Hermae* II 242), *ibid.* 117 melior Enni quam Solonis oratio; hic enim noster; *Cato m.* 20, 73 melius Ennius | dacrumis *Bergkius*: lacrimis *codd.*, *nisi quod* lacrumis *in Catone pauci* | neque *codd. in Catone* | decoret — faxit *om. codd. Tusc. pr. loco* | 2 uiuus *codd.* ‖ 510 *Cic. de legg.* II 22, 57 declarat enim Ennius de Africano: 'hic e. i. situs'; *Seneca epist.* 108, 32 colligit (*grammaticus*) uersus et in primis illos de Africano scriptos: 'cui — pretium'. ex eo se ait intellegere apud antiquos non tantum 'auxilium' significasse operam, sed ⟨'gratiam' etiam⟩; ait enim Ennius neminem potuisse Scipioni, neque ciuem neque hostem, reddere operae pretium [*sic scripsi*: significasse sed opera ait. opera enim in eius neminem *Bamb.*]; *coniunxit utrumque fragm. Scaliger* | 1 cui *codd.* | 2 quiuit *uulgo*: qui uult *codd.* quibit *Pincianus* | profectis (*suprascr.* pro factis) *Bamb.* | oprae *Lipsius*: operae *codd.* opis *Vahlenus Senecae* significasse opem, sed operam *restituens* ‖ 511 *Cic. Tusc.* V 17, 49 aliquid et gloriandum . . ut Africanus (= 1, 2); *Mamertin. genethl.* 16 quod ait ille Romani carminis primus auctor (= 1); *Seneca epist.* 108, 34 epigramma Enni (= 3, 4); *Lactant.* I 18 apud Ennium sic loquitur Africanus (= 3, 4); *iunxit haec Scaliger* | 1 supra] ad usque *codd. Mamert.*, *qui ipse pro suo consilio* usque ad *scripsit* | 2 *puto* me actis (me aequiperare *uulgo*) | 3 fas endo *ex* fas est do (*sic* **V**) *corr.* **P** *m. 1 Lact.* faciendo **BR** *Lact.* | caelestium **BR** | cuiquam (ciquam **B** *m. 1 Lact.*) *codd.* | 4 mihi **HP** *m. rec. Lact.*

VI. Euhemerus siue historia sacra.

512 *Lactant. I 11:* antiquus auctor Euhemerus, qui fuit ex ciuitate Messana, res gestas Iouis et ceterorum, qui di putantur, collegit historiamque contexuit ex titulis et inscriptionibus sacris, quae in antiquissimis templis habebantur maximeque in fano Iouis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Ioue titulus indicabat. in qua sua gesta perscripsit, ut monimentum esset posteris rerum suarum. hanc historiam et interpretatus est Ennius et secutus.

513 *Lactant. I 13:* Ennius quidem in Euhemero non primum dicit regnasse Saturnum, sed Uranum patrem. initio, inquit, primus in terris imperium summum Caelus habuit; is id regnum una cum fratribus suis instituit atque parauit.

514 *Lactant. I 11:* cui ergo sacrificare Iuppiter potuit nisi Caelo auo? quem dicit Euhemerus in Oceania mortuum et in oppido Aulacia sepultum.

515 *Lactant. I 14:* haec Enni uerba sunt: exin Saturnus uxorem ducit Opem. Titan, qui maior natu erat, postulat ut ipse regnaret. ibi Vesta mater eorum et sorores Ceres atque Ops suadent Saturno, ut de regno non concedat fratri. ibi Titan, qui facie deterior esset quam Saturnus, idcirco et quod uidebat matrem atque sorores suas operam dare ut Saturnus regnaret, concessit ei ut is regnaret. itaque pactus est cum Saturno, uti, si quid liberum uirilis sexus ei natum esset, ne quid educaret. id eius rei causa fecit, uti ad suos natos regnum rediret. tum Saturno filius qui primus natus est, eum necauerunt. deinde posterius nati sunt gemini, Iuppiter atque Iuno. tum Iunonem Saturno in conspectum dedere, atque Iouem clam abscondunt, dantque eum Vestae educandum, celantes

Saturnum. item Neptunum clam Saturno Ops parit, eumque clanculum abscondit. ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos, Plutonem et Glaucam. Pluton Latine est Dispiter; alii Orcum dicunt. ibi Glaucam filiam Saturno ostendunt, at filium Plutonem celant atque abscondunt. deinde Glauca parua emoritur. haec, ut scripta sunt, Iouis fratrumque eius stirps atque cognatio. in hunc modum nobis ex sacra scriptione tradita est.

Lactant. l. l. item paulo post haec refert: deinde 516
Titan, postquam resciuit, Saturno filios procreatos atque educatos esse clam, seducit secum filios suos, qui Titani uocantur, fratremque suum Saturnum atque Opem comprehendit eosque muro circumegit et custodiam iis apponit.

Lactant. I 11: sacra uero historia etiam ante 517
consedisse illi aquilam in capite atque illi regnum portendisse testatur.

Columella IX 2: nec sane rustico dignum est 518
sciscitari, fueritne mulier pulcherrima specie Melissa, quam Iuppiter in apem conuertit, an, ut Euhemerus poeta dicit, crabronibus et sole genitas apes, quas nymphae Phryxonides educauerunt, mox Dictaeo specu Iouis extitisse nutrices easque pabula munere dei sortitas, quibus ipsae paruum educauerant alumnam. — sed ne illud quidam pertinet ad agricolas, quando et in qua regione primum natae sint, utrum in Thessalia sub Aristaeo an in insula Cea, ut scribit Euhemerus.

Lactant. I 14: reliqua historia sic contexitur: 519
Iouem adultum, cum audiuisset, patrem atque matrem custodiis circumsaeptos atque in uincula coniectos uenisse cum magna Cretensium multitudine Titanumque ac filios eius pugnando uicisse, parentes uinculis exemisse, patri regnum reddidisse atque ita in Cre-

tam remeasse. post haec deinde Saturno datam sortem, ut caueret, ne filius eum regno expelleret: illum eleuandae sortis atque effugiendi periculi gratia insidiatum Ioui, ut eum necaret; Iouem, cognitis insidiis, regnum sibi denuo uindicasse ac fugasse Saturnum. qui cum iactatus esset per omnes terras persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum uel necandum Iuppiter miserat, uix in Italia locum, in quo lateret, inuenit.

520 *Augustinus epist. 44:* primo enim Olympi montis et fori uestri comparatio facta est. quae nescio quo pertinuerit, nisi ut me commonefaceret in illo monte Iouem castra posuisse, cum aduersus patrem bella gereret, ut ea docet historia, quam uestri etiam sacram uocant.

521 *Lactant. I 11:* in sacra historia sic Ennius tradit: deinde Pan eum deducit in montem, qui uocatur caeli stela. postquam eo ascendit, contemplatus est late terras, ibique eo in monte aram creat Caelo; primusque in ea ara Iuppiter sacrificauit; in eo loco suspexit in caelum, quod nunc nos nominamus, idque quod supra mundum erat, quod aether uocatur. cui de sui aui nomine caelo nomen indidit ... eamque hostiam, quam ibi sacrauit, totam adoleuit.

522 *Lactant. I 11:* cuius (*Enni*) haec uerba sunt: ibi Iuppiter Neptuno imperium dat maris, ut in insulis omnibus et quae secundum mare loca essent omnibus regnaret.

523 *Lactant. I 11:* historia eadem ... dicit: ea tempestate Iuppiter in monte Olympo maximam partem uitae colebat et eo ad eum in ius ueniebant, si quae res in controuersia erant. item siquis quid noui inuenerat, quod ad uitam humanam utile esset, eo ueniebat atque Ioui ostendebat.

Lactant. I 13: quamquam scriptum sit in historia 524
sacra, Saturnum et Opem ceterosque tunc homines humanam carnem solitos esitare; uerum primum Iouem leges hominibus moresque condentem edicto prohibuisse, ne liceret eo cibo uesci.

Lactant. I 22: historia uero sacra testatur, ipsum 525
Iouem, postquam rerum potitus sit, in tantam insolentiam uenisse, ut ipse sibi fana multis in locis constitueret. nam cum terras circuiret, ut in quamcumque regionem uenerat, reges principesue populorum hospitio sibi et amicitia copulabat et cum a quoque digrederetur, iubebat sibi fanum creari hospitis sui nomine, quasi ita posset amicitiae et foederis memoria conseruari. sic constituta sunt templa Ioui Ataburio, Ioui Labrandio (Ataburius enim et Labrandius hospites eius atque adiutores in bello fuerunt), item Ioui Labrio, Ioui Molioni, Ioui Casio, et quae sunt in eundem modum. quod ille astutissime excogitauit, ut et sibi honorem diuinum et hospitibus suis perpetuum nomen acquireret cum religione coniunctum. gaudebant ergo illi et hinc imperio eius libenter obsequebantur et nominis sui gratia ritus annuos et festa celebrabant. simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas, cum conditae urbi Acestae hospitis nomen imposuit; ut eam postmodum laetus ac libens Acestes diligeret, augeret, ornaret. hoc modo religionem cultus sui per orbem terrae Iuppiter seminauit et exemplum ceteris ad imitandum dedit.

Lactant. I 11: Ennius in sacra historia . . sic ait: 526
deinde Iuppiter postquam quinquiens terras circuiuit omnibusque amicis atque cognatis suis imperia diuisit reliquitque hominibus leges et mores frumentaque parauit multaque alia bona fecit et immortali gloria memoriaque affectus sempiterna monimenta sui reliquit, aetate pessum acta in Creta uitam commutauit

et ad deos abiit eumque Curetes filii sui curauerunt decoraueruntque eum; et sepulcrum eius est in Creta et in oppido Cnosso et dicitur Vesta hanc urbem creauisse; inque sepulcro eius est inscriptum antiquis litteris graecis ZAN KRONOY, id est latine Iuppiter Saturni.

527 *Lactant. I 17:* quae (*Venus*) prima, ut in historia sacra continetur, artem mereticiam instituit auctorqhe mulieribus in Cypro fuit, uti uulgato corpore quaestum facerent; quod idcirco imperauit, ne sola praeter alias mulieres impudica et uirorum appetens uideretur.

528 *Varro r. r. I 48, 2:* arista et granum omnibus fere notum, gluma paucis. itaque id apud Ennium solum scriptum scio esse in Euhemeri libris uersis.

VII. Heduphagetica.

529 omnibus ut Clipeae praestat mustela marina,
mures sunt Aeni super; ostrea plurima Abidi
. . . . mus; Mitilenae
est pecten crebrum finisque apud Ambraciai;
Brundisii sargust: hunc, magnus si est, tibi sume;

---

529 *Apul. apol.* 39: Q. Ennius hedesphagitica [*ita codd.*, Hedyphagetica *Scriuerius, alii alia*] uersibus scripsit. ibi innumerabilia genera piscium enumerat, quae scilicet curiose cognorat. paucos uersus memini, eos dicam | 1 ut Clipee *codd.*; at Clupeae *Turnebus* (at *non recte traiecto*; *in altero membro supple* sic) | 2 eni *codd.* | super *scripsi*: aspera *codd.* spissa *Vahlenus* | 2, 3 abidi'mȥ mitilene F abidimuls mitilene φ, *unde lacunam significaui*; *cf. Archestr. apud Athen.* III 92 d *ὄστρεια δ' Ἄβυδος, τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη* | 4 est pecten caradrumque apud umbracie (*in* φ a *supra* u) finis *codd.*, *correxi secundum Archestr. πλείστους δ' Αμβρακία παρέχει* (Ambraciai *iam Salmasius*) | 5 Brundisio *Suerdsioeus* | sargus bonus est *codd.*, *corr. re-*

apriclum piscem scito primum esse Tarenti;
Surrenti tu elopem fac emas, glaucum face Cumis;
quid scarus? praeterii cerebrum Iouis paene supremi:
Nestoris ad patriam hic capitur magnusque bonusque;
tum turdum, merulam, melanurum umbramque marinam
* * *
polipus Corcirae; caluaria pinguia Atarnae,
purpura, muriculi, murex, dulces quoque echini.

VIII. Praecepta siue Protrepticus.

úbi uidet auénam lolium créscere inter tríticum, 530
séligit secérnit aufert; sédulo ubi operam áddidit,
séruat segetem síbi, quam tanto stúdio seruit ⏑́ ⏑ –

pannibus. 531

IX. Sota.

álius in marí uolt magnó tenere tónsam. 532

⏑́ – alií *denique* rhétorica tóngent 533
ét uincere *suáda cupiúnt* . . . . .

---

mota glossa Vahlenus | si est tibi (ō t with i above) *scripsi*: si erit *codd.* | 6 apriculum *uulgo* | targenti **F** rrgenti *φ* | 7 tu elopem *scripsi*: telopem *codd.* (Surrentid elopem *Salmasius*) | face Cumis *ego*: apud Cumas *codd.* | 8 scarus *Bergkius*: scarum *codd.* | celebrum *codd.* | suppremi **F** | 10 melanurum turdum merulamque umbramque (*sic φ corr. ex* umbra inque, *ut habet* **F**) *codd.*, *traiecit et* tum *add. Schraderus* | *lacunam significauit Kruegerus* | 11 corcire *codd.* | Atarnae *uulgo*: tarne **F** carne *φ* | 12 purpurm **F** purpuram *φ* | murex *Casaubonus*: mures *codd.* ‖ 530 *Prisc.* I 532 *H.* serui . . pro seui. Ennius in praeceptis | 3 seruat (s̄uat) seg. sibi *addidi* ‖ 531 *Charis.* 54 *K.* Ennius in protreptico (-ptrico *cod.*) ‖ 532 *Fest.* 356 tonsam Ennius significat remum . . in Sota [nasota *cod.*] | uult *cod.* ‖ 533 *Fest.* 356

584 íbant malací uiere Véneriam coróllam.

585 ílle ictus retró reccidit ín natem supínus.

586 ∠ – ◡◡ ∠ – Cyprió boui meréndam.

X. Fragmenta incertae sedis.

587 *Cic. de legg. II 27, 68:* herois uersibus, quos longos appellat Ennius (*Isidorus or. I 38* hexametros .. Ennius .. longos uocat).

588 *Cic. de diu. II 54, 111:* ἀκροστιχὶς dicitur, cum deinceps ex primis uersuum litteris aliquid conectitur, ut in quibusdam Ennianis: Q. Ennius fecit.

589 *Cic. pro Arch. 8, 18:* Ennius 'sanctos' appellat poetas, quod quasi deorum aliquo dono atque munere commendati nobis esse uideantur.

540 inter ponendum.

541 quis te persuasit?

⟨tongere Aelius Sti⟩lo ait noscere esse, ⟨quia Praenestini tongi⟩tionem dicant pro no⟨tione, ut: tongitione po⟩tius dominari. Ennius; *Paul.* 357 Ennius: alii rhetorica tongent | *in Festi cod. uerba* alii rhetorica *desunt, spatio consuluit Vahlenus addendo* denique | et uincere *ad Ennii uerba traxit Fleckeisenus epist. ad MHertzium* 41 *sqq., porroque* suada cupiunt *addendo lacunam expleuit* ‖ **584** *Varro* V 62 uieri id est uinciri, a quo est in Sota Enni (*cf. Fest.* 355, *Censorin.* 70 *H.*) | mala ciuiere *Flor.* mala cluere *Censor.* **DV** (*hi et* coronam) ‖ **585** *Censor.* 70 *H.* ionicus a maiore; *Ennio adscr. Lachm. ad Lucr.* I 186 | recidit **D** recedit **V**, *corr. Lachm., qui et* ictu' *scripsit* ‖ **586** *Paulus* 59 'C. b. m.' Ennius sotadico uersu cum dixit, significauit id quod solet fieri in insula Cypro, in qua boues humano stercore pascuntur.

X. *hic sociauimus ea quae cui opusculo* (I—IX) *adscribenda sint dubium est; possuntque adeo nonnulla ad fabulas pertinuisse* ‖ **540** *Seru. ad ecl.* 9, 23 Ennius ‖ **541** *Seru. ad Aen.* X 10 'hos suasit' .. σολοικοειδές; quamuis .. Ennius.

tibicina maximo labore mugit. 542

Paulus p. 59: 'crebrisuro' apud Ennium significat 543
uallum crebris suris, id est palis, munitum.

Paulus p. 62: 'corpulentis' Ennius pro 'magnis' 544
dixit.

Seruius ad Aen. I 190: Ennius 'auium uulgus' et 545
'hastatorum' dicit [hastarum alibi *codex*] multitudinem et hastatorum [hastarum *cod.*] et auium.

Porphyrio ad Hor. sat. I 1, 61 (bona pars homi- 546
num): 'bona' nunc pro 'magna' dictum, ut saepe Ennius et alii ueteres.

Cic. Tusc. IV 23, 52: an est quicquam similius 547
insaniae quam ira, quam bene Ennius initium dixit insaniae?

Paulus p. 68: 'daedalam' a uarietate rerum arti- 548
ficiorumque dictam esse apud Lucretium terram, apud Ennium Mineruam .. facile est intellegere, cum graece δαιδάλλειν significet uariare.

Seruius ad Aen. XII 605: antiqua lectio 'floros' 549
habuit, i. e. florulentos, pulchros; et est sermo Ennianus.

Seru. ad Aen. I 26: 'repostum' et 'porgite' de 550
Ennio transtulit.

Seru. ad Aen. I 741: Ennius dicit Nilum 'Melo- 551
nem' uocari, Atlantem uero 'Telamonem'.

Seru. ad Aen. II 274: ei mihi, Enni uersus. 552

Seru. ad Aen. II 651: praepositiones uel aduerbia 553
in 'a' exeuntia modo producunt ultimam litteram, ex-

---

542 *Varro* VII 104 Ennii a uitulo; *metrum fort. sotadicum.*

cepto 'puta' et 'ita': ea [*om. codd.*] apud Ennium et Pacuuium breuia sunt.

554 *Seru. ad Aen. IV 9:* 'insomniam' enim, licet et Pacuuius et Ennius frequenter dixerit, Plinius tamen exclusit et de usu remouit.

555 *Seru. ad Aen. VI 797* uiden ut: 'den' naturaliter longa est, breuem tamen eam posuit secutus Ennium.

556 *Seru. ad Aen. VII 683* Anienem: Ennius 'Anionem' dixit iuxta regulam.

557 *Seru. ad Aen. XI 225:* Ennius deos 'aeui integros' [integri *Merula*] dixit, quibus multum aeui superest.

557[a] *Seru. ad Aen. XI 236:* 'olli' illi, secundum Ennium.

558 *Seru. ad Aen. XI 608 sqq.* iamque intra iactum teli progressus uterque substiterat: subito erumpunt clamore furentisque exhortantur equos; fundunt simul undique tela, crebra niuis ritu, caelumque obtexitur umbra *haec adnotat:* Enniana est omnis haec ambitiosa descriptio.

559 *Seru. ad Aen. XII 298:* illud Ennii et Pacuuii penitus de usu recessit, ut 'hic torrus, huius torri' dicamus.

560 *Paulus p. 111:* 'inseque' apud Ennium dic, 'insexit' dixerit.

561 *Paulus p. 4:* 'ambactus' apud Ennium lingua gallica seruus appellatur (*Labb. gloss. p. 11:* ambactus, *δοῦλος μισθωτός, ὡς Ἔννιος*).

562 *Paulus p. 68:* 'consiluere' Ennius pro 'conticuere' posuit.

563 *Paulus p. 121:* 'latrare' Ennius pro 'poscere' posuit.

Festus p. 277: ⟨re⟩morbescat En⟨nius posuisse 564
uidetur pro 'in mor⟩bum recidat'; *cf. Paulus p. 276.*

Festus p. 153 (in loco lacunoso): meta ... dicare 565
ait Ennius.

Festus p. 351: tapete [tappete *cod.*] ex graeco 566
sum⟨psit ...⟩ tae Ennius cum ait.

Festus p. 241: ⟨philo⟩logam Ennius in p⟨.... sed 567
hoc factum est culpa li⟩brariorum, qui ea quae fe⟨minini sunt dici nolebant mascu⟩lino [*Vahlenus* in praeceptis *suppleuit, de Phoenice uel pancratiaste cogitauit COMuellerus*].

Cic. Lael. 6, 22: qui potest esse uita 'uitalis', ut 568
ait Ennius, quae non in amici mutua beniuolentia conquiescit?

Varro IX 107: sequitur ut contra, quoniam est 569
'soleo', oporteat dici 'solui', ut Cato et Ennius scribit, non (ut dicit uolgus) 'solitus sum'.

Cic. de d. n. II 18, 49: Epicurus .. dum palato 570
quid sit optimum iudicat, 'caeli palatum', ut ait Ennius, non suspexit.

Gramm. lat. Keilii VII 542: 'hoc locum' lectum 571
est apud Ennium, sed nemo dicit hodie.

Gramm. lat. K. V 584: nix generis feminini, ut 572
Ennius 'hae niues'.

Labbaei gloss. p. 14: aplustra, *πτερὸν πλοίου, ὡς* 573
Ἔννιος.

Diomedes p. 385 K.: item 'potestur' apud Ennium 574
reperimus: n e c r e t r a h i p o t e s t u r i m p e r i i s [*metrum incertum*].

575 *Augustinus de dialectica p. 9, 12 Crecelii:* Ennius sonum pedum 'bombum pedum' dixit.

576 *Charisius p. 124 K.:* 'Cretenses' Ennius, ut Varro libro I de sermone latino scribit.

577 *Macrobius III 12, 8:* 'festra', quod est ostium minusculum in sacrario; quo uerbo etiam Ennius usus est.

578 *Nonius p. 448, 17 s. u. edolare:* Varro Bimarco: cum Quintipor Clodianus tot comoedias sine ulla fecerit Musa, ego unum libellum non edolem, ut ait Ennius?

579 *Scholia ad Lucan. X 249:* Ennius haec de Nilo ait, quod per aestatem sol ab imferioribus aquam supra reuocet, et hinc eo tempore Nilus increscat.

580 *Censorin. de die nat. 24:* sequitur uespera exortum [uesperanteorum *Colon.*] scilicet eius stellae, quam Plautus uesperuginem, Ennius uesperum, Vergilius hesperon adpellat.

581 *Censorin. l. l. 19:* annum naturalem dies habere prodidit ... noster Ennius CCCLXVI.

582 *Varro V 86:* foedus, quod 'fidus' Ennius scribit dictum.

583 *Charisius p. 98 K.:* 'erumnam' Ennius ait per e solum scribi posse, quod mentem eruat, et per ae [a *cod.*], quod mentis aegrorem [quod merorem *cod.*] nutriat.

584 *Festus p. 314 in loco lacunoso de 'stipes' agens:* ⟨Accius⟩ in Bacchis: ec⟨quem stipitem abi⟩egnum aut al⟨neum ...⟩us. Ennius ⟨... stipi⟩ ites abiegno ... e stipitem [*dubium, utrum haec ex opere poetico an grammatico Ennii sint sumpta*].

Columna ex 'antiquis glossariis': regredi gressum. 585

AStatius comm. ad Catull. carm. ad Corn. 9: eam 586
(*Mineruam*) uero, ut hic patronam, Ennius et dominam et heram dixit.

Idem ad Cat. 64, 40: Ennius . . in sexto 'ut pri- 587
mum tenebris abiectis inalbabat dies' [*potius ex Apul. met. VII 1*].

Barthius aduers. 33, 13 in glossis ad Aen. XII 19 588
o praestans animi iuuenis: est prudens senis dictum .. est uero ex seno Ennio translatum [*an* ex sexto Enni *?*].

INCERTI **epigramma.**

Aspicite, o ciues, senis Enni in imagine formam:
hic uestrum panxit maxima facta patrum.

INCERTORUM **uersiculi.**

– ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ laus alit artes. 1

– ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – instantibu paruis. 2

Musae, quas memorant Casmenas esse *latinas.* 3

INCERTI. *Cic. Tusc.* I 15, 34 quid poetae? nonne post mortem nobilitari uolunt? unde ergo illud? (*cf. OIahnius Hermae* II 242) | 1 Enni in imagine *scripsi*: Enni imaginis *codd.*

INC. 1. *Seneca epist.* 102, 16 (*post Naeuii dictum*) et cum aeque antiquus poeta ait; *fortasse est Enni* (*cf. Cic. Tusc.* I 2, 4) ‖ **2** *Anecd. Heluet.* 224 plerumque etiam penitus subtrahitur (s), ut ‖ **3** *Varro l. l.* VII 26 *Casmenarum uocabulum explicans sine auctoris nomine; rectius Ennio COMuellerus quam Naeuio LMuellerus dedit* | Musae quas *Spengelius*: mus ac quas *Flor.* | Casmenas *scripsi*: nosce nos *Flor.* Grai, nos nomine *COMuell.* | latinas *addidi*; Casmenarum *Spengelius.*

4 **Ardeatis templi inscriptio.**

Dignis digna: Luco picturis condecorauit
reginae Iunonis, Supremi coniugis, templum:
'Plautius Marcus' cluet Asia lata ecce oriundus,
quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea
laudat.

HOSTII **bellum Histricum.**

LIB. I.

1 – ◡◡ – ◡◡ – per gentis altiuolantum
aetherias atque *ardua tesca intra*que uolabis
templa antiqua *deum.*

---

4 *Plin. n. h.* XXXV 115 decet non sileri et Ardeatis templi pictorem, praesertim ciuitate donatum ibi et carmine, quod est in ipsa pictura his uersibus — eaque sunt scripta antiquis litteris latinis; *cf. MHertzius progr. Vratislav. aestatis* 1867 *p.* 12 *sqq.* | 1 dignis digna loco *codd.*; dignis digna: loco *uulgo* (*at* loco *quo spectet non habet*); dignis dignus loco, *ut* dignus *ad Plautium pertineat, Bentleius contortissima cum constructione*; *ueteris pictoris nomen fuisse* Lycon *intellexit Bergkius* (Loco *Hertzius ad Fleckeis. ann.* 93 *p.* 9 *sqq. prouocans, dubito num recte*) | 3 plaucius marcus *Bamb.*: marcus plautis marcus *ceteri codd.* | cluetas alata *Bamb.* cloet asia lata *ceteri codd.*, *corr. Bergkius* (*Lachm. ad Lucr. p.* 216 cluet qui, *quod a sermone in uulgari lectione sane necessarium est*) | ecce *scripsi*: esse *codd.*, *quod totam huius epigrammatii artem euertit*; ecce *praemium indicat, quod Lyconi contigerit* (*scil. ut M. Plautii sub nomine ciuis Ardeatis fieret*) *simulque illud* d. d. *in initio positum stabilit*; exoriundus *Silligius.*

HOST. (*Teuff. HLR.* § 180). 1 *Fest.* 356 ⟨tesca..⟩..sancta loca undique saepta .. Hostius belli ⟨Histrici lib. I⟩ | altiuolantum *scripsi* (*cf. Hom. Il.* II 459): alte *cod.* | *in lacuna codicis* auia (ardua *ego*) tesca per (intra *ego*) *suppl. Ursinus* | uiolabis *cod.* | *puto* antica | deum *suppl. Ursinus.*

percutit atque hastam pilans prae pondere frangit. 2

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – sententia praesto 3
pectore pilata.

saepe greges pecuum ex hibernis pastibus pulsae. 4

LIB. II.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – non si mihi linguae 5
centum atque ora sient totidem uocesque liquatae.

dia Minerua *simul*, simul autem inuictus Apollo, 6
arquitenens Latonius.

EX INCERTO LIBRO.

– ⏑⏑ – sentit scaeu*om* – – ⏑⏑ – – 7

C. LUCILI saturae.

LIB. I.

Aetheris et terrae genitabile quaerere tempus. 1

2, 3 *Seru. ad Aen.* XII 121 Hostius belli Histrici primo .. pilans, id est figens; idem .. id est fixa, stabilis | 3 pilato *cod.*, *corr. Daniel* ‖ 4 *Prisc.* I 270 *H.* hoc pecu, unde haec pecua .. Hostius [Hostilius *codd.*] in I annali | partibus *et* pulsi *pauci codd.* ‖ 5 *Macr.* VI 3, 6 Homeri est .. hunc secutus Hostius poeta in libro secundo belli Histrici ait | *uerba om. Paris.* ‖ 6 *Macr.* VI 5, 8 sed et Hostius libro secundo belli Histrici | simul *semel codd.*, *bis posuit Hauptius* ‖ 7 *Fest.* 325 pro sinistro 'sca⟨euom' usurpauit Hos⟩tius in belli Hi⟨trici . .⟩; *ad uerba in initio et fine in codice mutilata num quae secuntur in proxima linea* obit penitus *pertineant*, *perdubium est.*

LVCIL. 1 *Varro* V 17 a qua bipertita diuisione Lucilius [*Scal.*: Lucretius *Flor.*] suorum unius [unum *Flor.*] et uiginti librorum initium fecit hoc; *ubi Lachm. uoluit* XXV, *cum tamen*

2 o curas hominum, o quantum est in rebus inane!
[quis leget haec?]

3 *Seruius ad Aen. X 104:* totus hic locus de primo Lucilii translatus est libro, ubi inducuntur dii habere concilium et agere primo de interitu Lupi cuiusdam iudicis [ducis *F* ducis in rep. *M.* in rep. *AS* in rebus *RLH* iudicis rei *Guelf.*], postea sententias dicere [*an* dare *? cf. Marx, st. Luc. p. 58*]. — *Lactant. IV 3, 12:* quod Lucilius in deorum concilio inridet.

4 consilium summis hominum de rebus habebant.

5 quo populum atque urbem pacto seruare potis sit
amplius Romanam.

6 serpere uti gangrena mala atque herpestica posset.

7 *Seruius ad Aen. III 119:* apud Lucilium Apollo 'pulcher' dici non uult [*huc rettulit Bouterwekius mus. Rhen. 21, 341*].

8 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡ uti *nunc*
nemo sit nostrum, quin aut pater optumus diuom

---

tria corpora saturarum (XXVI—XXX *uariis metris*, XXII—XXV *distichis*, I—XXI *hexametris scripta*) *emisisse sit censendus Luc.* ‖ 2 *scholia ad Persii* 1, 1 *in optimo Pragensi* declamationem omnium hominum ponit, et tractus est iste uersus .. de Lucilio, *ut uoluerat Pinzgerus act. litt. Ien.* 1823 *n.* 77 *p.* 130; *alii codd., ut Monac., ad Pers.* 1, 2 quis leget haec *male adnotationem rettulerunt*: hunc uersum de Lucilii primo transtulit ‖ 4 *Seru. ad Aen.* IX 225 est Lucilii uersus uno tantum sermone mutato; nam ille ait; *huc rett. IDousa* ‖ 5 *Char.* 195 *K.* amplius L. sat. I; *schol. Veron. ad Aen.* XII 680 amplius .. Lucilius | pactum (*sic*) *post* quo *Char.*, pactos (*sic*) *ante* seruare *sch. Ver.*, *quae* adque (*et sec. Herrm.* potis sit) *habent* | amplius *obscurum in cod. sch. Ver.* ‖ 6 *Non.* 117, 21 gangrena est cancer. L. sat. lib. I | malo *codd.*, *corr. IDousa* | atque **G**: adquem **HL** ‖ 8 *Lact.* IV 3, 12 Iuppiter a precantibus 'pater' uocatur .. et ceteri deinceps, quod L. in deorum concilio inridet; *hic posuit Dousa* | 1 uti **BPR**: utine **H** ut **V** | nunc (n̅c̅)

aut Neptunus pater, Liber, Saturnus pater, Mars,
Ianus, Quirinus pater siet ac dicatur ad unum.

nunc uero a mani ad noctem, festo atque profesto, 9
totus item pariter populus, plebesque patresque,
iactare indu foro se omnes, decedere nusquam;
uni se atque eidem studio omnes dedere et arti,
uerba dare ut caute possint, pugnare dolose;
blanditia certare, bonum simulare uirum se;
insidias facere, ut si hostes sint omnibus omnes.

inritata canes quam homo quam planius dicit. 10

nemo hic uindicias neque sacramenta ueretur. 11

– ◡◡ et mercede meret *grex* religionis. 12

---

addidi m. Rh. 29, 360 | 2 siet **B V** | *fortasse* uostrum, *ut Apollo 'pulcher' se nondum ad patris nomen peruenisse queratur* | optimus diuum *codd.* | 3 atque **V** | neminus **P** | pater *prius a m. rec. add.* **B**, *qui alterum om.* | Liber — 4 pater *om.* **H** | 4 si et hoc ac **R** et (*om.* si) hoc **H** sic et ac **V** | ad unum *om.* **P** ‖ 9 *Lact.* V 9, 20 Lucilius tenebrosam istam uitam (hominum iniustorum) . . depinxit his uersibus; *hic posuit IBeckerus Philol.* 5, 728 | 1 a mane **B R** a mani **V** amant **H** amem **P**; *de* mani, *quod restitui, cf. Neuius* I 281 | festo] fert **B** *m.* 1, *quae deinde* profesto — populosque *om.* (*suppleuit m.* 3) | atque profesto *om.* **H** profes **P** | totus (**B** *m.* 3 totos) item pariterque dies (quidem **R** -que die **P B** *m.* 3) populusque (-losque **H**) patresque *codd.*, *correxi* (*uitium traiectis uocibus ortum*); toto itidem par. die *Dousa* | 3 iacturae **B**, *corr. m.* 3 | indu *in* indi *corr. m.* 3 **B** indo **P** | foro **R**: forum **B** forus **P V** foros **H** | s& **V** *om.* **H** | omne **P** | onusquam **R** | 4 adque **B** | idem **P H** | dedare et ≡ (i *erasa uid.*) rque auadere ut cautae **B** *m.* 1 (*nugas restituit m.* 2) | 5 dolosa **B** dolo **H** | 7 si *in ras.* **B** *m.* 3 ‖ 10 *Non.* 31, 21 irritare . . prouocare . . L. sat. lib. I; *Char.* 125 *K.* canes L. I (*cf. idem p.* 145); *Don. ad Ter. Ad.* II 4, 18 Luc. de littera r | irritata *Don.*, **G** *Nonii* | canis *Don.*, cane *codd. Non.* | quam h. *Char.*, *Non.*: quod h. *Don.* | quam (quamquam) plurima dictat *Don. codd.* ‖ 11 *Fest.* 376 uindiciae . . Lucilius; *hic posui* | sacramenta *Huschkius*: sacra . . . en *apographon Politiani* sacra neque numen *cetera* | 12 *Non.* 345, 2 meret, humillimum et sordidissimum quaestum capit . . L.

13 – ◡◡ – ◡◡ – miracla ciet telephantas.

14 – ◡◡ – ◡◡ – Tubulus si Lucius umquam,
si Lupus aut Carbo, Neptuni filius, putasset
esse deos, tam periurus, tam impurus fuisset?

15 intereunt, labuntur, eunt rursum omnia uorsum.

16 – ◡◡ – nodum in scirpo insano facere ulcus.

17 haec ubi dicta dedit, pausam *facit* ore loquendi.

18 *Lactant. VI 14, 3:* Lucilii, apud quem disserens Neptunus de re difficillima ostendit *e. q. s.*

19 uellem concilio uestrum, quod dicitis olim,
caelicolae, *factum* * * * *
* * * * * * * *
uellem, inquam, tunc, caelicolae, adfuissemus priore
concilio.

---

lib. I | meret religiones *codd.*, *correxi* (merent legiones *IDousa*; *fr.* 307 *huc non facit*) ‖ 13 *Non.* 521, 29 miracula .. pro monstris .. L. sat. lib. I | miracula *codd.* | telefantas **GH** *m.* 2, **L** *m.* 2: telefantes **H** *m.* 1 etelefantas **L** *m.* 1 elefantas *alii* cient elephantes *Mercerus*; *cf. Stowasser arch. lex.* 1, 120 | 14 *Cic. d. n. d.* I 23, 63 quid de sacrilegis .. dicemus? 'Tubulus .. filius', ut ait L., 'putasset *eqs.*; *hic posuit Dousa* (Nept. fil., *de quo cf. Mueller-Struebing in Fleck. ann.* 1878 *p.* 759, *dicit Apollo Neptunum cauillans*) | 2 Carbo aut Nept. *codd.*, *corr. Scaliger* | filius *bisyllabum hic est* | 3 periurus aut tam *codd.*, *corr. Bouterwekius* ‖ 15 *Non.* 449, 23 interfici .. Lucilius; *hic posuit IBeckerus* | intereunti *codd.* | euntur omnia *codd.*, *corr. IDousa* ‖ 16 *Don. ad Ter. Andr.* V 4, 38 scirpus .. Lucilius in primo | scirpo *Oxon.*: cirpo *Par.* sirpo *Lugd.* | insano *codd.*: insane *uulgo* | ulcus *Par. Ox.*: ultus *Lugd.* uulgus *uulgo* (*Dziatzko m. Rh.* 29, 636) ‖ 17 *Non.* 158, 6 pausa est quies .. L. sat. lib. I | facit *uulgo*: *om. codd.* ‖ 19 *rhet. lat. Halmii* 46 *ἐπανάληψις* repetitio sententiae propter aliquam [aliam *uulgo*] necessariam causam, non ut fit in figuris elocutionis. sic apud Lucilium; *hic posuit IDousa* | 1 uellem *idem*: uel *ed. pr.* | 2 coelicolae *ed. pr.* | *lacuna aperta* (*nec enim adfertur causa necessaria*) *quomodo sit orta supplementis meis ostendi* | 3 priorei

⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ubi prae se 20
pisces triginta numero portant mihi gentes
munere.

uellem cumprimis, fieri si forte potisset, 21

si me nescire hoc nescis, quod quaerere dico, 22
quare diuinas quicquam aut quare's hebes ipse?
et si scis, q. b. e., scire hoc *decuit te*!

concilio antiquo sapiens uir solus fuisti! 23

stulte saltatum te inter uenisse cinaedos. 24

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ut contendere possem 25
Thestiados Ledae atque Ixionies alochoeo.

non tango, quod auarus homo est quodque im- 26
probus moeto.

quae facies, qui uoltus uiro! ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 27

Halmius ‖ 20 *Seru. ad Aen.* X 329 Lucilius in IV bi (hi *uulgo*) prae se port. mħigentes (ingentes *uulgo*) mun. pisces trig. num., *sic codex*, *quod correxi* (in I ubi) *dedique Neptuno absentiae causam repetenti ex sacris uisis* ‖ 21 *Ascon.* 116 *Bait.* incipiebant autem ueteres . . a reprehensione superioris temporis, ut ait Lucilius | potisset *cod. Leid.* (*ut uid.*): potissit *cod. Pistor.* ‖ 22 *rhet. lat. Halmii* 45 ἐνθύμημα fit, cum periodos orationis ex contrariis sententiis astringitur. apud Lucilium; *lib. I adscr. IBeckerus* | 1 *puto* quod discere quaero | 2 aut quare's (es) hebes *scripsi*: aut quare debes *ed. pr.* quod quaerere debes *Gesnerus* | 3 *initiales* q. b. e. *nondum recte explicatae* | decuit te *IBeckerus Philol.* 5, 730: d. t. *ed. pr.* ‖ 23 *Seru. ad Aen.* IV 458 antiqui; prioris . . Lucilius; *hic posuit van Heusdius stud. crit.* 164 ‖ 24 *Non.* 5, 20 cinaedi . . saltatores . . L. sat. lib. I ‖ 25 *Non.* 258, 27 contendere . . comparare Luc. in sat. I | lede *codd.* | ixiones alcholocheo *codd.*, *corr. Mercerus ex Hom. Il.* XIV 317 ‖ 26 *rhet. lat. Halmii* 12 ἀντίφρασις . . apud Lucilium; *hic posui* | homo est quodque *Stephanus*: modo est neque quod *ed. pr.* | moeto *uel* mu(t)to (= *Priapus*) *scripsi*: omitto *ed. pr.* mitto *Dousa* ‖ 27 *Isid. diff.* [V 28 *M.*] facies . . uultus . Lucilius haec quasi distinguens ait | uultus *uulgo*.

28 uoltus item ut facies: mors est mera, morbus, uenenum.

29 occidunt, Lupe, saperdae te et iura siluri!

30 'ad cenam adducam; et primum hisce abdomina tunni
aduenientibus priua dabo cephalaeaque acarnae'.

31 'porro quaecumque et quicumque, ut diximus ante,
obstiterit promo, domino uenire feret re'.

32 psilae atque amphitapoe uillis ingentibus molles.

33 praetextae ac tunicae, Lydorum opus sordidum omne.

34 porro 'clinopodas lichnosque' ut dicimus *σεμνῶς*!
ante 'pedes lecti' atque 'lucernas' – ⏑⏑ – –

---

28 *Non.* 426, 30 uultus . . facies . . L. sat. lib. I | uultus *codd.* | ē mera *scripsi*: citera **H** citer **GL** icterus *Scaliger* acer *Lachm.* teter *Passeratius* ‖ **29** *Varro* VII 47 apud Lucilium . . et; *hic posui* | lupes aper dete *Flor.*, *corr.* *Turnebus* ‖ **30** *Non.* 159, 24 priua . . singula L. sat. lib. I (ad . . dabo); *idem p.* 35, 19 (abd. t. p. d.); *Gell.* X 20, 4 priua . . L. in I sat. (abd. *ectr.*) | caenam **HL** | abducam *IDousa* | isce *codd.* | addominat hymni (himni) *codd. p.* 159 (tunni *codd. p.* 35) thynni auenientibus *sim. codd. Gellii* | cephal(a)eaque acarn(a)e (carne) *codd. Gellii*; *cf. Francken* II 64 ‖ **31** *Non.* 500, 17 ablatiuus pro genetiuo . . Luc. sat. lib. I | 1 quicumque *Stowasser st. Vind.* 3, 284: cuicumque *codd.* | 2 promo **G**: primo **HL** | hoc minuendi refert res *codd.*, *correxi* (feret rei = *referet*, *prisce*); refert re *Bouterwekius* referet re *Lachm.*; *de* uendi referet re *noli cogitare* ‖ **32** *Non.* 540, 25 amphitapoe [-pae *codd.*] uestes dicuntur utrimque habentes uillos. L. sat. lib. I; *Isid. or.* XIX 26, 5 sipla . . amphitapa ex utraque parte uillosa tapeta. Lucilius | psilae *codd. Non.*: sipl(a)e *Isid. codd.* | adque **L** *m.* 1 | amfytap(a)e *fere codd. Non.*, *corr. Lachmannus*; amphitapae *Isid.* | uellis *Guelf. m.* 1 *Is.* ‖ **33** *Non.* 536, 17 tunica . . Luc. sat. lib. I | sordidulum *IDousa* Sardibus *Bergkius* (et omne *Iunius* id omne *Gerlachius*); *cf. supra p.* 13 ‖ **34** *Macr.* VI 4, 17 (*Vergilium graeca inseruisse*) sicut . . Luc. in primo | 1 κειnopodας

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – 'arutaena'que aqualest. 35

nunc ad te redeo, ut quae res me impendet agatur. 36

nam si tu fluctus undasque e gurgite salso 37
tollere decreris, uenti prius Emathii uim,
uentum, inquam, tollas t. c. q. i. l.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ *non puto id iri* 38
explicitum, non Carneaden si ipsum Orcus remittat.

uolturius. 39

cui, si coniuret, populus uix totus satis sit. 40

per saturam aedilem factum qui legibus soluat. 41

infamam, obscenam turpemque odisse popinam. 42

si non amplius, at lustrum hoc protolleret unum. 43

---

clinopodas *Paris.* | lychnosque *uulgo* | dicimus *Salisb.*: diximus *Paris. cum ceteris* | 2 ἀντὶ *IDousa* | *ante* atque *Bergkius op.* I 683 *addit* soliti dixe, *recte a sententia* (*cf. Ribbeckius m. Rh.* 29, 128) ‖ 35 *Char.* 118 *K.* aquale. nam Luc. I sat. 'arutę neque' inquit 'aquales'; *sic codex*; inquit *grammatici est*; arutaenaque *Franckenus* I 63, aquale est *Lachmannus* (= aq. *nunc dicitur* ar.) ‖ 36 *Fest.* 161 me pro mihi . . Lucilius; *hic posui* ‖ 37 *reth. lat. Halmii* 48 ἐπαγωγή fit ex . . similium collatione . . argumentorum . . ut Lucilius [Lucius *ed. pr.*]; *libr. I adscr. IBeckerus* | 2 Emathii uim *scripsi*: Haematium *ed. pr.* (uentum — Emathium tu *Stephanus*) | 3 *initiales nondum explicitas* tu culpam quam illius laxes *male IBeckerus legit* ‖ 38 *Lact.* VI 14, 3 Lucili, apud quem Neptunus . . ostendit non posse id explicari, non *ectr.*; *libr. I adscr. IDousa*; non p. i. i. e. *speciminis causa addidi* | non Carneaden (-dem **H**) si **HRV**: nec si Carneaden (-dem **P**) **BP** | dimittat **B** ‖ 39 *Char.* 98 *K.* 'u.' Luc. in I; *cf. Gr. L.* VII 294 | uult. *utroque loco* ‖ 40 *Char.* 217 *K.* satis . . par Lucilius satur. ⟨I⟩; *sic IDousa* ‖ 41 *Diom.* 468 *K.* cuius saturae legis L. meminit in primo | satyram *codd.* | quis — soluat? *IDousa* ‖ 42 *Non.* 161, 14 popinones . . a popinis . . Luc. lib. I | obscenam *Gerlachius*: honestam *codd.*: foedam *Iunius* incestam *Corpetus*, *delet Hauptius*, *alii alia* ‖ 43 *Non.* 159, 22 protollere est differre. L. sat. lib. I | at *Fruterius*: ad *codd.* |

44 munus tamen fungi et muros seruare potissent.

45 – ⏑⏑ – ⏑⏑ ut multos mensesque diesque,
non tamen aetatem, tempestatem hanc scelerosi
mirentur.

LIBER II.

46 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ homo inpuratus et inpuns
esque rapinator! ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

47 nam quid moetino subrectoque huic opus signo,
ut lurcaretur lardum et carnalia fartim
conficeret?

48 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ut iure peritus.

49 nunc nomen causamque ex testibus ipse rogando
exsculpo ut dicant.

---

lustrum *Aldus*: iustrum *codd.* ‖ **44** *Non.* 497, 5 accusatiuus .. pro ablatiuo .. L. sat. lib. I | possint *codd.*, *corr.* ***Mercerus*** ‖ **45** *Non.* 174, 26 scelerosi pro scelerati. L. sat. lib. I (non tamen *ectr.*); *Don. ad Ter. Eun.* IV 5, 8 aetatem .. pro longinquo tempore. Lucilius (ut — aetatem) | 2 nam tamen H | pestatem L | sceleros L *m.* 1; *loquitur haec Iuppiter terrere, non delere cupiens Romanos*; *cf. Marx st. Luc.* 63 *sq.*

LIB. II. *prima fortasse satura usque ad fr.* 63 (64?) *causam Albucii et Scaeuolae continuit*; *cf.* ***Marx*** *st. Luc.* **68** *sq.* ‖ **46** *Non.* 129, 28 inpuns [inpuno *codd.*] quod est inpudens. L. lib. II; *idem p.* 167, 20 rapinatores pro raptoribus .. L. lib. II inpudicus *codd. p.* 167 | inpuns *Lachm.*: inpuno *codd. p.* 129 inpune *p.* 167 inpono *Stowasser st. Vind.* 5, 276 | 2 esq. *Stowasser*: est *codd.* iste *Lachm.* estque ***Muellerus*** | rapister *codd. p.* 129 ‖ **47** *Non.* 10, 31 lurchare est cum auiditate cibum consumere. L. sat. lib. II | 1 subiectoque *codd.*, *corr.* ***Dousa*** | 2 lurch. (h *in* H *inducta*) *codd.* | carnalia H *m.* 1: carnaria *m.* 2, *ceteri codd.*; *Stowasser arch. lex.* I 294 | fartim H *m.* 1, L *m.* 2; parum L *m.* 1 H *m.* 2 fartim parum G ‖ **48** *Char.* 82 *K.* Lucilius II (*male alii* iure consultus) ‖ **49** *Non.* 102, 18 exculpere est extorquere .. L. sat. lat. II | 1 camque *scripsi*: iamque *codd.* uitamque *Stewechius* litemque *Marx* | 2 ut dicant *scripsi*: haec dicam *codd.* edicam *Iunius*.

inpuratum hunc in fauces inuasse animamque elisisse illi, 50

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – uix uiuo homini ac monogrammo. 51

quom illi uidissent Hortensius Postumiusque, ceteri item, in capulo hunc non esse aliumque cubare. 52

– ⏑⏑ – quae nunc ego praecanto Aemilio atque exigo et excanto. 53

'qui *di* te, Montane, male!' inde ad cetera pergit. 54

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – quae horis sublata duabus omnia sunt sole occaso obductoque ⏑ – – 55

quam lepide λέξεις compostae ut tesserulae omnes arte pauimento atque emblemate uermiculato! 56

---

50 *Non.* 291, 27 elidere . . excludere . . L. sat. lib. II | inpuratum *Muretus*: iniuriatum *codd.*; *an* inludjatum *?* | 2 elise **H** *m.* 1 ‖ **51** *Non.* 37, 11 monogrammi . . homines macie pertenues. L. lib. II; *continuauit priori IBeckerus* | uino **G** uiro **H** *m.* 1 | monogramo **L** ‖ **52** *Non.* 4, 20 capulum . . sarcophagum . . dici ueteres uolunt . . L. sat. lib. II | 1 quem illi cum uid. *codd.*, quom illic uid. *Muellerus*; *sed* illi = illic, *et* cum *illius* quem (= quom) *est correctura* ‖ **53** *Non.* 102, 7 excantare . . excludere [excudere *?*] . . L. sat. lib. II | quae ego nunc aemilio praecanto *codd.*, *traiecit Munro* (*jour. of phil.* VII 298) ‖ **54** *Don. ad Ter. Phorm.* I 2, 73 'qui' utinam est, ut Lucilius II | qui te montane *Oxon.*, *Leid.*, *edd. uet.*; di *addidi* (qui te Nomentane *uulgo pessime*) | male iñ (*uel* male hinc *uel* malum tum) *scripsi*: malum *codd.* | ad eetera pergit *codd.*, *edd. uet.*: querquera perdat *Dousa* ‖ **55** *Prisc.* I 484 *H.* (occido — occasus, *sim.*) L. in II | 2 ductoque *codd.*, *corr. IDousa, qui supplet* tenebris ‖ **56** *Cic. or.* 44, 149 nec tamen id fiat operose . . quod apud Lucilium scite exagitat in Albucio Scaeuola; *cf. idem de or.* III 43, 171 *et Brut.* 274; *Non.* 188, 24 uermiculatum [-tim *codd.*] pro minuto (lexis *eqs*); *cf. et Quint.* IX 4, 113; *Plin. n. h.* XXXVI 25; *cf. Marx l. l.* 70 | λέξεις *Cic. or.*: lexis *codd. Non.* exis *Abrinc. et* ex hys *Erl. Cic. de or.* | composui et ut tessurulae *Non. codd.* | omnes] arte *Schuetzius* | 2 arte] endo

57 Crassum habeo generum, ne rhetoricoteros tu seis!

58 – ⏑⏑ – fandam atque auditam iterabimus famam.

59 Graecum te, Albuci, quam Romanum atque Sabinum,
municipem Ponti Titi et Anni centurionum,
praeclarorum hominum ac primorum signiferumque,
maluisti dici. graece ergo praetor Athenis,
id quod maluisti, te, cum ad me accedis, saluto:
'χαῖρε' inquam 'Tite!'; lictores, turma omnis chorus ceu
'χαῖρε Tite!' — hinc hostis mi Albucius, hinc inimicus!

60 non, di, conuincat, licet et uagus exul et erret exlex.

61 quid dicis? cur est factum? quo coicis istuc?

62 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – post ibimus contra
pestem perniciemque, catax quam et Manlius nobis

---

idem; artae *Non.* H | pauimenti *soli Plinii codd.* (*Detlefs.*) | atque] *malim* inque ‖ 57 *Cic. de or.* III 43, 171 quae (= *fr.* 56) cum dixisset in Albucium illudens, ne a me quidem abstinuit | rhaetorico te rufius eis *Abrinc.* ‖ 58 *schol. Veron. ad Aen.* II 81 Luc. in II | *ultima* amam *obscurata in codice* ‖ 59 *Cic. de fin.* I 3, 8 Lucilius, apud quem praeclare Scaeuola | 2 pontii *codd.* | Titi (*Cic. de sen.* 33) et Anni *scripsi*: tiranii A *m.* 1 (tritanii *m.* 2) tritunii B Tritanni *uulgo* | 6 chaere A care B | chorus ceu (*cum epici stili imitatione iocosa*: *Enn. fr.* 238) *scripsi*: chorusque *codd.* cohorsque *Manutius* | 7 chere *codd.* | hic *m.* 1 A, B | mi *in ras. om.* A, *qui et* Albutius ‖ 60 *Non.* 10, 12 inlex et exlex est qui sine lege uiuit . . L. sat. lib. II | non dico uincat *codd.*, *correxi in Fleck. ann.* 1877 *p.* 142 | uacus L exule terret L exulet erret GH, *corr. Franckenus* I 7 ‖ 61 *Non.* 268, 2 coicere, furari, auferre . . Luc. lib. II | quo H: quod GL ‖ 62 *Non.* 25, 18 catax . . quem nunc coxonem uocant. L. sat. lib. II; *idem p.* 218, 32 pernicies . . L. sat. lib. II (pestem *ectr.*) | post ibimus *scripsi*: hostilibus *codd.* hostibus *usa* Hostilius *Passeratius* | perniciemque H *m.* 1 *p.* 25: per-

cirodeti aurati, ricae, toracia, mitrae. **63**

non laudare hominem quemquam neque mu facere, inquam. **64**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ in bulgam penetrare pilosam. **65**

si natibus natricem inpressit crassam et capitatam. **66**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ peditum hiram excoquit omnem. **67**

tum facta omnia sunt circumlata – ⏑⏑ – – **68**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – lustratus piatus **69**

[– ⏑⏑ – ⏑⏑ – per inhospita tecta uagantem **70**
rerum animo sequitur captarum gratia maior]

---

mitiemque (-ciemque) *fere codd. bis* | nobis *codd. p.* 25: nouis **H** *m.* 1 nouius *m.* 2 *cum* **GL** *p.* 218 mouit *Ribbeckius* (*supple* et . . [*nomen*] mouerunt) ‖ **63** *Non.* 529, 17 ricae . . sudarium . . L. sat. lib. II | chirodeti (*Flav. Ios. de b. I.* VII 8) *Quicheratius*: hrodeti *Bamb.* hrodyty **HL** hyodyty (*ut uid.*) **G** chiridoti *Bouterwekius q. L.* 7 hypodyti *FSchmidtius*; cirodeti *potius dedi* (ciridotam *apud Nouium* 71 *R. codd. innuunt*) *uel* kirodeti (*cf. ad fr.* 508) | ricae *Carrio*, thoracia *Rothius*: cice et oracia *codd.* ‖ **64** *Char.* 240 *K.* mu facere pro muttire. L. sat. lib. II [*exc. Cauch.*: *om. Neap.*] | mu p: *om. Neap.* | inquam *ex* umquam *corr. Neap.* (in quemquam p *ex prioribus*) ‖ **65** *Non.* 187, 18 uulga . . L. lib. II | uulgam *codd.* ‖ **66** *Non.* 65, 27 natrices . . L. sat. lib. II ‖ **67** *glossae m. Rhen.* 40, 326 peditum [-cum *cod.*], uitium mollitiae. Lucilius in II satirarum | pedicum *cod.*, *correxi praef. comm. Cat. p.* XV *sq.* | iam exc. omne *cod.*, *correxi* ‖ **68** *Non.* 261, 26 circumferre est proprie uulgare [lustrare *codd.*] L. sat. lib. II | facta **H**: facto **GL** farto *Iunius* | circum latus *codd.*, *corr. idem*; *fortasse hoc fr. in priore parte ponendum* ‖ **69** *Non.* 335, 12 lustrare, expiare. L. sat. lib. II [V **H** *m.* 1, *Bamb. Gen.*, *recte?*] ‖ **70** *suspectum*; *Barthius adu.* XV 3 *ad Hor. epist.* I 14, 19 *se hoc in codice inuenisse* (Lucilius in II) *testatur* (inospita).

LIBER III.

71 *Porphyrio ad Hor. sat. I 5, 1:* Lucilio hac satura aemulatur Horatius iter suum a Roma Brundesium usque describens, quod et ille in tertio libro fecit, primo a Roma Capuam usque et inde fretum Siciliense.

72 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – et, saepe quod ante
optasti, freta Messana et Regina uidebis
moenia, tum Liparas, Phacelinae templa Dianae.

73 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ uiamque
degrumabis uti castris mensor facit olim.

74 – ⏑⏑ – ⏑⏑ bis quina octogena uidebis
commoda, de Capua quinquaginta atque ducenta.

75 praeterea omne iter est hoc labosum atque lutosum.

76 inguen ne existat, papulae, tama, ne boa noxit.

77 Apulidae pe*dibus stlembi.*

---

72 *Probus ad ecl. Verg. praef.* Phacelitis autem Dianae L. quoque in III satirarum meminit | 2 Messana et *ego*: Messanam (*mg.* Mefsanae) **V** Messana **P** | reginam *in* regina *corr.* **V** Rhegina **P** | 3 facelinae (Fasc. **V**) *codd.* ‖ **73** *Non.* 63, 4 grumae .. mensura .. agrimensorum .. L. lib. III | degrumauis *codd.*, *corr. Mercerus* | uti *Quicheratius* (*Lachm.*): ut *codd.* ut in *Merula* ‖ **74** *Non.* 266, 26 commodum, integrum. Lucilius; *hic posuit IDousa* | bis] uis **L** *m.* 1 | quin actogena (oct. **G** *m.* 1) **GHL**, *corr. Scaliger* | de *uulgo*: te *codd.* tu *Lachm.* tum *Franckenus* I 13 | trecenta *LMuellerus* ‖ **75** *Non.* 489, 11 ab eo quod est labos labosum .. L. sat. lib. III | lamosum *OKellerus m. Rh.* 31, 141 ‖ **76** *Fest.* 360 tama dicitur, cum labore uiae sanguis in crura descendit et tumorem facit. Lucilius (*Paul.* 361); *hic posuit Loewius gl. n.* 231 (*cf. et prodr.* 312) | boua *LMuellerus* ‖ **77** *Fest.* 313 ⟨Stlembus⟩ grauis, tar⟨dus, sicut L.⟩ — dicit, cum refer⟨t equum pigrum et tardum⟩; *cf. Paul.* 312; *hic posuit LMuellerus.*

succussatoris, taetri tardique caballi. 78

uerum haec ludus ibi susque omnia deque fuerunt, 79
susque ea deque fuere, inquam, omnia, ludus iocusque;
illud opus durum, ut Setinum accessimus finem:
αἰγίλιποι montes, Aetnae ocres, asperi Athones.

mantica cantheri costas grauitate premebat. 80

Volturnus Capua longe tria milia passum. 81

Campana Capua. 82

'broncus Bouillanus, dente aduerso eminulo hic est, 83
rinoceros uelut Aethiopus'.

'non peperit, uerum postica parte profudit'. 84

---

78 *Non.* 16, 27 succussare est susum frequenter excutere .. L. sat. lib. III [*ita* **H** *m.* 1: IIII *ceteri*]; *idem p.* 86, 14 caballus L. lib. II | succussatoris (*una* s **L** *m.* 1) *codd. p.* 16, **H** *m.* 1 *p.* 86: succusatori **GH** *m.* 2 **L** *p.* 86 | tardi rarique *codd. p.* 16 ‖ **79** *Gell.* XVI 9, 3 significat .. 'susque deque ferre' animo aequo esse .. L. in tertio | 2 ea *ego*: et *codd.* haec *Dousa* | 4 *αἰγίλιποι* (*cf. Loewius prodr.* 337) *Giphanius*: αιπμλιποι (-πον) ait *uel* αιγιαποι (-αιβοι) *codd.* | ocres *Loewius gl. n.* 229: omnes (-ne *unus, om. duo*) *codd.* | asperi' **ZT**: aperi *ceteri* ‖ **80** *Porph. ad Hor. sat.* I 6, 106 mantica pera .. ex Luciliano illo; *lib. III adscr. Dousa* | canthari *et* praemebat *Mon.* ‖ **81** *Char.* 203 *K.* longe pro longitudine L. sat. III 'longe III mil. passuum', *quocum IBeckerus Philol.* 4, 82 *coniunxit schol. Cic. p.* 193 *Bait.* uetus locutio: eminus est V. C. tria millia passuum, *in quibus* eminus est *loco illius* longe *repositum est*; *an* longest? ‖ **82** *Porph. ad Hor. sat.* I 6, 68 Lucilius; *hic posuit Dousa* ‖ **83** *Non.* 25, 27 bronci sunt producto ore .. L. sat. lib. III (br. — rinoceros); *Prisc.* I 217 *H.* L. in IIII Aethiopus dixit pro Aethiops: rinocerus (*sic ibi codd.*) *eqs.*; *coniunxit Dousa* | Bouillanus *Turnebus*: nouit lanus *codd.* obit (nouus *Merula*) lanius *Dousa* ‖ **84** *Non.* 217, 14 posticam .. L. sat. lib. III | uirum *codd., corr. Bentinus* | profundit (-tundit **H** *m.* 1) *codd., corr. Gothofredus.*

85 uertitur oenophoris fundus, sententia nobis.
86 permixi lectum, inposui dein pellibus labem.
87 – ⏑⏑ exhalas tu acidos ex pectore ructus.
88 e somno pueros cum mane expergitus clamas.
89 inde Dicarchitum populos Delumque minorem.
90 — promunturium remis superamus Mineruae.
91 ad portam mille a porta est, sex inde Salernum.
92 quattuor hinc Silari ad flumen portumque Alburnum.
93 hinc media remis Palinurum peruenio nox.

---

85 *Non.* 173, 14 sententia, sensibilitas. L. sat. lib. III [IIII **H** *m.* 1], *ubi* oenoforis *codd.*; *Consent.* 345 *K.* fundus, Luc. (enofori *uel* cenofori *codd.*); *Isid.* I 35, 3 zeugma . . ut (oenophoris) *et* XX 6, 1 oenophoris . . de quo est illud (enofori *fere codd.*); *schol. Persii* 5, 140 (oenophori) ‖ **86** *Porph. ad Hor. sat.* I 6, 22 quod ueteres in pellibus dormirent; cuius rei et L. testis est; *lib. III adscr. Franckenus* II 38 | permihi lectum *Mon.*; lectum perminxi *IDousa* | dein *scripsi*: pedem *Mon.* (pe *ex dittogr.*) inposuique pudendam *Dousa*; *euomit male ebrius L.* ‖ **87** *Non.* 164, 30 ructus . . L. sat. lib. III | tu *scripsi*: tum *codd.* ‖ **88** *Prisc.* I 513 *H.* expergitus . . L. in III; *Diom.* 376 *K.* unde et L. ait | ego e somno *Diom. codd. e dittogr.* | clamo *eidem* (*propter* ego) ‖ **89** *Paulus* 122 minorem Delum . . Puteolanum . . antea Dicarchia . . Lucilius; *lib. III adscr. Dousa* (*cf. et Paul.* 72) | diciarchicum (-thicum) *Pauli codd.* dici architum *Salomon* (*Loewii gl. n.* 232), *corr. RUngerus anal. Prop.* 8 ‖ **90** *Seru. ad Aen.* I 244 superare nauticus sermo. Lucilius; *lib. III adscr. Dousa* | promontorium *codd.* ‖ **91** *Gell.* I 16, 1 L. in tertio satirarum — 'mille' inquit 'est', non 'mille sunt' (*hinc Macr.* I 5, 6) | portum *Carrio* (portum mille, a portu sex *Rutgersius*) | exinde Salternum *Gell. codd.* (*recte Macr.*) ‖ **92** *Probus ad Georg.* III 146 Silarus . . portus Alburnus . . Lucilius; *lib. III adscr. Dousa* | huic **V** | ad Silari *codd.*, *corr. Dousa* ‖ **93** *Seru. ad Aen.* X 244 lux pro luce . . L. in tertio . . pro 'nocte'.

caupona hic tamen una Syra – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 94

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ anicla 95
aspera uti praecox *puera* – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

cernuos extemplo plantas conuestit honestas. 96

terra abit in nimbos imbremque ⏑ – ⏑⏑ – – 97

hinc catapeiratera puer deorsum dedit, unctum 98
plumpi pauxillum rodus linique mataxam.

armamenta tamen, malum, uela, omnia seruo; 99
funis enim praecisus cito atque anquina soluta.

— uix hinc mali superat carchesia summa. 100

---

94 *Prisc.* I 209 *H.* caupo caupona . . L. in III ‖ **95** *Non.* 150, 15 praecox . . L. lib. III | anicula (annic. **H** *m.* 1) aspera atque praecox *codd.*, *correxi* (puera *omissum est aberrante librario ad illud in Varronis fragmento* praecox est fuga) ‖ **96** *Non.* 20, 33 cernuus . . inclinatus . . L. sat. lib. III | cernuus *codd.* ‖ **97** *Varro* V 24 humor . . ideo Lucilius; *lib. III adscr. Vargesius* ‖ **98** *Isid.* XIX 4, 10 catapeirater [*sic scripsi*: catasiorates, -piorates, -portantem *sim. codd.*, catapirates *uulgo*] linea cum massa plumbea, qua maris altitudo temptatur; *Fest.* 265 rodus . . pro aere inperfecto, ut Lucilius (= 2); *lib. III adscr. Vargesius* | hinc *scripsi*: hunc *Guelf.* hanc *Sangerm.* hac *Mon.* | catapeiratera *scripsi*: cataportem *Guelf.* -poratem *Sang.* -portantem (*m.* 2 -paratem) *Mon.* catapiratem (-peiraten *Franckenus* II 61) *uulgo* | puer deorsum dedit *scripsi*: puer eodem deforet *Guelf.* pueri eodem defore (t *suprascr. m.* 2) *Sang.* puero dedit foret *Mon.* puer eodem deferat *Areualus* | unctum *Guelf.*, *Mon.*: eum *Sang.* tunc eum *alii* | 2 paucillum *Sang. Mon.* paxillum *cod. Festi* | rodus *Fest.*: rudus (-dis) *codd. Isid.* | lineque *Guelf.* line aque *Mon.* | matexam *cod. Festi* ‖ **99** *Non.* 536, 6 anquinae [anchorae *codd.*] uincla, quibus antemnae tenentur. Lucilius; *lib. III adscr. Vargesius* | 1 uela *Iunius*: uel *codd.* | 2 adque **L** *m.* 1 | anquina *Iunius*: anchora *codd.* ‖ **100** *Non.* 546, 20 carchesia . . summa pars mali . . L. tertio: uix, *sic scripsi*: tertius *codd.* tertio *uulgo* | hinc **H** *m.* 1: hic *m.* 2, **GL.**

101 – ⏑⏑ et spatium curando corpore honestum
sumemus.

102 – ⏑⏑ – ⏑⏑ et puluino fultus ⏑ – –

103 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ student hi ligna uidere.

104 malas tollimus nos atque utimur – ⏑⏑ rictu.

105 crebrae ut scintillae, in stricturis quod genus olim
feruenti ferro

106 ostrea nulla fuit, non purpura, nulla peloris,

107 asparagi nulli.

108 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – lactentia cogula *mixta*
hic cum melle bibi

109 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – (nam mel regionibus illis);
incrustatus calix; rutio *cauos* caulis habetur.

---

101 *Non.* 396, 12 sumere .. eligere. L. sat. lib. III | corpori *Dousa* | onestum L || **102** *Seru. ad ecl.* 6, 53 L. in tertio || **103** *Char.* 72 *K.* L. III .. ligna pluraliter dicit | uidere (*h. e. prouidere?*) *uulgo*: uidete *Neap.*; *fortasse* adolere; uiere *Franckenus* scindunt h. l. bipenne *Muellerus* (bidente *Ribbeckius*) || **104** *Non.* 455, 32 rictum .. etiam hominis dici debere .. L. sat. lib. III | adque L *m.* 1; *post hoc alii lacunam statuunt, unde* utimus *Rutgersius*; *post* utimur *Munro addit* utpote (*fr.* 117) || **105** *Non.* 21, 10 stricturae .. L. sat. lib. III | ut *om.* H *m.* 1 (*explico* ubi, *scil. in Aetna*) || **106** *Non.* 216, 5 ostrea gen. fem. L. sat. lib. III | pelobis, *corr. in* pelopis, L || **107** *Char.* 72 *K.* asparagos pluraliter dicamus, ut L. III || **108** *Caper* 98 *K.* lacteus, lacte abundans .. Lucilius; *hic posui* (*cf. arch. lexicogr.* II 475); *fortasse priori continuandum* | cogula *scripsi*: coagula *codd.* Coa clam *Dousa* | mixta hic *addidi* || **109** *Porph. ad Hor. sat.* I 3, 56 incrustari uas dicitur cum aliquo uitioso suco inlinitur atque inquinatur .. L. in III sat. (*Acronis Paris. dat quarto libro*); *continuaui priori l. l.* | calex *Acr. Paris.* | rutio *scripsi l. l.*: ruta *Porph. Mon.* rutia (rucia) *Acr. codd., qui om. sqq.* | cauus *addidi.*

Tantalus, qui poenas ob facta nefantia pendit. **110**

Romanis ludis forus olim ornatus lucernis. **111**

Symmachus praeterea iam tum depostus bubulcus **112**
exspirans animam pulmonibus aeger agebat.

conturbare animum potis est quicumque adoritur. **113**

illud ad incita cum redit atque internecionem. **114**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ille alter abundans **115**
cum septem incolumis pinnis redit ac recipit se.

tu partem laudis caperes, tu gaudia mecum **116**
partisses.

ut pote. **117**

LIBER IV.

schol. Persii 3, 1: hanc satiram poeta ex Lucilii libro quarto transtulit castigans luxuriam et uitia hominum, maxime diuitum. **118**

---

110 *Non.* 489, 14 nefantia pro nefanda. L. sat. lib. III [**HL**: IIII **G**] | poenas *ante* pendit *repetunt codd.*; *an* foedas *latet?* ‖ **111** *Non.* 206, 14 forum .. masculini. L. lib. III; *Char.* 71 *K.* L. f. masculine .. lib. III | lacernis *Putschius* ‖ **112** *Non.* 279, 17 deponere est desperare .. L. sat. lib. III; *idem p.* 38, 26 exspirare .. L. lib. III (= 2) | simachus *in* simmachus *corr.* **G** symmacus **L** | depositus *codd.* | 2 ex(h)alans *codd. p.* 279 ‖ **113** *Prisc.* I 501 *H.* orior .. oriris .. L. in III | animam *codd.*, *corr. Vargesius* ‖ **114** *Non.* 123, 20 incitas dicitur egestas .. L. sat. lib. III | rediit *codd.*, *corr. Iunius* ‖ **115** *Don. ad Ter. Phorm.* I 3, 11 abundare dicitur, qui successu prospero adfluit. L. lib. III; *schol. Iuuen.* 3, 158 pinnirapi, quia pinnas in galeis habebant, ut L. (cum *eqs.*) | alter] autem *Oxon. Don.* | incolumis] in locum his *Oxon.*, *Leid. Don.* | redit ac recipit se] r. a. r. p. *sic Don. codd.* ‖ **116** *Non.* 475, 20 partiret pro partiretur .. L. lib. III | partissis **L** *m.* 1 partires *Quicheratius* ‖ **117** *Char.* 223 *K.* L. III; *ipsa Lucilii uerba interciderunt.*

119 uirtus, Albine, est pretium persoluere uerum
quis in uersamur, quis uiuimus rebus potesse;
uirtus est homini scire id quod quaeque ualet res;
uirtus scire homini rectum utile quid sit honestum,
quae bona, quae mala item, quid inutile turpe inhonestum;
uirtus, quaerendae finem rei scire modumque;
uirtus, diuitiis pretium persoluere posse;
uirtus, id dare, quod re ipsa debetur, honori;
hostem esse atque inimicum hominum morumque malorum,
contra defensorem hominum morumque bonorum,
magnificare hos, his bene uelle, his uiuere amicum;
commoda praeterea patriai prima putare,
deinde parentum, tertia iam postremaque nostra.

120 *Acron ad Hor. sat. II 2, 47:* Gallonius quidam fuit praeco, qui habebat apparatum conuiuium; quem

---

119 *Lact.* VI 5, 2 quaecumque . . in definitione uirtutis solent dicere, paucis uerbis colligit et enarrat Lucilius (*cf. ibid. c.* 6); *lib. IV adscr. Franckenus* II 49 *cp. Persii* 3, 66 *sqq.* | 1 albine HRV, P *m.* 1 (B *m.* 3): albanae B *m.* 1 albane P *m.* 2 | 2 quis—quis RH, B *m.* 1: quos (quis P *m.* 2) — quis PV quiis —quiis B *m.* 2 queis—queis *uulgo* | potesse RV, P *m.* 1: pote se H potest esse B (P *m.* 3) | 3 est] et H | hominis B homini est H | quod *om.* H | queque B *m.* 1 quoque H | ualet *scripsi*: habeat *codd.* scirei quo quaeque abeat *Muellerus*; *erat cum placeret* sciri quid q. aueat (*cf. Lucr.* V 545) | 4 scirei *Muellerus* | quid ei sit B | 5 utile B *m.* 1, P *m.* 1 | inhonis (*fin. lin.*) nistum B *m.* 1 honesto (-tv̄ P *m.* 2) VP | finem *s. l. add. m.* 3 B *c.* 6 | modumquae (-quem *c.* 6, 7, *ubi* modum B) R | 7 diuitiis] acuitiis R *in c.* 6, *ubi* praemiũ (miũ *m.* 3 *in ras.*) B | posset B *m.* 1 | 8 quod *om.* R | uidetur B (*corr. m.* 3) H | 9 hominem R | 10 defensionem B | morum *om.* R | 11 magnificare hos *uulgo*: hos magnificare BPVH magis facere R hos magni facere *aliae edd.* | his bene] hos B *m.* 1, *ut uid.* | his uere B, *corr. m.* 3 | 12 patriai *uulgo*: patriae (-riet B *m.* 1 *l. pr.*) *bis codd.* patriae sibi *alii* | 13 deinde] de *m.* 3 *in ras.* B | tertiam *in* tertia iam *corr.* P | postremaqui B *m.* 1.

Lucilius etiam pulsat. hic iam acipenserem suis conuiuiis exhibebat.

o lapathe, ut iactare nec es satis cognitu qui sis! 121
in quo Laelius clamores sophos ille solebat
edere, compellans gumias ex ordine nostros.

'o Publi, o gurges, Galloni, es homo miser' inquit; 122
'cenasti in uita numquam bene, cum omnia in ista
consumis squilla atque acupensere cum decumano'.

quod sumptum atque epulas uictu praeponis honesto. 123

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – bene cocto 124
condito et sermone bono et, si quaeris, libenter.

quem praeclarus helops, quem Aegypto sargus mouebit? 125

---

121 *Cic. de fin.* II 8, 24 Laelius eo dictus est sapiens, quod non intellegeret quid suauissimum esset . . sed quia parui id duceret | 1 et **E** | nec es satis *Lachm.* (*ad Lucr. p.* 29): necessatis *codd.* | cognitu, *sic codd.* | quis **E** | 2 cognitu *ante* Laelius *iterant codd.* | guimas **BE** (*recte* **A**) ‖ **122** *Cic. l. l.* (*post* 121) praeclare Laelius, et recte σοφός, illudque uere; *hic* (*ut et superius*) *posuit Dousa* | 1 miser **A** *m.* 2: miseri **A** *m.* 1 **B** | 2 cęnasti **A**: cenastis **B** | isto **A** | 3 cū sumis **A** *m.* 1 | acipensere (acup. *LMuell.*) *uulgo*: accubans (-bant **E**) aere *codd.* | cum in dęc. *Lambinus* | decimano (-acio **B**) *codd.* ‖ **123** *Gell.* IV 16, 6 Lucilius in eodem casu (*dat.*) uictu . . dicit in hisce uersibus (*Non.* 501, 23 Lucilius); *hic posuit Dousa* | sumptu **V** *Gell.* | adque **L** *Non.* | dictu *codd. Non.* ‖ **124** *Cic. ad Att.* XIII 52, 1 itaque et edit et bibit ἀδεῶς et iucunde; opipare sane et apparate; nec id solum, sed; *idem de fin.* II 8, 24 semper Laelius bene (cenat) . quid bene? dicet Lucilius: cocto condito [cocto, condito *uulgo*]; sed cedo caput cenae: sermone bono; quid ex eo: si quaeris, libenter; *hic posuit Dousa* | cocto et condito sermone *codd. ep. Cic. de Attic.*, *traieci* et *secundum de fin.* (coctum *substantiue*) ‖ **125** *Fest.* 322 sargus piscis . . Lucilius; *hic posui.*

126 ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – murexque marinus.

127 fingere praeterea adferri quod quisque uolebat:
illum sumina ducebant atque altilium lanx,
hunc pontes Tiberinus duo inter captus catillo.

128 Aeserninus fuit, Flaccorum munere, quidam
Samnis, spurcus homo, uita illa dignus locoque;
cum Pacideiano componitur, optimus multo
post homines natos gladiator qui fuit unus.

129 'occidam illum equidem et uincam, si quaeritis', inquit;
'uerum illud credo fore: in os prius accipiam ipse
quam gladium in stomacho furiae ac pulmonibus sisto.
odi hominem, iratus pugno; nec longius quicquam
nobis, quam dextrae gladium dum accommodet alter:
usque adeo studio atque odio illius ecferor ira'.

---

126 *Acron ad Hor. sat.* II 4, 32 murex . . piscis . Lucilius; *hic posui* ‖ **127** *Macr.* III 16, 17 sed et Lucilius . . ostendit scire se hunc piscem . . qui inter duos pontes captus esset eumque quasi ligurritorem catillonem appellat . . uersus hi sunt; *hic posuit Dousa* | 1 fingere *post* quod *traicit Franckenus* I 20 | 3 tiberinos *Bamb. et in ras. Par., corr. Dousa* ‖ **128** *Non.* 393, 25 spurcum, saeuum uel sanguinarium . . L. sat. lib. IIII; *idem* 257, 14 componere . . L. sat. lib. IIII (2 *sqq.*); *cf. Cic. de opt. gen. or.* 6, 17, *Tusc.* II 17, 41, *ad Q. fr.* III 4, 2, *or.* 48, 161, *Quint.* IX 4, 38, *ad Enni* 152 | 1 aserninus (asan. **L** *m.* 1) *codd. Non., corr. ex Cic.* | flacch. **L** | munere *Turnebus*: unae *codd.* | 2 illa] ista *codd. p.* 257 | locoque] homo se *codd. p.* 257 | 3 pacedeiano *codd. p.* 393, pacideiane *p.* 257 | multo] longe *Cic. de o. g. o.* | 4 natus *codd. p.* 393 ‖ **129** *Cic. Tusc.* III 21 sed in illo genere (*gladiatorum*) sit sane Pacideianus aliquis hoc animo, ut narrat L.; *Seru. ad Aen.* XII 646 Luc. IIII [*ita Lachm.*: septimo *cod.*]; *hic posuit Dousa* | 1 si *Franckenus* I 22: si id *codd.* | 2 *fortasse* aliud | 3 furiae *Scaliger, Bentleius*: suria *uel* furia *codd.* furi *Tischerus* | 5 uobis *fere codd.* | 6 efferoris *cod. Seruii.*

– ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – quamuis bonus ipse **130**
Samnis in ludo ac rudibus cuiuis satis asper.

Cic. ad Quintum fr. III 4, 2: cum Aesernino Samnite Pacideianus comparatus uiderer; auriculam fortasse mordicus abstulisset. **131**

cumque hic tam formosus homo ac te dignus puellus. **132**

adsequitur neque opinantem, in caput insilit, ipsum **133**
conmanducatur totum conplexa comestque.

Tisiphone teneri pulmonibus atque adipe unguen **134**
excoctum attulit Eumenidum sanctissima Erinys.

subicit huic soldum, fulmentas quattuor addit. **135**

haeret uerticulis adfixum in posteriore **136**
parte atque articulis; nam ut nobis talus genusque est.

---

130 *Cic. de or.* III 23, 86 ut est apud Lucilium; *hic posuit Dousa* ‖ **131** *ex Lucilio esse haustum uidit Franckenus* I 23 ‖ **132** *Fest.* 249 puelli . . a pueris . . Lucilius; *Non.* 158, 14 L. sat. lib. IIII; *Prisc.* I 231 *H.* L. in IIII | formonsus **L** *m.* 1 *Non.* | homo *Fest.*, *Prisc.*: tibi *Non.* ‖ **133** *Non.* 478, 33 conmanducatur. L. lib. IIII; *idem* 477, 5 manducatur pro manducat . . L. sat. lib. IIII, *idem* 81, 9 comest pro comedit . . L. sat. lib. IIII (2) | 1 nec op. *codd. p.* 478 | 2 conmanducatum *codd. p.* 477 | conpl. com. *om. codd. p.* 477 | conplexa *codd. p.* 81: conplexum *p.* 478 | comestque **H**: comisque **GL** *p.* 81, *om. codd. p.* 478 ‖ **134** *Non.* 427, 9 sebum et unguentum hanc habent diuersitatem. sebum fit ex adipe ruminantium, ⟨unguentum ex aliorum animantium⟩. L. sat. lib. IIII [*sic locum suppleui*] | 1 tisifone *codd.*; *an* Tisiphonae ? | teneri *scripsi*: titene **HL** *et sic ex* tinete *corr.* **G** tibin e *Lachm.* Tityi *Gerlachius* titthae *Franckenus* | adque **L** | adipe unguen *uulgo*: adirem unguem *codd.* | 2 attulit *Iunius*: attuli **G** atuli **HL** | eumenidibus *codd.* Eumenidum *Iunius* Eumenisin *Bootius*; *an* Eumenidi ? | erynis *codd.* Erin(n)ys *uulgo*; *an* Enyo ? ‖ **135** *Non.* 206, 23 fulmentum . . feminine L. . . lib. IIII | subicit *Salmasius*: sucit *codd.* | soldum *LMuellerus*: suldum **H** *m.* 1 fuldum **H** *m.* 2 **GL** fulcrum *Salm.* fundum *Franckenus* ‖ **136** *Non.* 207, 25 genu . .

137 longior hic congrus grue tota, cum uolat olim.

138 concursare in agros catulos fetumque ferarum.

139 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ne agitare manu tu
pessulum et hunc uectem possis: cuneis opus ipsis.

140 quodsi nulla potest mulier tam corpore duro
esse, tamen tenero manet quin sucus lacerto,
et manus uberis in lactanti sumine sidat.

141 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – qui edit sese, hic comedit me.

142 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ obtursi ebrius – ⏑

LIBER V.

143 macte, inquam, uirtute simulque his uersibus esto.

144 si tam corpus loco ualidum ac regione maneret,
scriptoris quam uera manet sententia cordi.

---

masculini. L. sat. lib. IIII; *Fest.* 371 uerticulas . . Luc. intellegi uoluit uertebras (*Paul.* 370) | 1 uerticulum L | 2 nam *om. Aldus* | nouis *codd.* ‖ **137** *Non.* 208, 16 grues genere feminino . . L. lib. IIII | congrus *Lachmannus*: quam grus *codd.* ‖ **138** *Non.* 457, 8 catuli . . omnium animalium . . L. sat. lib. IIII | concursare ī (in) *Lachm.*: concursaret *codd.* (concursare *Gifanius, tum* apros *Scaliger*) | feraꝝ *Aldina*: ferat *codd.* ‖ **139** *Non.* 231, 7 uectis gen. masc. L. sat. lib. IIII | 1 agitarem *codd., corr. uulgo* | 2 pessulus *codd., corr. Corpetus* | opus ipsis *scripsi*: ipso *codd.* ‖ **140** *Non.* 458, 3 sumen proprie a sugendo; nam et mulieris mammam sumen ueteres dici uolunt. L. sat. lib. IIII | 1 quodsin ulla *Muellerus* | 2 manet quin *scripsi*: maneatque H *m.* 2 GL maneat H *m.* 1 maneat quin *Lachm.* | sucusque H *m.* 1; *malim* pectore sucus | 3 uberi lactanti in *codd., correxi* (*de loco difficillimo uide et Stowasser arch. lex.* I 122) ‖ **141** *Prisc.* I 532 *H.* edo, is, it correpta prima syllaba. L. in IIII sese *Fleckeisenus*: se *codd.* ‖ **142** *Prisc.* I 486 *H.* turgeo, si, . . L. . . in IIII ‖ **143** *Non.* 341, 28 mactare . . L. sat. lib. V; *Seru. ad Aen.* IX 641 macte . . mactatus . . L. lib. V | his *Seru.*: hic *codd. Non.* | uersibus esto *Non.*: uiribus *cod. Seruii* **144** *Non.* 173, 14 sententia . . L. . . lib. V | scriptores *codd.*,

quo me habeam pacto, tam etsi non quaeris, docebo, **145**
quando in eo numero mansi, quo in maxima non est
pars hominum, *ut ualeam; cum tu tam mente labores*,
ut periisse uelis, quem uisere nolueris, cum
debueris. hoc 'nolueris' et 'debueris' te
si minus delectat, quod τεχνίον Eisocratium est
ληρῶδεςque simul totum ac συμμειρακιῶδες,
non operam perdo. si tu hic ◡◡ – ◡◡ – –

pituitam cogat *tussis* uis ire minutim **146**
per commissuras rumarum noctis nigrore.

Fannius solus mihi in magno maerore *metuque*, **147**
tristitia in summa, crepera in re litus salutis.

– ◡◡ – ◡◡ interea stat sentibus pectus. **148**

---

corr. Dousa ‖ **145** *Gell.* XVIII 8 *ὁμοιοτέλευτα* .. ceteraque .. scitamenta, quae .. qui se Isocratios uideri uolunt in conlocandis uerbis inmodice faciunt et rancide, quam sint insubida .. significat in V sat. Lucilius; nam ubi est cum amico conquestus, quod ad se aegrotum non uiseret, haec ibidem addit festiuiter | 2 mansti *Nannius* | nunc est *Scaliger* | 3 *post* hominum *lacunam agnouit Lachm.*; *cur* mansi *et* non *retinuerim aperit supplementum a me positum* (*in quo* ualeam *ambiguum iocose*) | 4 perisse *codd.* | 6 τεχνίον *Scaliger*: atexnon (ateχnon *duo*) *codd.* | et ei(s)socratium *codd.* ἄτεχνον et Isocr. *uulgo* | 7 ληρῶδεςque *Scaliger*: οχληρωδεςque (-ροδεςque) *fere codd.* ὀχληρόνque *Bernhardy* | symmiraciodes (synm.) *sim. codd.* | *in fine Gellii caput mancum est* ‖ **146** *Non.* 515, 3 minutim pro minute. L. lib. V | 1 pitvitam *scripsi*: dic quam *codd.* | tussis *addidi* | uis ire G uisire LH: tusire *dett.* | 2 rumarum (= *faucium*) *scripsi*: rimarum *codd.* ‖ **147** *Non.* 13, 15 crepera res .. dubia .. L. sat. lib. V | 1 Fannius *scripsi*: sannunt *codd.* nam tu *Lachm.* nunc tu *Franckenus* sed nunc *Muell.* fons tu *Ribbeckius* | solus *Mercerus*: solis *codd.* | merore *codd.* | metuque *add. Scaliger* | 2 summo *codd.*, *corr. Iunius* | in re litus *scripsi comm. Catull.* 585: inuentus *codd.* (in re inuentus *Scal.*, *tum* saluti's *Lachm.* salutis portus *Gerlachius*) ‖ **148** *Non.* 392, 2

149 natura omnibus unus dolor est aptus labosque.

150 nam si, quod satis est homini, id satis esse potisset,
hoc sat erat. nunc, cum hoc non est, qui credimus porro
diuitias ullas animum mi explere potisse?

151 Laeuius pauperem ait se ingentia munera fungi.

152 deficit alma Ceres nec plebes pane potitur.

153 flebile cepe simul lacrimosaeque ordine tallae.

154 intubus praeterea pedibus perserpsit equinis.

155 — hic sunt herbae, quas seuit Iuppiter ipse.

156 ‒ ◡◡ ‒ ◡◡ ‒ ◡◡ anseris herbilis uirus.

---

stat etiam plenum est. L. sat. lib. V | stet (a *supra* e) G ‖ 149 *Seru. ad Aen.* X 398 alii dolorem alicuius studii ardorem et promptam gloriae cupiditatem ueterum more dictum uolunt, ut Graeci *πόνον* appellant. L. in V | natura (= n̄a) *scripsi*: nam (= nā) *codex* | est aptus (*prisce passiue*) *scripsi*: recaptus *codex* recceptus *Lachm.* est captus *Mueller* | lapusque *cod.*, *corr. Daniel* ‖ 150 *Non.* 445, 25 multum et satis . . L. lib. V | potisset **H** *m.* 2: potis esse potisset (-tuisset **H** *m.* 1) **GH** *m.* 1 **L** | 3 mihi *codd.* | potisse **H** *m.* 2 **G**: posse **H** *m.* 1 **L** ‖ 151 *Non.* 497, 5 acc. pro abl. . . L. . . lib. V | Laeuius **H** *m.* 1 **L**: laelius **GH** *m.* 2 | pauper *Dousa* ‖ 152 *Prisc.* I 502 *H.* (*de* potītur) L. in V ‖ plebes pane *plures optimique codd.*: plebis panis *duo* (plebis *etiam* **R** *optimus*) ‖ 153 *Non.* 201, 2 cepe gen. neutri. L. lib. V | cępe **L** | tallae *Scaliger*: talpae *codd.* ‖ 154 *Non.* 208, 32 intiba . . masculini. L. sat. lib. V; *Char.* 100 *K.* L. in V deridens rusticam cenam enumeratis multis herbis; *Seru. ad Georg.* I 120 L. in V | intubus **L** *m.* 1 *Non.*: intibus *Neap. Char.* **G** *Non.* intybus **H** *Non.* intybus herba *cod. Seru.* | perserpsit *Neap. Char.*: praetensus *Non.* pressus *cod. Seru.*; perpressus *Muellerus* praecerptus *Ribbeckius* ‖ 155 *explan. in Donatum* 542 *K.* sero . . seui, ut Lucilius; *hic posuit Muellerus* (*ut et sq. fr.*) | erbae *et* Ioppiter *codex* ‖ 156 *Seru. ad Georg.* I 121 pro foetore ponitur uirus, ut apud Lucilium (*cf. Paulus* 100).

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – adipatam 157
pultem.

fiscina fallaci cumulo ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 158

ne designati rostrum praetoris pedesque 159
spectes.

postquam praesidium castris educere creuit. 160

custodem classis, catapultas, tela, sarisas. 161

possisne elabi an porro prodenda dies sit. 162

maior eat natu: non omnia possumus omnes. 163

sicuti, cum primus ficos propola recentis 164
protulit et pretio ingenti dat primitus paucas,

at siccas ficos ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 165

---

157 *Char.* 94 *K.* haec adipata . . L. V 'ad.' dicit feminino genere, sed ibi iungit 'pultem' | pluten *Neap.* ‖ **158** *Seru. ad Georg.* I 266 fiscina genus est uasis . i. corbulae breuis, quas ferunt qui arbusta uindemiant. L. in V ‖ **159** *Non.* 455, 10 rostrum hominis . . L. sat. lib. V | praetores **L** ‖ **160** *Non.* 261, 4 cernere . . disponere. L. sat. lib. V | seducere **H** *m.* 1 | creuit *uulgo*: decreuit (-ui **H** *m.* 1) *codd.* creui *Dousa* ‖ **161** *Non.* 552, 11 catapulta . . L. sat. lib. V | catapulta stila **L** catapulta istila **GH**, *corr. Rothius* | sarissas *uulgo* ‖ **162** *Non.* 363, 21 prodere . . differre uel excludere . . L. sat. lib. V; *Don. ad Andr.* II 1, 13 prodat . . differat. L. in V (an *ectr.*) | porro *Don.*: *om. codd. Non.* | si **L** *Non. m.* 1 ‖ **163** *Macr.* VI 1, 35 L. in V | eat *scripsi*: erat *codd.* ‖ **164** *Non.* 154, 24 primitus pro primo . . L. lib. V; *idem* 281, 16 dare, petere L. lib. V | sicuti *bis codd.*: sicut *Lachm. ad Lucr.* 106 | primos *codd. p.* 154 (*ubi* **L** propula) | protulit et *Iunius*: protuli (-lim **H** *m.* 1) item *codd. p.* 154 pirotulit et *p.* 281 | dat] ad *codd. p.* 154 | paucos *codd. bis*, *corr. Franckenus* (*Lachm.*) ‖ **165** *Char.* 95 *K.* haec ficus et 'hae fici' et 'has ficos' facit . . Lucilius . . et | ad (= at) siccas *scripsi*: adsiduas *Neap.* asse duas *FDousa.*

166 absterge lacrimas et diuos ture precemur,
consilium si fas, placeat tu inpune luperis.

167 lippus edenda acri adsidue ceparius cepa.

168 uiuite lurcones, comedones, uiuite uentres!

169 urceus aut longo gemino mixtarius caulo.

170 da bibere ab summo ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

171 ante fores autem et triclini limina quidam
perditus Tiresia Tuscus grandaeuos gemebat.

172 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ueterum unum
concidisse tamen senem . . . .
Tiresiam aequalem constat.

---

166 *schol. Veron. ad Aen.* VIII 106 -nius (= 1); *Non.* 133, 19 lupari, ut scortari uel prostitui . . L. lib. V (et *ectr.*) | 1 praecemur *cod. Veron.*, **L** | 2 fas si *codd.*, *traieci*; faxint *Scal.* | placent tune impune *codd.*, *corr. Iunius* | superbis *codd.*, *corr. Scaliger* ‖ **167** *Non.* 201, 8 cepe feminini L. lib. V; *Prisc.* I 203 *H.* L. in sat. VI (*sic*) | agri **L** *m.* 1 acris **H** *m.* 1 | adsidu(a)e (ass.) *Prisc. codd.* assiduae *Non.* **H** *m.* 1: assiduo **H** *m.* 2 **GL** | *post* cepa *codd. Non.* lacrimosa *addunt ex fr.* 153 **168** *Non.* 10, 31 lurcones. . L. sat. lib. V; *Don. ad Ter. Phorm.* V 8, 95 uentrem totum parasitum . . ut L. in secundo (*sic*) lurc.] claucones *Don. Oxon. Leid.* (glutones *Scal.*) | uentris *codd. Non.* ‖ **169** *Non.* 546, 30 mixtarium . . L. lib. V | et *Dousa* longo *cod. Bas.*: longe **GHL** | caulo *scripsi arch. lex.* II 475: paulo *codd.* gemina . . aure (ansa) *Dousa* palo *Quicheratius* **170** *Porph. ad Hor. od.* III 21, 7 ut est illud Lucilianum; *Don. ad Ter. Andr.* III 2, 4 L. in quinto | date *Don. Ox.* | ab *om. Don.* ‖ **171** *Don. ad Ter. Eun.* II 3, 44 gemens . . ob continuam tussim; sic Lucilius; *hic posui ob sq. fr.* | fores *Oxon.*: fore *Leid.* | triclinii lumina *Oxon.* (*non Leid.*) | quidam *uulgo*: quidem *Don. Oxon. Leid.* | tyresia *Oxon.* terisia *Leid.* Tirisias *Bentleius* | Tuscus *scripsi*: tus *priori uoci adicientes Oxon. Leid.* tussi *uulgo* | grandeus *Leid.* grandeuus *Oxon.* ‖ **172** *Non.* 235, 25 aequales rursum aequaeui . . L. sat. lib. V | 1 uerum *Mercerus* | 2 concidisse *ego*: cecidisse *codd.* (-set ame **LH** *m.* 1 *pro* tamen; *latetne* τομῇ *?*) cecinisse *Franckenus* | *post* senem *lacunae signa posui*; sene (senis *Franckenus*) Tiresiai *Mercerus.*

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ scutellam 173
ligneolam hinc cerebro inflixit.

lasciuire pecus nasi rostrique repandum. 174

– ⏑⏑ – ⏑⏑ hic solus uigilauit, opinor, 175
et cum id nil uisus facere est, tum retia nexit.

LIBER VI.

— saluere iubere salutem est mittere amico. 176

hortare, illorum si possim pacis potiri. 177

tres a Deucalione grabati restibus tenti. 178

pluma atque amphitapoe et si aliud quid deliciarum. 179

uerum et mercaturae omnes et quaesticuli isti 180
intuti.

id solum aduersae fortunae reque resistit. 181

---

173 *Prisc.* I 115 *H.* scuta, scutula, scutella. L. in V | scutam *codd. boni* (-tulam *dett. pauci*), *corr. Corpetus* | 2 hinc *scripsi*: in *codd.*, *delet Franckenus* | infixit *codd.*, *corr. Dousa* || 174 *Non.* 158, 26 pecus . . omnia animalia pecudes dicuntur . . L. sat. lib. V | nisi (niri H *m.* 2) nostrique *codd.*, *corr. Balth. Venator* || 175 *Prisc.* I 470 *H.* a necto . . nexi . . L. in V *et* 586 L. in V | 2 nihil *siue* nil *scripsi*: mihi *codd. bis* mi *Dousa* || 176 *Non.* 324, 5 iubere . . uelle . . L. sat. lib. VI | saltem H *m.* 1 | est *ante* saluere *traicit Quicheratius* (ut saluere *Bergkius*) || 177 *Non.* 497, 32 genet. pro ablatiuo . . L. sat. lib. VI | pacis *Lachmannus* potiri *Dousa*: capisortiri (r *prior in* L *supra lin.*) HL capissortiri G || 178 *Non.* 181, 25 tenta . . extensa . . L. sat. lib. VI | deucaligine H *m.* 1 | grabbati GHL *m.* 2 || 179 *Non.* 540, 25 amfitapoe . . idem lib. VI | plumae *Dousa* | adque L *m.* 1 | amf. *codd.* amfytapi H *m.* 2 || 180 *Non.* 212, 28 mercatura feminine . . L. sat. lib. VI [H *m.* 1 L: VIII GK *m.* 2] | isti (*malim* sint) intuti *Scaliger*: instituti *codd.* || 181 *Non.* 500, 17 ablat. pro genet. . . idem lib. VI | et id *codd.*; id *Dousa*; et *ante* fortunae *traiecerim* | reque *Gifanius*: reique *codd. contra lemma*.

182 nequitia occupat hos, petulantia prodigitasque.

183 si non nosti, magnus homo est, nasutus, macellus.

184 nequam et magnus homo, laniorum inmanis canes ut.

185 cui neque iumentum est nec seruos nec comes ullus,
bulgam et quidquid habet nummorum secum habet ipse:
cum bulga cenat, dormit, lauat: omnis in una
isti animus bulga. haec *dextro* deuincta lacerto est.

186 zonatim circum inpluuium ciner aris pluebat.

187 quem neque Lucanis oriundi montibus tauri
ducere protelo ualidis ceruicibus possent.

188 ut discerperet hac. *τὸν δ' ἐξήρπαξεν 'Απόλλων*
a tergo.

---

182 *Non.* 159, 30 prodigitas . . profusio. L. sat. lib. VI | hos *Dousa*: hoc *codd.* | peculantia **HL** penulantia **G**, *corr. Bentinus* ‖ **183** *Non.* 136, 30 macellum . . macilentum L. probat lib. V | nosti non *codd.*, *traieci* | h. e. n. *om.* **L** | nausutus **H** *m.* 1 ‖ **184** *Varro* VII 32 una canes . . Lucilius; *hic posuit Muellerus* | immanes *Flor.* ‖ **185** *Non.* 78, 3 bulga . . sacculus ad bracchium pendens. L. sat. lib. VI | 1 seruus *codd.* | 3 lauat **GH**: lauit **L** | 4 isti animus *scripsi*: seti homibus **H** *m.* 1 seti hominibus *m. 2 cum* **GL** spes homini *Mercerus* (unast res homini bulga . bulga haec *Lachm.*) | dextro *addidi* (laeuo *Quicheratius*) | lacerto *Duebnerus*: certo *codd.* ‖ **186** *Non.* 189, 33 zonatim, per goerum. L. lib. VI | per zonatim *codd.* (per *ex lemmate repetitum*) | ciner *Franckenus* I 33 (*Loewius prodr.* 330), aris *Ribbeckius arch. lex.* II 122: cineraris *codd.* | pluebat *scripsi act. litt. Ien.* 1877 *p.* 157: cludebat *codd.* fluebat *Muellerus* ‖ **187** *Non.* 363, 5 protelo est porro. L. sat. lib. VI ‖ **188** *Porph. ad Hor. sat.* I 9, 78 hoc de illo sensu Homerico sumpsit, quem et L. in sexto sat. repraesentauit | discerperet hac (*ex. gr.* securi) *scripsi*: discrepet hac *Mon.* | *τον δ* ee ΞΗΡ.ΠCΕΝ *Mon. post* *'Απόλλων* *Mon. addit* quem rapuit Apollo, *del. Lachm.* | a tergo *scripsi*: fiat ergo *Mon.* (fi = se *in marg. olim positum ad sqq. Porph. uerba spectat*).

haec, inquam, rudet e rostris atque heiulitabit 189
concursans, ueluti angarius, clareque quiritans.

iactari caput atque comas, fluitare capronas 190
altas, frontibus inmissas, ut mos fuit illis.

– ◡◡ iratae ad catulos accedere inultum. 191

– ◡◡ – ◡◡ 'thaumaeno' inquit balba, sororem 192
lanificam dici, siccam atque abstemiam ubi audit.

noctu apte credis quemquam latrina petisse? 193

– ◡◡ – ◡◡ – seruorum est festus dies hic, 194
quem plane hexametro uersu non dicere possis.

e Sicula luci it in terram Sardiniensem. 195

fert pretium, *cum* emit, qui uendit equom, musimonem! 196

---

189 *Non.* 21, 18 quiritare . . clamare . . L. sat. lib. VI; *Varro* VII 133 ab animalium uocibus tralata in homines . . Lucili (= 1); *cf. Loewius prodr.* 316 | rudite H *m.* 1 | ex *Varro* | heiulitauit *Non. codd.* (heiulauit H *m.* 2) heilitabit *Flor. Varr.* | 2 angarius *Scaliger*: anxarius H *m.* 1 ancarius *m.* 2 *cum* GL uelut Ancharius *Lachm.* ‖ **190** *Non.* 22, 4 capronae . . comae . . ante frontem . . L. sat. lib. VI iactari, *sic Muellerus*: VII actari *codd.* (iactari *iam alii*) | 1 comes G | fruitare *codd.*, *corr. Iunius* | 2 missas L ‖ **191** *Non.* 457, 8 catuli . . idem lib. VI iratae, *sic scripsi m. Rh.* 29, 360: VII ratae *codd.* (VII iratae *Quicher.*, *Lachm.*) | accederet *codd.*, *corr. Iunius* ‖ **192** *Non.* 68, 26 abstemius . . L. sat. lib. VI | thaunomeno (-numeno L) *codd.*, *corr. Hanptius op.* I 201 (*θαυμαίνω uel θαῦμα μέγα*); *θαῦμα μέν Lachm.* | balba *Dousa*: ualua *codd.* ‖ **193** *Non.* 212, 7 latrina . . neutro . . L. lib. VI | noctu *scripsi m. Rh.* 29, 360: hoctu *codd.*; *cf. Stowasser st. Vind.* 5, 267 | credit *codd.*, *corr. Dousa* ‖ **194** *Porph. ad Hor. sat.* I 5, 87 sub exemplo Lucilii . . ille in sexto sat. | exam&ro *Mon.* | *fortasse* n. p. d. u. ‖ **195** *Porph. ad Hor. sat.* I 3, 1 Lucilius Sardiniensem dixit in sexto sat. sic [tigellium] | luci it (= *iit*) in t. S. *scripsi*: lucilium S. t. *Mon.* ‖ **196** *Non.* 137, 22 musimones asini, muli aut equi breues. L. lib. VI | fert *et* cum (*sine synaloephe*) *addidi* (praedium emit *Dousa*, emit pretio *Lachm.*) | equum *codd.*

197 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – 'qui te bonus Iuppiter' inquit
Crasso Mucius, cum cenabat *ad im*, 'dominum ornet!'

198 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – peccare inpune rati sunt
posse et nobilitate facul propellere iniquos.

199 * suam enim * inuadere eaque innubere censent.

200 – ⏑⏑ – non te porro procedere porcent.

201 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ipsum quid facere optes.

LIBER VII.

202 *Apuleius apol. 10:* et quidem C. Lucilium, quamquam sit iambicus, tamen improbarim, quod Gentium et Macedonem pueros directis nominibus carmine suo prostituerit.

203 Andronis flacci teget utria? – ⏑⏑ – –

204 *nunc* hic est Macedo; sin Andro longius flaccet,

---

197 *Non.* 281, 21 dominus . . conuiuii exhibitor . . L. sat. lib. VI | 2 mucium *codd.*, *corr. Mercerus* | cum quo cenabat *Lachm.*; *ego* ad im (= eum) *addidi* | ornet *Lachm.*: fortem *codd.* ‖ 198 *Non.* 111, 17 facul pro faciliter . . L. lib. VI | nolitate L ‖ 199 *Non.* 125, 8 innubere . . transire, quod hae quae nubunt ad domos maritorum transeunt. L. sat. lib. VI | *in* suam enim *dispicere mihi uideor* alienum (-nam), *de praeponenda uoce* (sanguem *forma uulgari?*) *dubito* | insinuare *Lachm. ad Lucr.* 181 | eaque (eoque) *scripsi*: atque *codd.* ‖ 200 *Non.* 159, 33 porcet . . prohibet . . L. lib. VI ‖ 201 *Seru. ad Aen.* I 76 L. in VI . . id est, uelis | quid ipsum *codd.*, *traiecit Lachm.* (q. i. me f. o. *Muellerus*) ‖ 203 *Non.* 231, 29 utres . . neutri. Lucilius; *hic posui* | Andronis *Muellerus*: andronius *codd.* | leget *Scriuerius*; *sed* utria *obscene* ‖ 204 *Non.* 110, 10 flaccet, languet, deficit. L. lib. VII | nunc *addidi* (hic hic *Fruterius*) | sin Andro *scripsi*: si agrion *codd.* (*in* L i *alt. punctata m.* 2) si achrion *Lachm.* sei Gentios (?) *Muellerus.*

nunc praetor tuos est; meus, si discesserit horno 205
Gentili ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – –

huncin ego umquam Hyacintho hominem, cortinipotentis 206
deliciis, contendi?

esuriente leoni ex ore exsculpere praedam. 207

dixi, ad principium uenio: uetulam atque uerosam 208
uxorem caedam potius quam castrem egomet me.

hanc ubi uolt male habere, ulcisci pro scelere eius, 209
testam sumit homo Samiam, 'tibi anu noceo' inquit:
praecidit caulem testisque una amputat ambo.

hunc molere, illa autem it frumentum uannere lumbis. 210

se mouet ac simat nares, delphinus ut olim. 211

---

205 *Don. ad Ter. Andr.* V 6, 12 L. in septimo [*Paris.*, *Ox.*: secundo *Lugd.*] | 1 tuus *codd.* | *post* est *interpunxit Dousa* (*Dziatzko m. Rh.* 30, 141; 33, 110) | discesserit (-ris *Lugd.*) *codd.*: decesserit *uulgo* | horno *Par.*: hō (= homo) *Ox.*, *Lugd.* | 2 Gentius *Muellerus*; *at expectas* Gentio (Genti ili ?); *in re dubia dedi* Gentili *pro* gentili ‖ **206** *Non.* 258, 27 contendere . . idem lib. VII | hyacinctho G *et* (h *alt. supra lin.*) L ‖ **207** *Non.* 102, 18 exsculpere est extorquere . . idem VII [*ita Usenerus Fleck. ann.* 1865 *p.* 253: uti *codd.*] | esurienti *codd.*, *corr. docti apud Mercerum* (esurienti ex ore l. *Dousa*) ‖ **208** *Non.* 21, 29 uirosae . . uirorum appetentes uel luxoriosae. L. sat. lib. VII | 1 uerosam L *m.* 1: uirosam *ceteri* | 2 cedam *codd.* ‖ **209** *Non.* 398, 29 Samium . . L. sat. lib. VII | 1 uult *codd.* | ulcisci] lucilius H *m.* 1 | scelere *Iunius*: cele *codd.* | 2 tibi *scripsi*: ibi *codd.* sibi *Lachm.* | anunotelo inquit *codd.*, *quod post uana conamina doctorum Munro uidit congruere cum Gellio* IV 16, 6 Lucilius . . uictu et anu dicit . . in hisce uersibus . . et alio in loco 'anu noceo, inquit' | 3 testis quae GL ‖ **210** *Non.* 19, 20 euannetur . . a uannu, in qua legumina uentilantur . . L. sat. lib. VII | illam *Iunius* | it *scripsi*: ut *codd.*, *delet Muellerus* | *an* stramentum ? | uannare H | lumbis *Mercerus*: tum uis *codd.* ‖ **211** *Non.* 169, 31 simat deprimit. L. lib. VII | se *scripsi*: si *codd.* |

212 aetatem et faciem ut saga et bona conciliatrix

213 qui te diligat, aetati facieque tuae se
fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.

214 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – primum facie quod honestae et
annis accedit ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

215 rador subuellor desquamor pumicor ornor
expingor.

216 ne auriculam obsidat caries, ne uermiculique.

217 primum fulgit uti caldum ec fornacibus ferrum.

218 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ candidus una
ac bene plumalis quasi olorum atque anseris collus.

219 solem, auram aduersam segetem inmutasse
satumque.

---

ac simat *Rothius*: aximad (amaximad **H** *m.* 1) *codd.*, *qui* delf. | **212** *Non.* 22, 33 sagae . . L. sat. lib. VII | *fortasse inter* -rix *et sq. apud Non.* Turpilius *intercidit* rimatur ‖ **213** *Gell.* IX 14, 23 (*de datiuo* facie) L. in libro septimo | 1 (a)etatis *codd.*, *olim correxere* | facii *narrat Gellius legisse non paucos* | se fore *codd.* ‖ **214** *Gell. ibidem de eadem re* L. in saturis 'pr.' inquit *ectr.* | honeste *codd.* | et annis *scripsi m. Rh.* 29, 360: tantis *codd.* et aetati *Muellerus* lautius *Ribbeckius* ‖ **215** *Non.* 95, 12 desquamat squamis expoliat . . L. lib. VII | 1 sador *codd.*, *corr. Statius* | subbellor *codd.*, *corr. Scaliger* | 2 expingor *scripsi*: expilor pingor *codd.* (exspolior p. *Dousa* expilor et pingor *Guietus*) ‖ **216** *Non.* 21, 23 caries . . L. sat. lib. VII ‖ **217** *Non.* 506, 7 fulgit pro fulget. L. sat. lib. VII | et furnacium *codd.*, e (ex *Dousa*, ec *Muell.*) fornacibus *Passeratius* ‖ **218** *Non.* 200, 14 collus masculino . . L. sat. lib. VII | 1 candidus una *scripsi*: caldidissime (d *prior supra lin.*) **G** caldaissime **L** *mut. m.* 2 *in* caldissime, *quod habere uidetur* **H** | 2 plumal' (= *plumeus siue mollis*) *temptaui*: plenai *codd.* (plena **H** *m.* 1, *uulgo*) | quasi olorum *scripsi*: iasolorum *codd.* uasa olerorum *Kochius* ‖ **219** *Non.* 395, 16 segetem etiam ipsam terram dicimus . . L. sat. lib. VII | solem **HL**: solam **G** | statumque *codd.*, *corr. Dousa*.

Phryne nobilis illa, ubi amatorem inprobius quem **220**
tristis, difficilis sumus, fastidimus bonorum. **221**
muginamur molimur subducimur – – **222**
quinque hastae, aureolo cinctu rorarius ueles. **223**
— eodem pacto obgannis ⏑⏑ – ⏑⏑ – – **224**
queis oculi non sunt neque nasumst, qualia *alis* sunt. **225**

LIBER VIII.

pistrinum adpositum postico, cella, culina. **226**
sallere murenas, mercem in frigdaria ferre. **227**
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ gizeria insunt **228**
siue adeo hepatia – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

---

220 *Non.* 351, 23 nobilis . . notus . . L. sat. lib. VII | fryn(a)e **H L** frine **G** | quam **H** *m.* 1 ‖ **221** *Non.* 496, 13 genetiuus . . pro accusatiuo . . L. sat. lib. VII | tristes *Iunius* | difficiles *codd., formam uoci priori congruam restitui* ‖ **222** *Non.* 139, 5 muginari murmurare. L. lib. VII; *idem* 346, 12 moliri retinere morari . . L. lib. VII | mutilamur *codd. p.* 346 | molimus *codd. p.* 139 (*p.* 346 olimur **L** *m.* 1) | subdicimur **H** *m.* 1 *p.* 139 ‖ **223** *Non.* 552, 31 rorarii . . milites . . qui primo non multis iaculis inibant praelium . . L. sat. lib. VII | ueles *Iunius*: uelis *codd.* ‖ **224** *Non.* 450, 10 etiam humanam uocem nonnulli gannitum uocauerunt . . L. lib. VII | pacto logannis *uel* pactolo gannis *codd.*; oggannis *Dousa* illi gannis *Iunius* olli ogg. *Franckenus*; *nisi forte* lo *illius* to *est dittographia* ‖ **225** *Non.* 215, 3 nasus . . neutri. L. lib. VII | quos *codd.*, queis *Dousa* quoi si *Lachm.* | nasum et qualia *codd., corr. Lachm.* (aequalia *Scaliger*) | alis (*Neuius* II 217) *addidi*; *pro* sunt *coni.* sunto *Scal.* nobis *Dousa* sentit *Lachm.* sanis *Muellerus* ‖ **226** *Non.* 217, 14 posticam .. neutro . . L. lib. VIII | pristrinum **L** | oppositum *Gulielmus* | posticum *codd., corr. idem* | sella *codd., corr. idem* ‖ **227** *Prisc.* I 546 *H.* sallo . ' L. in VIII | frigidaria *pars codd.* ‖ **228** *Non.* 119, 20 gigeria intestina gallinarum . . L. lib. VIII | gizerini sunt *codd., corr. Lachm.* | hepetia *codd., corr. Iunius.*

229 uerrinam suram, omento omnicolore colustra.

230 quarum et abundemus rerum et quarum indigeamus.

231 uerum flumen ut in sale it et diuortio in ipso
iligneis pedibus cercyrum conparet aequis.

232 quod gracila est, *pede quod* pernix, quod pectore puro,
quod puero similis.

233 cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis
ficta calens compono, hoc aestu *ψωλοκοποῦμαι*.

234 tum latus compono lateri, et cum pectore pectus.

235 cruribus crura *διαλλάξων* ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

---

229 *Non.* 84, 10 colustra lac concretum in mammis. L. lib. VIII | uerrinam suram *temptaui*: beram (hiberam **G**, *et* **H** *et* **L** *m.* 2) insulam (l *in* **G** *supra lin.*) *codd.* hiberna intuba *Lachm.* | fomento *codd.*, *correxi*; momento *Lachm.* ‖ **230** *Non.* 497, 32 genetiuus . . pro ablatiuo . . idem lib. VIII [VI **G**] ‖ **231** *Non.* 533, 23 cercyrus nauis est Asiana pergrandis . . L. sat. lib. VIII | 1 ut (= *ubi*) in sale it et diu. in ipso *scripsi*: uti atque (at utique **H** *m.* 1 atque uti **L** *transposuit per signa*) ipso diuortio *codd.* (flumine uti atque ipso diuortio aquarum *Dousa* flumina ubi *Lachm.*) | 2 ilignis *uulgo*: igneis *codd.* | cyrcerum (circerum **G**) *codd.* | conparet *scripsi*: concurret *codd.* deriget *Franckenus* conferet *Muellerus* roboret *Lachm.* conriget *Ribbeckius* | equis *codd.* ‖ **232** *Non.* 489, 20 gracila . . pro gracilis est. L. sat. lib. VIII | pede quod *add. Dousa* | puro quod *om.* **G** ‖ **233** *Non.* 308, 17 fingere est iungere [lingere *codd.*] . . L. sat. lib. VIIII; *idem* 260, 24 conponere coniungere . . L. sat. lib. VIII | 1 bibo eodem *codd. p.* 308: eodem obuio (obuic **H** *m.* 1) *codd. p.* 260 | abra **H** *m.* 1 **GL** *p.* 308 | 2 ficta (= fixa) calens *scripsi*: fictrices *codd. p.* 308, *om. p.* 260 ficta eius *Lachm.* ficta rigens *Ribbeckius* | aestu *scripsi*: est cum uia (uia *om.* **H** *m.* 2) *codd. p.* 308 est cum *p.* 260 | *ψωλοκοποῦμαι* *Iunius*: ipsolocopomas *codd. p.* 260 *ὠλοκοπουμη* *fere codd. p.* 308 ‖ **234** *Non.* 260, 25 componere . . idem in eodem | tum latus *uulgo*: tuum latum *codd.* ‖ **235** *Porph. ad Hor. sat.* I 2, 125 L. in VIII | *διαλλάξων* (*uel* *διάλλαξον*) *Guil. Meyerus*: diallaxon *Mon.*

lentet opus. **236**

a, laeua lacrimas muttoni absterget amica! **237**

gallinaceus cum uictor se gallus honeste **238**
sustulit in digitos primoresque erigit unguis.

si omne iter euadit stadiumque accliue tolutim. **239**

uelle tolutim hic semper *et* incepturus uidetur. **240**

Nonius 81, 3: Lucilius lib. VIII cum uinulentas diceret [disceret *codd., corr. Iunius*], uinibuas designauit. **241**

LIBER IX.

non hoc quid ualeat quidque hoic intersiet illa, **242**
cognosces? primum hoc quod dicimus esse poema
pars est parua poesis; id est *epigrammata, porro disticha,* epistula item quaeuis non magna
poema est.

---

236 *Prisc.* I 397 *H.* (*lenteo*) L. in VIII ‖ **237** *Porph. ad Hor. sat.* I 2, 68 muttonem pro uirili membro dixit Lucilium imitatus. ille etenim in VIII [*sic Acro*: VII[a] *Mon.*]; *cf. et Acro ibidem* | aleua *Mon.* a laeua *Guelf. Porph.* leua (*om.* a) *Paris. Acr. uet.* (lena *Cruquius*); *cf. Marx st. Luc.* 3; *interiectionem* (*hic indignantis*) *restitui* | absterget *Acr. Par. uet.*: abstergeret *Mon. Porph.* ‖ **238** *Non.* 427, 23 priores et primores .. L. sat. lib. VIII | 1, 2 onestem telitus d. primoresquae erigunt *codd., corr. Aldus* (intulit, is *Lachm.*) ‖ **239** *Non.* 4, 2 tolutim .. uolutim uel uolubiliter .. L. sat. lib. VIII | omnem **GL** *m.* 1 | inter **G** ‖ **240** *Non. post fr.* 239 ibidem [*sic scripsi*: idem *codd.*] | et *add. Bouterwekius q. L.* 12 (iter coepturus *Lachm.*) ‖ **242** *Non.* 428, 7 poesis et poema hanc habent distantiam: poesis est textus scriptornm, poema inuentio parua, quae paucis uersibus expeditur. L. sat. lib. IX | 1 nunc *Dousa* | 1 hoc (*scil. poema*) *edd. uet.*: haec *codd.* (ualeant *Lachm.*) | hoic *ego* (huic *Dousa*): hoc *codd.* (intersit et *edd. uet.*) | illa (*scil. poesis*) *scripsi*: illud *codd.* | 2 cognoscis *codd., corr. Dousa* | 3 poesis **H** *m.* 1: poema *m.* 2 *cum* **GL** | id ē *Stowasser st. Vind.* 5, 279: idem *codd.* ut est *Quicheratius* | *suppleui duce Lachmanno* (epigrammation uel d.), *qui cp. Varronis uerba ap. Non. sqq.* | 4 queuis *codd.* |

illa poesis opus totum; θέσις unaque tota est
Ilias summa aut annales Enni; ac μέρος unum
est maius multo quam quod dixi ante poema.
quapropter dico: nemo, qui culpat Homerum,
perpertuom culpat neque, quod dixi ante, poesin:
uersum unum culpat, uerbum, enthymema locumque.

242a *cf. infra fragm. 460.*

242b *Ennius* – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ alter Homerus.

243 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ ore corupto.

244 adde soloecismum genera atque uocabula centum.

245 nam ueluti 'intro' aliud longe esse atque 'intus' uidemus,
sic *et* 'aput se' longe alid est neque idem ualet 'ad se':
'intro' nos uocat 'ad sese', tenet 'intus aput se'.

5, 6 totum totaque illa summa est una θεσις ut annales *codd.*, *correxi*; ut tota Ilias una est θέσις annalesque *Dousa* (una est σύνθεσις *Franckenus*, aut ann. *Quicheratius*) | ac μέρος *scripsi*: atque stoc *codd.* (atque ἔπος *Lachm.* atque e stoc liber unus *Muellerus*) | 7 est maius multo (hoc *add.* **H** *m.* 1) est *codd.*, *corr. Iunius* (et m. m. est *Lachm.*) | 9 perpetuum *Dousa*: perpetuo *codd.* | poesin in *codd.*, *corr. Iunius* | 10 entymema *codd.*, *post quod* tema **LH** *m.* 1 tima **GH** *m.* 2 *addunt* | locumque **H** *m.* 1: locum *m.* 2 *cum* **GL** ‖ 242b *Hieron. comm. in Micham* 7 *p.* 1549 *Ben.* 'Hom. alter', ut Lucilius de Ennio suspicatur; *hoc Lucilii dictum adsumpsit Hor. epist.* II 1, 50; *hic posui* ‖ 243 *Consentius* 400 *K.* sicut L.; dempsit enim unam litteram per metaplasmum r; *hic* (*ut et fr. sq.*) *posuit Muellerus* ‖ 244 *Pompeius* 289 *K.* soloecismi . . Lucilius . . dixit centum et enumerauit omnes; extat liber ipsius . . et percurrit ipsa uocabula uersibus scriptis arte (*Seruius in Donat.* 446 *K.*; *Isid. or.* I 32, 5) | soloecismum **P**: soloecismo **CS** soloecismos **B** | centum *om.* **P** ‖ 245 *Char.* 111 *K.* Lucilius ait; *hic posuit Dousa* | 1 ueluti] i *supra lin. Neap.* (uelut *Dousa*) | 2 et *add. Dousa* (item *Lachm.*) | aliud esse neq. eadem *Neap.*, *corr.*

Charisius p. 94 K.: forfices et forcipes ⟨et forpices⟩ 246
quidam distinguunt, ut forfices sint sarcinatorum a farciendo, ⟨forcipes fabrorum⟩, quod ferrum calidum capiant, forpices tonsorum, quod pilum secent. sed inepta haec esse Lucilius docet, qui etiam medicorum forcipes dicit libro IX.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – scalprorum forcipiumque 247
milia uiginti.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ uncis 248
forcipibus dentes euellere.

'feruĕre, ne longum 'ue''; ego hoc lectoribus tradam: 249

feruit aqua et feruet: feruit nunc, feruet ad annum; 250
et 'feruit' simile est illi 'currit', 'legit' — —

mortua si dicas iam pridem, emortua malis. 251

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ decusi 252
siue decusibus est.

Dousa | ad te *Neap., corr. Keilius* | 3 uocas at *Neap., qui* us aput se *omittit, corr. Dousa* ‖ **247** *et* **248** *Char.* 94 *post. fr.* 246, *quod quia Lucilii contra grammaticorum differentias monita continere uidetur supra adscripsi* | scalptorum *Neap.* | uncis] eunis *Neap.* (*litt.* c *traiecta*); et uncis *Dousa* | euellere] uellere *Neap.* euelleret *Dousa 'fide uetusti codicis'* ‖ **249** *Non.* 503, 12 ab eo quod est feruit breuiato accentu feruere fit . . L. sat. lib. IX | ue ego *scripsi*: uero *codd.* (an e longum . uere *Lachm.* uerbo *Franckenus*); *adfert Luc. grammatici alicuius praeceptum, et hiatu quidem hic permisso* | lictoribus *codd., corr. Palmerius* ‖ **250** *Quint.* I 6, 8 etiamsi est apud Lucilium 'feruit — annum'; sed pace dicere hominis eruditissimi liceat, si 'feruit' putat ille simile 'currit' et 'legit', 'feruo' dicitur ut 'curro' et 'lego', quod nobis inauditum est; *hinc cursiuis litteris expressa finxi*; *Non.* 502, 3 feruit pro feruet. L. lib. IX feruit nunc — annum (*hinc Prisc.* I 479 *H., Probus* 241 *K.*) | ferunt nunc G *Non.* (feruet nunc *fere codd. Prisc.*) ‖ **251** *Barth. adu.* 32, 1 *p.* 1465 *ex Isidori differentiis* mortuum corpus iam exanime, emortuum, morti proximum . Lucilius [Lucretius *cod.*] | malis *ego*: molis *cod.* malim *Muell.* ‖ **252** *Varro* IX 81 etiam illud putant esse

253 'a' primum est: hinc incipiam et quae nomina ab hoc sunt

254 'aa geminum longa, a breuis syllaba'. nos tamen unum
hoc faciemus et uno eodemque, ut diximus, pacto
scribemus 'pācem Păcideianum', 'āridum ăcetum',
Ἄρες Ἄρες Graeci ut faciunt.

255 *Velius Longus 60 K.:* antiquos scimus et 'abs te' dixisse; nos contenti sumus 'a te' dicere . scimus ipsos et 'ab Lucilio' [lucidio *cod. Parrh., corr. ed. pr.*] dixisse; nos obseruamus ut 'ab' praeponatur his nominibus, quae a uocali incipiunt.

256 — abbitere: non multum rest, 'd' siet an 'b'.

257 – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ atque 'accurrere' scribes:
'd'ne an 'c', non est quod quaeras reque labores.

---

causae quor non sit analogia, quod L. scribit | decusi *ego*: decuis *Flor.* decussi *COMuellerus*; *singulari an plurali sit utendum dubitat L.* ‖ **253** *Scaurus* 18 *K.* Accius geminatis uocalibus scribi natura longas syllabas uoluit . . unde etiam Luc. in IX sat. de orthographia praecipiens ait ‖ **254** *Scaurus* (*post fr. prius*) deinde | 1 a primum (*ex fr. priore*) longa breuis syll. *codd.*, *corr. Ribbeckius m. Rh.* 29, 131 (*cf. et Dziatzko ibid.* 33, 103); longa et breuis *Dousa* | 2 eodemque **B**: eodem quod **P** | dicimus *codd.*, *corr. Dousa* (*pronuntiatio sane distinguebat!*) | 3 Pacideianum *scripsi*: placide Ianum *codd. uulgo* | 4 arpe. cape e **B** apec ape E **P**, *corr. Dousa* ‖ **255** *ad Luc. rettulit IBeckerus Philol.* 6, 756 ‖ **256** *Velius Long.* 62 *K.* 'abbitere' etiam quidam geminata 'b' maluerunt et dicere et scribere intermissa 'd' . et in hoc nullam differentiam putat esse L., qui ait | atque *in initio addit Keilius* | abbitere *Schneiderus gr. l.* I 632: abbire *cod.* | rest (= rei est) *scripsi*: est *cod. Parrh.* est hic *Keilius* ‖ **257** *Vel. Long.* 61 *K.* capio accipio. itaque Lucilius | scribes, *sic cod.* | an T *cod.*, *corr. Commelinus* quod] quot *cod.* | reque *scripsi*: aeque *cod.* atque *uulgo*.

Quintil. I 7, 18: 'ae' syllabam .. uarie per 'a' et 'i' efferebant, quidam semper, ut Graeci, quidam singulariter tantum, cum in datiuum uel genetiuuum casum incidisset ... plurali numero 'e' utebantur, 'hi Syllae, Galbae'. est in hac quoque parte Lucili praeceptum, quod quia pluribus explicatur uersibus, siquis parum credet, apud ipsum in nono requirat. — *Martianus Capella III 266 [p. 65, 8 Eyss.]*: Lucilius in datiuo casu 'a' et 'e' coniungit dicens 'huic Terentiae Orbiliae', in genetiuo [*sic scripsi:* lucinius *uel* licinius *codd.*] 'a' et 'i'. **258**

– ⏑⏑ Cecilius pretor ne rusticus fiat. **259**

ergo praetorum est ante et prae ire – ⏑⏑ – – **260**

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – – porro hoc 'filius Luci': **261**
feceris 'i' solum, ut 'Corneli' 'Cornifici'que.

iam 'puerei uenere' 'e' postremum facito atque 'i', **262**
ut pueri plures fiant. 'i' si facis solum,
'pupilli pueri Lucili', hoc unius fiet.

---

258 *de Martiani loco cf. IIuergensen comm. philol. semin. phil. Lips. Lipsiae* 1874 *p.* 72 *sqq.* (*arch. lex.* I 202) ‖ **259** *Varro* VII 96 in pluribus uerbis 'a' ante 'e' alii ponunt, alii non .. a quo L. scribit; *Diom.* 452 *K.* ut si detracta 'a' littera 'pretor' dicamus, ut Lucilius; *hic posuit* (*ut et fr. sq.*) *LFSchmidtius* | Cecilius *Flor.*: *om. Diom.* | pretor (*sic uel* praetor, praeter *codd. Diom.*) *om. Varr. Flor.* | fias *duo codd. Diom.* ‖ **260** *Varro* V 80 praetor .. a quo id Lucilius | preire *Flor.* ‖ **261** *Char.* 78 *K.* Lucius et Aemilius .. duplici 'i' genetiuo singulari finiri debent .. Lucilius tamen et per unum i genetiuum scribi posse existimat .. et in libro VIIII [*sic Dousa ex suo codice*: IIII *Neap.*] sic ait | filius Luci *Dousa ex cod.*: uui *incerte Neap.* | fecerit colum *Neap.*, *corr. LFSchmidtius* | cornelii cornificiiq. *Neap.* ‖ **262** *Vel. Long.* 56 *K.* et L. in nono; *Quint.* I 7, 15 ut L. praecipit (1—2 fiant); *Char.* 79 *K.* *post fr. prius* et paulo post (= 3) | 1 puerei] puerbi *cod. Velii*, puere **ASb** (pueri **B**) *Quint.* | e **B** *Quint.*: et **ASb** *Quint.*, *cod. Velii* | 2 pueri *om. cod. Velii* | faciant *idem pro* fiant (*sic Quint.*) |

263 'mendaci furique'; addes 'e', cum 'cape, Furei'
iusseris.

264 'hoc illi factum est uni': tenue hoc facies 'i';
haec illei fecere', adde 'e', ut pinguius fiat.

265 'mĭlle hominum, duo mīlia'; item hoce utroque opus 'mīles,
mīlitia'. 'i' tenuist 'pila' item, qua ludimus, 'pilum',
quo piso; tenuest, si plura haec feceris 'pila'.
quae iacimus, addes 'e', 'peila' ut plenius fiat.

266 *Cornutus G. L. K. VII 149*: 'q' littera tunc recte ponitur, cum illi statim 'u' littera et alia quaelibet una pluresue uocales coniunctae fuerint, ita ut una syllaba fiat; cetera per 'c' scribuntur. hoc Lucilio quoque uidetur.

---

3 pupilli *nunc dest in Char. Neap.* | pueri et Lucilli *cod. Vel.* pueri Lucii *Neap. Char., qui et* fieri ‖ **263** *Quint. l. l. post fr. prius* ac deinceps idem | cape *ego*: dare *codd.* (dari *unus deterior*) dato *Lachm. ad Lucr.* 245, face *Ribbeckius* | furei *unus det.*: furi *codd.* ‖ **264** *Vel. Long. l. l. post fr.* 262 item | 1 *fortasse* est': uni tenue hoic (heic *uel* huic *Muell.*) | 2 illei *Putschius*: ille *cod.* | facere addes e ut p. facit *cod.* ‖ **265** *Ter. Scaurus* 18 *K.* itemque [*sic scripsi*: itemque quod *uel* item quod *codd.*] Lucilius, ubi i exile est, per se iubet scribi, at ubi plenum est, praeponendum esse e credit his uersibus; *cf. et Vel. Long.* 56 *K.* idemque (Luc.) peila, quibus milites utuntur, per e et i scribenda existimat, at pilum quo pinsitur [*sic ego*: pila in qua pinsatur *codd.*] per i *et Mar. Victorin.* 18; *disserui de hoc loco Fleckeis. ann.* 1882, 789 (*aberrat Stowasser arch. lex.* I 199) | 1 meile *et* meilia *Scaliger male* | hoce *ego*: huce *codd.* huic *Scaliger* heice *Muellerus* | miles] mille *codd.* meiles *Scaliger* | 2 militia i *Dziatzko m. Rh.* 33, 105: militiam *codd.* | tenuist *ego*: tenues i *codd.* | pila item *ego*: pilam in *codd.* | lusimus *codd.*, *corr. Scaliger* | 3 pinso *Scaliger*: ipso *codd.* | tenues *codd.*, *correxi* | 4 adesse pella *codd.*, *corr. Scaliger* | plenius **P**: plenus **B**.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ abest hoc 267
a 'r' non multum cacosyntheton; atque canina
si lingua dico 'nihil ar me', nomen * hoc illi * est.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ praepositum 'per' 268
'l' *quando adfinem uicinum habet, ut fit in illo*
*per*liciendo, hoc est inducendo, gemina 'l'.

's' nostrum et semigraece quod dicimus sigma 269
nil erroris habet.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ labora 270
discere, ne te res ipsa ac ratio ipsa refellat.

nam laterem qui ducit, auet nihil amplius *usquam* 271
quam commune lutum ac paleas caenumque
aceratum.

---

267 *Vel. Long.* 47 *K.* apud Lucilium in nono, in quo de litteris disputat, omnes uicem syllabarum inplent, ⟨ut⟩ cum dicit | 1, 2 a re non multum abest hoc cacosyndeton *cod.*, *correxi* (a r *iam Iunius*); at non multum abit hoc c. *Dousa* R nonnullum habet hoc c. *Muellerus* | 3 a r me *Dousa*: ad me *cod.* | hoc illi *nondum sanatum est*; *hanc expecto sententiam*: *tum nomen mihi est rustici et blenni* (nomen aselli est ?) ‖ **268** *Vel. Long.* 65 *K.* 'per' praepositio omnibus integra praeponitur, nisi cum incidit in 'l' litteram, adfinem consonantem, quam elegantioris sermonis uiri geminare malunt quam 'r' litteram exprimere . . nec aliter apud Lucilium legitur in ⟨IX⟩: praepositionem per l liciendo quod est inducendo geminat l; *sic codex*; *quod correxi et suppleui* (*causa erroris aperta*); *nec sufficit illud Lachmanni ad Lucr.* 409 in praeposito per pell. hoc est inducendo, geminato l (*cf. ad hoc ultimum Dziatzko m. Rh.* 33, 106); *nec quae subicit Velius* pellicere malunt quam perlicere *Lucilii sunt nec ab hoc cum LFSchmidtio abiudicanda sunt ut glossa* q. e. inducendo (*sic grammatici explicant*: *Festus* 242) ‖ **269** *Vel. Long.* 47 *K. post fr.* 267 item | semigraecei *Marx st. Luc.* 5 | nihil *cod.*, *corr. Dousa* ‖ **270** *Non.* 286, 31 discere est ignotam rem meditando adsequi. L. lib. IX | discere labora *et porro* res te *codd.*, *corr. Dousa* ‖ **271** *Non.* 445, 21 aceratum est lutum paleis mixtum ut laterariis usus est | nam *post* amplius *codd.*, *traiecit Iunius* | latere *codd.*, *corr. idem* | habet *codd.*,

272 si nihil ad faciem et satis est lupa prostibulumque,
nummi opus, atque opus it.

273 tu milli nummum potes uno quaerere centum.

274 crusabit, ut si frumentum clunibus uannat.

275 unde parentactoe chlamida est ac barbula prima.

276 hinc ancilia, ab hoc apices capidasque repertas.

277 praesul ut amptruet hinc, ut uolgus redamptruet inde.

278 intus modo stet rectus, foris subteminis panus

279 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ quid ergo? si ostrea ceno,
cognorit fluuium, limum ac caenum sapor ipsum?

---

corr. Lachm. | usquam *addidi* (unquam *Iunius*) | ac paleas *Franckenus* I 47: a paleis *codd.* e paleis *Iunius* | aceroso *codd.*, *corr. Dousa* ‖ **272** *Non.* 497, 32 genetiuus . . pro ablatiuo . . idem lib. IX | satis est *scripsi*: si olim *codd.* solum *Lipsius* | nummi *Dousa*: numini (ni *in* L *supra lin.*) *codd.* | opus it *scripsi*: obsit *codd.* assis *Lipsius* ‖ **273** *Gell.* I 16, 12 Lucilius . . lib. IX . . uno milli nummum pro unis mille nummis ‖ **274** *Non.* 19, 20 euannetur . . idem lib. IX | crusabit *uel* crisabit *Muellerus* (crissabitque *Dousa praeeunte*): cursabit *codd.* ‖ **275** *Non.* 67, 11 parentactoi [*ita Bentleius*] qui de pueritia ueniunt ad pubertatem . . L. lib. IX | inde G, H *m.* 2 | parentactoe *Bentleius m. Rh.* 33, 465: parectato e (et H) *codd.* | c(h)lamida (-yda) est *scripsi*: calamides (des *om. in ras. 3 litt.* L) GL calumi H *m.* 1 calumiades *m.* 2 chlamydes *uulgo* ‖ **276** *Prisc.* I 251 *H.* capĭs, capidis . . L. in IX ‖ **277** *Non.* 165 redandruare redire. L. lib. IX ut uulgus *ectr.*; *Festus* 270 redantruare . . Lucilius | ampiruet *cod. Festi*, *corr. Merula* | hinc *idem*: inde *cod. F.*, *qui* ut *om.* | uulgus *codd.* | redamplauit at *cod. Festi*, redandruet (redrandruet G) inde *codd. Non.*, *corr. Merula* ‖ **278** *Prisc.* I 115 *H.* panus panucula L. in VIII (*sic*), *unde fluxit in auct. class. Mai* 8, 433; *Char.* 105 *K.* L. in VIII 's. p.' (*hinc Beda de orth.* 285 *K.*); *Non.* 149, 22 panus . . L. lib. IX 'f. s. p.' | foris *om. Prisc.* (*auctt. class.*) | subteminis (-nus H *m.* 2) *Non. et fere* (subterminis R) *Prisc. codd.*: subtiminis *Neap. Char.* | pannus *Bedae codd.* (*duo Prisc.*) panus est *codd. Non.* ‖ **279** *Non.* 216, 15

frumentarius est; modium hic secum atque rutellum 280
unum affert.

quod deformis senex, ἀρθριτικὸς ac podagrosus 281
est, quod mancus macerque, exilis, ramice magno.

scaberat ut porcus contritis arbore costis. 282

arripio et rostrum labeasque hoc referienti 283
percutio dentesque aduorsos discutio omnis.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ ipsa secet corio omnia lora. 284

LIBER X.

uita Persii: mox ut a scholis et magistris diuertit, 285
lecto libro Lucilii decimo uehementer saturas componere instituit. cuius libri principium imitatus est, sibi primo, mox omnibus detracturus cum tanta recentium poetarum et oratorum insectatione *ectr.* — *cf. et infra fragm. 460.*

'ne! quam in arce bouem descripsi magnifice!' 286
inquit.

(ostrea) neutri. L. sat. lib. IX | ergo *Lachm. ad Lucr.* 122: ego *codd.* | ostrea caeno *Dousa*: cerno ostrea *codd.* | cognorim ***Bentinus*** non norim *Dousa* | fundum *Franckenus* | sapor *scripsi*: sapere *codd.* ‖ **280** *Non.* 18, 20 rutrum . . L. sat. lib. IX | etrutellum **GL** | unum **HL**: unam **G** una *Turnebus* ‖ **281** *Non.* 166, 5 ramices . . pulmones uel hernia . . L. sat. lib. IX | αρθριtitus **H** apopititus **L** apepititus **G**; arthriticus *Iunius* (*graece Franckenus* I 40) | as potagrosus *codd.*, *corr. Aldus* | 2 macer *Dousa* (-que *Muell.*): miserque *codd.* | ramite **L** *m.* 1 ‖ **282** *Prisc.* I 507 *H.* scabo scabi. L. in IX ‖ **283** *Non.* 455, 10 rostrum . . idem lib. IX | et *om.* **H** *m.* 1 | labeatque (-dque **L** *m.* 1) *codd.*, *corr. Bentinus* | huic *Westerhovius* (hoc, *scil. fuste*) | referienti *scripsi* (*de* rēf. *cf. LMueller d. r. m.* 362): zeferiat in *codd.* Zopyrioni *Iunius* zopyriatim *Vargesius* uociferanti *Marx st. Luc.* 5 | 2 excutio *Dousa* ‖ **284** *Char.* 100 *K.* lora . . L. in IX | secet *Lindemannus*: si se *Neap.* his e *Lachm.* ‖ **286** *Don ad Ter. Andr.* II 1, 24 'ne' ualde aut ut quidem uolunt

287 improbus confidens nequam malus *ut* uideatur.

288 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ honorum est
iudicium Crassi studiis *fax*: scribimus ante,
hoc est 'quid sumam, quid non?' in quoque rogamus.

289 languorque obrepsit, pigror torporque quietis.

290 tonsillas quoquo ualidis in funibus aptas

291 fluctibus a uentisque aduersis firmiter essent.

292 pone paludatus stabat rorarius uelox.

293 quamuis desubito trinis deducere scalis.

LIBER XI.

294 Scipiadae magno improbus obiciebat Asellus
lustrum illo censore malum infelixque fuisse.

---

quam. L. in X | ne! quam *scripsi*: neque *codd. deteriores* ne (*om.* que) *Paris.* ne quem *uulgo* ne! quei Marce *Dziatzko in Fleckeis. ann. suppl.* 10, 690 νὴ τὸν in arce *Buechelerus m. Rh.* 39, 288 | descripsi *Paris.*, *deteriores* (-sit *Lugd.*): discerpsi *uulgo* ‖ **287** *Non.* 262, 8 confidentia . . idem lib. X | ut *Lachm.*: *om. codd.* ‖ **288** *Non.* 396, 12 sumere . . eligere . . L. sat. lib. X | 1 honorum *codd.*: horum *Rothius* bonorum *Dousa* | 2 Crassi studiis fax scribimus *scripsi*: crassis ut discribimus *codd.* Crassi sicut *Corpetus* descripsimus *Dousa* phrasis *Buechelerus l. l.* scripsimus *Rothius* | 3 rogamus *scripsi*: locemus *codd.* ‖ **289** *Non.* 219, 10 pigror generis masculini. L. sat. lib. X | languor (-gor G) obressitque *codd.*, *nisi quod ex Parisino quodam* obrepsitque *adfertur*, *corr. Lachm.*; languidus *Franckenius* | quietis *ex* -tus *corr.* G ‖ **290** *Non.* 234, 31 aptum . . conexum . . L. sat. lib. X | consellas *codd.*, *corr. Bentinus* | quoquo ualidis *Buechelerus l. l.*: quoque ualidis *codd.*; *an* quoq; ueualidis (= *male ualidis*) ? quoque praeualidis *Dousa* '*e codice*' | in] ni *Ribbeckius m. Rh.* 29, 131 | finibus G ‖ **291** *Non.* 512, 18 firmiter pro firme. L. sat. lib. X | uenentisque L, *et ita* G en *supra lin. scriptis* | auersis *codd.* ‖ **292** *Non.* 552, 31 rorarii . . idem lib. X | paludatum *FDousa* -tos *Muellerus* | ueles *Lachm.* ‖ **293** *Non.* [illegible], 13 desubito . . L. sat. lib. X ‖ **294** *Gell.* IV 17, 1 Lucilii

Lucius Cotta senex, crassi pater huius * paceni *, 295
magnus fuit trico nummarius, soluere nulli
lentus.

– ⏑⏑ *quo est laesus* Cornelius Publius noster 296
Scipiadas dicto pusque hostem intorquet in ipsum:
'Cottae deliciis Luci, effigiae atque cinaedo et
sectatori adeo ipse suo, quod rectius dicas!'
ibat poste domum; sequimur multi atque frequentes.

'nec mihi amatore hoc opus nec tricone uadato'. 297

inde uenit Romam tener ipse etiam atque puellus. 298

Quintus Opimius ille, Iugurtini pater huius, 299
et formosus homo fuit et famosus, utrumque
primo adulescens, posterius dare rectius sese.

---

ex XI uersus sunt | 1 impr. Scip. magno *Lachm. ad Lucr.* 413 || **295** *Non.* 22, 29 tricones morosi et ad reddendum duri. L. sat. lib. XI — id est facilis; *idem* 338, 10 lentum facile. L. sat. lib. XI | 1 Lucius *Turnebus*: *p.* 22 Lucilius L *om.* GH, *p.* 338 *om. omnes* | Crassi *uulgo* | paceni (paneci G) *codd. p.* 22, *idem p.* 338 pacem (paceni H *m.* 2); *παναίθου Iunius* Panaeti *Bentinus* peracer *Muretus* | 2 m. tr. fuit *codd. p.* 338 || **296** *Fest.* 294 scurrae uocabulum .. quod et tenuioris fortunae homines et ceteri alioqui qui honoris gratia persequerentur quempiam, .. sequi sint soliti, quia uidelicet dicat Lucilius; *hic posui* | 1 quo est laesus *addidi* (*nisi forte latet in* Cornelius) | P. noster *cod.* | 2 hostem pusque *uel* p. h. (*aut saltim* tum pusque) *scripsi*: tempusque *cod.* | 3 Cottae *scripsi*: oti et *cod.* | delicis *cod.*, *corr. Ursinus* | effigiae *Scaliger*: effictae *cod.* | 4 *erat cum mallem* fellatori (*Cat.* 88, 8); *sed* sectator sui ipsius *aut masturbator aut fellator dici fortasse potest* | ipse suo *uulgo*: ipsi suo *cod.*; *an* ipsius? | quod (*siue* tu hoc) *scripsi*: quo *cod.* | 5 poste *scripsi*: forte *cod.* || **297** *Non.* 8, 15 tricae .. L. sat. lib. XI | amatore *Bamb.*: amore GHL || **298** *Prisc.* I 231 *H.* puellus puella. L. in XI || **299** *Non.* 305, 25 unde et famosum dictum est infame .. L. sat. lib. XI | 1 opimus *codd.*, *corr. Bentinus* | iugurthini GH, *in* L h *m.* 2 *suprascr.* | 3 dare *Turnebus*: da *codd.* (dat *unus deterior*).

300 si tricosus bouinatorque ore improbus duro

301 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – qui in latrina latet usque.

302 Cassius Gaius hic operarius, quem Cephalonem
dicimus; sectorem furemque hunc Tullius Quintus
iudex heredem facit, et damnati alii omnes.

303 conuentus pulcher: bracae, saga fulgere, torques
inque sagis magni.

304 hic ubi consessum pellesque ut in ordine tentae.

305 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – fima et id genus rudus
sternenda et iaciendum huc aggerem ⏑ – ⏑⏑ – –

306 annos in terra iam plures miles Hibera
nobiscum meret – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

---

300 *Gell.* XI 7, Lucilium . . qui tergiuersatorem 'bouinatorem' dicit . . in L. XI uersus hic (*hinc Non.* 79, 25); *cf. Loewius prodr.* 318 | si tricosus *Lachm.*: stric(h)osus *codd. Gell.* hic sitricosus *codd. Nonii, qui* hic *Gellii ad fragm. traxit* | bouiatorque *codd. Non.* ‖ **301** *Non.* 212, 7 latrina genere feminino . . balneum . . L. lib. XI | latet usque *temptaui*: lan quae H lanq; (uae *supra* q;) L languae G languet *Iunius* ‖ **302** *Non.* 276, 22 damnare est exheredare. L. sat. lib. XI | 1 cef. *codd.* | 2 sextorem G, H *m.* 2 | furiumque *codd., corr. Scaliger* | Quintus (Q.) *Lachm.*: quem *codd.* inquam *Quicheratius* quidam *Scaliger* | 3 iudex *edd. uet.*: index *codd.* | at *Scaliger* | damnant *Maduigius adu.* II 661 ‖ **303** *Non.* 227, 33 torquem generis masculini. L. sat. lib. XI; *idem* 506, 14 fulgere correpta e . . L. sat. lib. XI | 1 brac(h)es *codd. p.* 227 | torques inque sagis *scripsi*: torquem datis *codd. p.* 227 torques (*om.* datis) *p.* 506, torques caelati *Franckenus* t. sat. magni *Lachm.* t. undantis *Quicheratius* ‖ **304** *Non.* 181, 25 tenta . . expensa . . idem lib. XI | hinc *Dousa* | concessum *codd., corr. idem* | ordine H *m.* 1: ordines *m.* 2 *cum* L *et* (e *ex* i *corr.*) G ‖ **305** *Non.* 18, 17 rudus . . L. sat. lib. XI | uim sternenda et iaciendum huc aggerem (agerem L agger H) et id genus rudus *codd., correxi* (uiai sternendae iac. *Mercerus*) ‖ **306** *Non.* 344, 27 meret militat . . idem lib. XI | in terra iam *scripsi*: incerrat iam H *m.* 1 hic errat tam *m.* 2 *cum* G, hic erarat *corr. in* hic erabat tam hic terra iam *Palmerius* | hiberna *codd., corr. idem.*

mercede inuentas legiones ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ ⏑ **307**

conque tubernalem **308**

ut praetoris cohors et Nostius dixit aruspex. **309**

'praetor nos terat heic quasi spurcos ore, quod omnis **310**
extra castra ut stercus foras eiecit ad unum.'

uasa quoque omnino dirimit, non sollo, dupundi. **311**

877 *Festus* 340 — cum ait ⟨Lucilius⟩; *sic non inprobabiliter suppleuit COMuellerus* | meroque *Scaliger*: moroque *cod.* ‖ 878 *Fulgentius* 564, 11 capularem .. senem iam morti contiguum; sed et reos capulares dicebant, qui capulo digni forent; unde et Lucilius [Lucius *nonnulli codd.*] ‖ 879 *Iulius Capitolinus uita Pertinacis* 9 denique ex uersu Luciliano [-niano *codd.*] — est appellatus | aerarius *Salmasius* (*cf. OKellerus Fleckeis. ann.* 109, 276): grarius *codd.* agrarius *uulgo* ‖ 880 *schol. Veron. ad Aen.* IX 373 sub pro parum ponitur. Lucilius | atri *scripsi*: ut di *cod. secundum AHerrmannum* ‖ 881 *Seru. ad Aen.* VI 1 calas .. dicebant maiores nostri fustes .. sicut Lucilius — i. e. o puer frange fustes et fac focum | ut caleas **Ml**: uel cadas **C** uel calas **G** ‖ 882 *Cic. ad fam.* II 8, 2 ciuem egregium esse Pompeium et ad omnia .. paratum. quare *eqs.*; *Lucilio haec dedit Orellius* ‖ 883 *Cic. ad Att.* XII 45, 2 nam ceteroqui ἀνεκτότερα erant Asturae: nunc haec *eqs.*; *Lucilii esse haec putat Ellisius* ‖ 884 *Cic. de diu.* II 64, 133 ut siquis medicus aegroto imperet ut sumat; *uersum attribuit poetae nostro Corpetus* ‖ 885 *Iuuen.* 1, 151 unde illa priorum scribendi .. simplicitas? cuius *eqs.*; *Lucilio dedit Dousa* | audeo *Iuuen.*, *Lucilium* audebo *scripsisse monuit Muellerus* ‖ 886 *Placidus* 55, 25 *D.* iuuenale phaos [pharos *codd.*]: semper uirens

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ scultimidoni. 887

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – prymnesius palus. 888

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑ aristophorum uas. 889

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ murmillonica scuta 890

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – decumana Albesia scuta 891

quí dementis túnno capto cóbium excludúnt foras. 892

–́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – colló caput 893
sústentatur, trúncus sustinétur cocsendícibus.

quó facetiór uideare et scíre plus quam céteri, 894
'pértisum hominem', nón 'pertaesum', díc 'esse
aérumnám penus'.

---

et numquam senescens lumen, ut si de sole dicamus; *Lucilio dedit Loewius prodr.* 332 ‖ **887** *glossae a Goetzio m. Rh.* 40, 327 *editae* scultimidoni, qui scultimam suam, quod est podicis orificium, gratis largiūtur [largiatur *cod.*]; *uocem hexametro aptam iam agnouit Goetzius* ‖ **888** *Paulus* 224 'pr. p.', ad quem funis nauticus religatur, quem alii tonsillam dicunt; *Lucilio* (*ut et* 889—891) *dedit LMuellerus* ‖ **889** *Paulus* 27 'ar. u.', in quo prandium fertur ut discus ‖ **890** *Paulus* 144 'myrm. [murmilionica *Leid.* 116] sc.' dicebant, cum quibus de muro pugnabant ‖ **891** *Paulus* 4 'A. sc.' dicebantur, quibus Albenses . . usi sunt . . 'd.', quod essent amplissima ‖ **892** *Varro* VII 47 apud Lucilium | qui demt' tunno *scripsi*: quidem thinno *Flor.* | cobium *COMuellerus*: corium *Flor.* | extrudunt *Stowasser st. Vind.* 3, 286 ‖ **893** *Non.* 94, 5 cocsendices [-cas *codd.* -ca L] coxas [-a L]. Lucilius | caput colos temtatur (tempt. G) t. s. a cocsendicibus *codd.*, *corr. GHermannus praef. Plauti Bacch. p.* V, *ubi et cp. Isid.* XI 1, 72 truncus media pars corporis . ., de quo Nigidius 'caput collo uehitur, truncus sustinetur coxis et genibus cruribusque'; *unde suspiceris perrexisse Lucilium* génibus cruribúsque ‖ **894** *Festus* 273 rederguisse per 'e' litteram Scipio Africanus Pauli filius dicitur enuntiasse, ut idem etiam 'pertisum', cuius meminit Lucilius, cum ait | 2 dicere ferum nam genus *cod.*, *correxi*; fortunam *Scaliger* dicere aerumnamst opus *Lachm.* dices rem formam genus *Franckenus* II 70.

895 símilem habent lactúcam labra cómedente asino
cárduos.

* * *

ἀγέλαστος.

896 quín amplexetúr quoi uelit; ego nón sinam me
ampléctier.

897 quód mihi commodum aéstuanti uda uéstimenta
pósueram.

898 métuam ut memoriám retineas ∠ ⏑ – – ∠ ⏑ –

899 ∠ ⏑ – ⏑ ∠ ⏑ – atque ómnes mandonúm gulae.

900 ásparagi mollés et uiride cýma – – ∠ ⏑ –

901 súbpilo culópremus – ⏑ ∠ ⏑ – – ∠ ⏑ –

---

895 *Hieronymus epist.* I 340 *Mign.* secundum illud quoque, de quo semel in uita Crassum ait risisse Lucilius (*idem* I 1118, IV 383; *ad Demetriad.* IV 2, 792 *Ben.*); *cf. et Cic. de fin.* V 30, 92 at hoc in eo M. Crasso, quem semel ait in uita risisse Lucilius, non contigit ut ea re minus ἀγέλαστος, ut ait idem, uocaretur (*idem Tusc.* III 15, 31; *schol. Cic. p.* 128 *Bait. Plin. n. h.* VII 19, *Amm. Marc.* XXVI 9, 11, *Macr.* II 1, 6, *Sidon. Apoll.* 24, 13) | labra lactucam asino carduos comedente *Hieronymus*, *traiecit Muellerus*; *potest et subesse hexameter*:

— similem labra habent lactucam asino comedente carduos

haec ultima uox ut sit bisyllaba ‖ **896** *Prisc.* I 381 *H.* Lucilius — 'amplexetur' περιπλεκέσθω | qui **R** *m.* 1 | amplectetur *pauci codd.* | quoi *scripsi*: qui *codd.* ‖ **897** *Don. ad Ter. Phorm.* IV 8, 9 commodum, tantum quod. Lucilius | quod *om. Oxon.* | comodum *Oxon. Leid.* | estvanti *scripsi*: est aut *codd.* erat ut *Dousa* | uda uestimenta *Leid. cum edd. uet.*: dar̄ uestimentoꝝ *Oxon.* | posueram *Oxon.*: reposueram *Leid. cum edd. uet.* ‖ **898** *Don. ad Andr.* V 4, 11 ut, ne non. Lucilius | metuam *Lachm.*: tuam *Par. Leid.* tu iam *Oxon.* | retineas *Par.*: retinebas *Ox. Leid.* ‖ **899** *Non.* 17, 13 manducones .. et mandones edaces .. Lucilius ‖ **900** *Non.* 195, 4 cyma neutro ut L. | molles et **L** *m.* 1 (molle set *m.* 2): molle sed **GH** | uirde **L** *m.* 1 | cima *codd.* ‖ **901** *Auson. epigr.* 65 *Sch.* (70), 6 peruersae ueneris

–́ ∪ – ∪ –́ Hymnis sine eúgio atque déstina! 902

–́ ∪ – ∪ –́ ∪ – ∪ –́ ∪ si argenti índiges. 903

Maénius colúmnam *unam* cum péteret – – –́ ∪ – 904

sólus uero uóluit, quid re et quaéstu conducát suo. 905

uarónum ac rupicúm squarrosa, incóndita 906
rostra –́ ∪ – ∪ –́ ∪ – – –́ ∪ –

Tappúlam rident légem concenae óptumi. 907

nasum hóc corpusque scítum – – –́ ∪ – 908

∪ –́ ∪ – ∪ léna lenam déserit? 908a

---

postico uomere [uolnere *inepte uulgo*] fossor, Lucili uatis 's. c.' | subpilo *codd.*: sūbulo *uulgo* | culopremus *scripsi*: pulo premor *optimus* pullo premor (-mon) *ceteri codd.* pulliprema *Scaliger* pullipremo *Muellerus* ‖ **902** *Non.* 107, 30 eugium media pars inter naturalia muliebria. Lucilius [inepodis] | sene **H** *m.* 1 | atque *Quicheratius*: ac *codd.* atque scultima *Loewius m. Rh.* 40, 328; *sed* destina (*subst.*) *quid sit in cunno facile est diuinatu* ‖ **903** *Non.* 496, 13 genetiuus . . pro accusatiuo . . idem ‖ **904** *Porph. ad Hor. sat.* I 3, 21 hic (Maenius) fertur domo sua, quam ad forum spectantem habuerat, diuendita unam columnam sibi excepisse, unde gladiatores spectaret; quae ex eo Maenii columna nominabatur. cuius et L. sic meminit; *septenarium constitui* | unam *addidi* (col. M. c. p. *Dousa hexametros discribens*) ‖ **905** *Non.* 274, 22 conducere, utile esse, *interlapso auctoris nomine*; *Lucilio dedit Muellerus m. Rh.* 17, 199 | uoluit (*uel* sentit) *scripsi*: soli *codd.* (scit *et porro* atque *pro* et *Muell.*) | quaestu *uulgo*: (qu(a)esti *codd.* ‖ **906** *Paulus* 328 squarrosi . . Lucilius; *Festus* 329, *ubi haec in codice adsunt* num ac rupicum squar — rostra; *uulgo hexametrum discribunt, cum tamen* rūpex *plane sit inprobabile* (*cf. et AMai auctt. class.* VIII 534 dicitur squarrosus . . unde Ennius: 'sq. et inconpeta rostra') ‖ **907** *Festus* 363 Tappulam legem conuiualem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus, cuius meminit L. hoc modo (*Paulus* 362) | concenae *Loewius prodr.* 330: concere *codd.* concerae *Scaliger* | optimi *COMuellerus*: optini *uel* opimi *codd.* ‖ **908** *G. L. K.* V 584 nasum generis neutri, ut Lucilius | scitum *Hauptius*: scutum *codd.* ‖ **908a** *Barthius ad*

909 *Seruius ad Aen. VIII 83:* sciendum tamen hoc esse uitiosum, monosyllabo finiri uersum, nisi forte ipso monosyllabo minora explicentur animalia, ut 'parturiunt montes, nascetur ridiculus mus.' gratiores enim uersus isti sunt secundum Lucilium.

910 *Fortunatianus art. rhet. III 6 p. 124:* quae uerba magis sonantia sunt, ea potius conlocemus; quae Lucilius *εὔφωνα* appellat, id est quasi uocalia.

911 *Seruius ad Aen. IX 573:* ut ait Lucilius, bonum schema est, quotiens sensus uariatur in iteratione uerborum et in fine positus sequentis fit exordium, qui appellatur climax.

912 *Ausonius epist. 5, 35 sqq.:* inuenies praesto subiuncta petorrita mulis: uilla Lucani- mox potieris -aco. rescisso disce et conponere nomine uersu: Lucili uatis sic imitator eris. — *cf. Eugenius Toletanus opusc. 23, 9 sq.*

912a *Porphyrio ad Hor. ep. II 2, 93 sq.:* circum spectemus: una pars orationis est diuisa in duos uersus Lucilii more et antiquorum.

913 *Gellius I 3, 19:* hoc profecto nemo ignorauit, etiam priusquam Theognis, quod Lucilius ait, nasceretur.

914 *Gellius IV 3, 28:* hoc uitio dat Lucilius poetae Euripidae, quod, cum Polyphontes rex propterea se

---

uers. 1748 *ex lexico Terentiano quodam* adiuuant sermonem ex abundanti addita, ut . . et Lucilius | lenam *Barthius* ‖ *alia plane dubia atque falso Lucilio adscripta, cui lubido erit uideat ex. gr. in Muelleri editione p.* 158—170; *nos ne ei quidem uersui Perottiano, qui solus colorem Lucilianum prae se ferre uidetur:*

ructantur iuuenes et foedant omnia sputis

fidem habemus.

interfecisse fratrem diceret, quod ipse ante de nece eius consilium cepisset, Meropa fratris uxor hisce adeo eum uerbis eluserit:

> εἰ γάρ σ' ἔμελλεν, ὡς σὺ φής, κτείνειν πόσις,
> χρῆν καὶ σὲ μέλλειν, ἕως χρόνος παρῆλθεν.

'at hoc enim' inquit 'plane stultitiae plenum est, eo consilio atque ea fini facere uelle aliquid, uti numquam id facias, quod uelis'.

Festus 173: 'non omnibus dormio' prouerbium 915 uidetur natum a Cipio quidam, qui Pararenchon dictus est, quod simularet dormientem, quo impunitius uxor eius moecharetur. eius meminit Lucilius. — *cf. Cic. ad fam. VII 24, 1.*

Porphyrio ad Hor. sat. II 3, 41: ostendit quid sit 916 furor, ut Lucilius * * *.

Quintilianus I 5, 56: taceo de tuscis et sabinis et 917 praenestinis quoque (uerbis): nam ut eorum sermonem utentem Vettium Lucilius insectatur *eqs.*

Seruius ad Aen. VIII 9: Diomedes reuertens de 918 Troia postquam repperit ira Veneris a se uulneratae uxorem [Aegialiam *addit unus codex*] apud Argos cum Cylaraba, ut Lucilius, uel Cometa, ut plerique tradunt, turpiter uiuere, noluit reuerti ad patriam .. sed tenuit partes Apuliae; et edomita omni montis Gargani multitudine in eodem tractu ciuitates plurimas condidit.

Seruius ad Aen. X 184: Pyrgi .. quod postea ex- 919 pugnatum a Dionysio tyranno Siciliae dicitur, de quo Lucilius scorta Pyrgensia.

Plinius n. h. VIII § 195: crebrae papaueratae 920 antiquiorem habent originem iam ab Lucilio poeta in Torquato notatae.

921 *Arnobius II 2:* fornicem Lucilianum et Marsyam Pomponi obsignatum memoria continetis. — *idem V 18:* tunc sancta et feruentia numina uim uomuisse Lucilii [*haec uide an ad lib. I spectent*].

922 *Seruius ad Aen. X 532:* parce autem est secundum antiquos 'serua', ut apud Lucilium et Ennium inuenitur.

923 *Seruius ad Aen. X 623:* sane ponere 'facere', sicut Lucilius Homerum secutus, qui ait ἄλγε' ἔθηκεν, id est fecit.

924 *Seruius ad Aen. XII 419:* panaceam genus herbarum est. sciendum tamen Lucilium [Lucretium *male codd.*] panaceam ubique salem dicere.

925 *Varro V 138:* pilum quod eo far pisunt; a quo ubi id fit dicitur pistrinum . . inde post in urbe Lucili pistrina, et pistrix.

926 *Paulus 53:* crucium quod cruciat. unde Lucilius uinum insuaue crucium dixit.

927 *Paulus 175:* noctipugam [*Salmasius:* noctilugam *uel* noctinugam *codd.*] Lucilius cum dixit, obscenum significat. — *glossae apud Loewium prodr. 411:* noctipugam: obscenum, quod quasi noctibus conpungat [-tur *codd.*].

928 *Paulus 44:* carissam apud Lucilium uafram [*Mon. ut uid.:* uafrum *ceteri*] significat. — *Philoxenus:* carisa, μαυλιστής, πορνοβοσκός — *glossae apud Loewium prodr. 305:* carisa, uetus lena, percallida.

929 *Festus 294:* ⟨suberies arboris genus,⟩ ex qua cortex ⟨natatorius detrahitur⟩. Lucilius . . . . . . ti hibernacu⟨li⟩.

Festus 282: ⟨rauam⟩ uocem ⟨significare ait .... raucam et⟩ parum ⟨liquidam, proxime canum latratum son⟩antem; ⟨unde etiam causidicum pugnaciter⟩ loquen⟨tem rabulam appellabant; ut est apud⟩ Lucilium ....t raui...... — *cf. Paulus 283.* 980

glossae mus. Rhen. 40, 325: Lacobriga [lactobriga *ex* -ca *cod.*; *cf. Paulus 118*] est qui urina humana dentes sibi fricare solet [*haec Lucilium in Hispaniae rebus multum alicubi narrasse non inprobabile est*]. 981

Charisius 126 K.: clauim Tibullus .., strigilim quoque Lucilius. 982

Charisius 54 K. (de genet. plur.): 'nucerum' enim Coelius dixit, Lucilius [Caecilius *cod. Dousae*] naterum [*cod. Dousae:* nicterum *uel* nauerum *uel* nuccerum *Neap.*]. 983

Nonius 198, 5: canalis .. feminino Lucilius *ὑποκοριστικῶς* canaliculam dixit. 984

Nonius 509, 4: disertim dicere plane palam Lucilio auctore possumus * * *. 985

Isidorus XIX 30, 1 (de corona): haec a Lucilio corolla, ab Homero *στεφάνη* dicta est. 986

Philoxenus 141, 34: muttonium: *προβασκάνιον, Λουκίλλιος* [*Λούκιος cod.*]; *cf. Loewii prodr. 303.* 987

Philoxenus 19, 45: aquilum: *μελανόν, ὡς Λουκίλλιος. cf. Loewii prodr. 297.* 988

Philoxenus 11, 16: cactum [acactum *cod., corr. Vulcanius*]: *ἄκανθα, ὡς Λουκίλλιος* [*Λουκιανος cod.*]; *cf. Loewius prodr. 304.* 989

Placidus 49, 14 D.: gallicola, cortice nucis iuglandis uiridis, per quem corpus humanum intelligi uult. — *Paulus 50:* culliola cortices nucum uiridium 940

dicta a similitudine culleorum, quibus uinum siue oleum continetur. — *Paulus 98:* gulliocae, nucum iuglandium summa et uiridia putamina. — *Philoxenus 105:* gulliocae *[Scaliger:* gutullio cae *cod.*], *κάρυα ἄκρα* [*Osannus: καροια μακρα cod.*] *παρὰ Λουκειλίῳ. cf. Loewius prodr. 299, Ribbeckius arch. lexic. II 121.*

941 *glossae Balliol. in Anglorum actis philol. XIV 80 et Ambros. in Loewii prodr. praef. VII:* pistrix [-ris *codd.*] belua marina; Lucilius* [lincius *Ball.* lucius *Ambr.*] pistrices dixit pluraliter.

942 *glossae codicis Phillippici 4626 ibid. 81:* pes ferrum sculptoris, unde dicitur: ut recto sculpat pede [*num Lucilii ?*].

943 *glossae apud Loewium prodr. 312:* cordipugis uersibus, litteris corda pungentibus [*num Lucilii? cf. fr. 927*].

L. ACCIVS.

I. annales. LIB. I.

1 Maia nemus retinens grauido concepit in aluo.

LIB. XXVII.

2 calones famulique metallique caculaeque.

ACCIVS. 1 *Prisc.* I 163 *H.* aluus Accius . . masculinum . . annali I; *Non.* 193, 25 *post fr.* 5 et alibi [obscurae auctoritatis] *ex mea correctura*: et (*uel* sed) alius (*uel* alii) *codd.*; *cf. et Charis. p.* 81 *K.* | Maia] mala L, *unde* mala manu *Scaliger* ‖ 2 *Fest.* 146 metalli . . mercennarii . Accius annali XXVII [*fortasse* annalium VII]; *cf. Paul.* 147 Accius in annalibus | metellique *uulgo.*

INCERTAE SEDIS.

maxima pars Graium Saturno et maxime Athenae 3
conficiunt sacra, quae Cronia esse iterantur ab illis,
eumque diem celebrant: per agros urbesque fere omnes
exercent epulas laeti famulosque procurant
quisque suos; nosterque itidemst mos traditus illinc
iste, ut cum dominis famuli epulentur ibidem.

fraxinus fusa ferox infensa infinditur ossis. 4

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ut quam fragilissimus aluos. 5

Varro V 98: haec [*aruigae hostiae*] sunt, quarum 6 in sacrificiis exta in olla, non in ueru cocuntur, quas et Accius scribit et in pontificiis libris uidemus.

II. didascalica. LIB. I.

Gellius III 11, 4: Accius autem in primo dida- 7 scalico leuibus admodum argumentis utitur, per quae ostendi putat, Hesiodum natu priorem: quod Homerus, inquit, cum in principio carminis Achillem esse filium Pelei diceret, quis esset Peleus, non addidit; quam rem procul, inquit, dubio dixisset, nisi ab Hesiodo iam dictum uideret. de Cyclope itidem, inquit, uel maxime, quod unoculus fuit, rem tam insignem non praeterisset, nisi aeque prioris Hesiodi carminibus inuulgatum esset.

---

3 *Macr.* I 7, 36 Saturnalia . . ante Romam in Graecia . . coepisse L. Accius in annalibus suis referat | 3 cumque *edd. priscae* | per omnes *Anglic.* | 4 epulis *codd.*, *correxi* | 5 nostrique *codd.*, *correxi* (nostrisque *edd. priscae*) | itidem et *codd.*, *corr. Gronouius* ‖ 4 *Prisc.* I 254 *H.* ossum . . Accius in annalibus | fusa *scripsi*: fissa (fisa *m.* 1 *et* fixa *pauci*) *codd.* ‖ 5 *Non.* 193, 21 aluus masculini . . Accius annalibus; *cf. et Prisc.* I 268, *ubi* aluus; *codd. Non.* aluo (sed) *uel* aluos (et) *praebent.*

8 num érgo aquila, ita ut híce praedicánt, sciciderat péctus?

9 plácare ferócem hostem inimíciterque accénsum.

10 ∠ – ⏑⏑ ∠ – sapiéntiaeque inuíctae
grátia atque honóris patera Néstorem mactáuit
aúrea.

11 ∠ – ⏑⏑ ∠ – ⏑⏑ ∠ falsidica, aúdax,
gnáti matér pessimi, odíbilis, natura ímpos,
éxcors et fera ∠ – ⏑⏑ ∠ – ⏑⏑ ∠ –

LIB. II.

12 út, dum breuitátem uelint cónsequi uerbórum,
áliter ac sit réllatum, redhóstiant respónsum.

13 – – ⏑ sed Eúripidis, quí choros temérius
ín fabulis ∠ – ⏑⏑ ∠ – ⏑⏑ ∠ –

LIB. VIII.

14 áctoribus mánuleos *et* báltea *et* machaéras.

---

8 *Gell.* VI 9, 16 L. Accius in Sotadicorum libro I 'sciciderat' dicit. uerba haec sunt; *cf. Prisc.* I 517 *H.* | num **P**: non **VR**, *codd. Prisc.* | hice *Muellerus*: hi *codd.*, *om. Prisc.* ‖ 9 *Non.* 514, 21 inimiciter. Accius didascalicorum lib. I | placere **L** | hostem ferocem *codd.*, *corr. Lachm. opusc. p.* 70, *qui primus ubique restituit sotadeos* (*frustra impugnatus a Buechelero m. Rh.* 35 *p.* 401) ‖ 10 *Non.* 341, 18 mactare, honorare. Accius didascalico lib. I | patera Nestorem *Turnebus*: pater honesto rem *codd.* ‖ 11 *Prisc.* I 253 *H.* impos . . Accius in I didascalicon | falsifica *pars codd.* | ignati (ignoti) *pauci codd.* | ecfera *Lachmannus* ‖ 12 *Non.* 165, 20 redhostit, reddit. Accius . . didascalico libro II | uelint breuitatem *codd.*, *corr. Lachm.* | relatum *codd.*, *corr. Lachm.* | redhostiant *Hermannus*: redhosti *codd.* ‖ 13 *Non.* 178, 22 temerius. Accius didascalico libro II | Euripides *Maduigius* | temerius incilabit *Lachm. alia cum discriptione* ‖ 14 *Non.* 194, 17 balteus neutro . . Accius didascalico lib. VIII | et *bis addidit Lachm.* | maceras *codd.*

LIB. VIIII.

nám quam uaria *haéc* genera poëmatorum, Baébi, 15
quámque longe dístincta alia áb aliis *sint*, nósce.

uéctigalia égerant uestra ét fruantur státim. 16

ét magnificíssimei excelsíssimeique honóre. 17

EX LIBRIS INCERTIS.

úndе omnia pérdisci ac pércipi queúntur. 18

Cic. Brut. 18, 72: Accius autem a Q. Maximo quintum consule captum Tarento scripsit Liuium, annis XXX postquam eum fabulam docuisse et Atticus scribit et nos in antiquis commentariis inuenimus, docuisse autem fabulam annis post XI, C. Cornelio Q. Minucio consulibus, ludis Iuuentatis, quos Salinator Senensi praelio uouerat; in quo tantus error Accii fuit, ut his consulibus XXXX annos natus Ennius fuerit. 19

nám nec 'gemineí leones' néc 'condaliúm' nec 20
'plaúta anus' nec 'bís compressa' néc 'Boeotia' úmquam
fúit neque adeo 'ágroecus' néque 'commoriéntes' Mácci Titi.

15 *Charis.* 142 *K.* poematorum .. Accius .. didascalicorum VIIII | 1 haec *add. Lachm.* | baebus quam quae *Neap.* | sint *add. Lachm.* ‖ 16 *Char.* 220 *K.* statim Accius in didascalicon VIIII | egerant *Lachm.*: legerant *Neap.* | fruantur *scripsi*: seruantur *Neap.* struantur *Lachm.* ‖ 17 *Prisc.* I 92 *H.* magnificus .. Accius in VIIII didascalicon | magnificissime excelcissime excelsissimique (excellentissimique *uel sim.*) *codd.*, *corr. Krehlius et Hertzius* ‖ 18 *Diom.* 385 *K.* Attius .. alibi eodem modo ‖ 20 *Gell.* III 3, 9 M. tamen Varro in libro de comoediis Plautinis primo Accii uerba haec ponit (*cf. Gell.* III 3, 1 indicibus .. Accii .. super his [*Plauti*] fabulis) | 1 lenones *Thysius cp. Prisc.* I 231 *H.* | 2 plauta anus *scripsi*: anus Plauti *codd.*,

21 *Cic. Brut. 64, 329:* Accius isdem aedilibus ait se et Pacuuium docuisse fabulam, cum ille octoginta, ipse triginta annos natus esset.

III. parerga. LIB. I.

22 uenás proscissas * cóssi * lerare órdine,
porcás bidenti férro rectas sóluere.

23 *Plinus n. h. XVIII 200:* adiecit his [*serendi praeceptis*] Attius in praxidico, ut sereretur, cum luna esset in ariete, geminis, leone, libra, aquario, Zoroastris sole scorpionis duodecim partes transgresso, cum luna esset in tauro.

IV. pragmatica. LIB. I.

·24 –́ ⏑ – ⏑ –́ ⏑ – et cúncta fieri cétera
ínbecilla ob pónderitatem gráuitatemque nóminis.

EX LIB. INCERTIS.

25 –́ ⏑ – ⏑ –́ describere ín theatro pérperos
pópularis.

---

quod nomen hic inportunissime inseritur; Plauti anus *Lachm.* boetia (-cia) *codd.* | 3 Macci Titi *Ritschelius*: m. accii (actii) titi *codd.* ‖ **22** *Non.* 61, 19 porcae .. Accius parergorum lib. I; *sine dubio hoc fragmentum ex eodem libri I opusculo est sumptum, quod sub alio titulo adfert Plin. fr.* 23 | 1 uenas *scripsi*: bene *codd.* (uenae proscissae *Muellerus*) | cossigerare *codd.*, cossim girare *Scaliger sine iusto sensu*; *latere* lerare (lirare) *pro certo habeo cp. Varr. de re r.* I 29, 2, *sed* cossi *emendare nescio* (cossim *displicet*) | 2 soluere *scripsi*: dereuere *codd.* (*ex* dẹrẹuere, *h. e.* oluere); rectas *est 'erectas'* ‖ **24** *Non.* 156, 4 ponderitatem a pondere, ut grauitatem. Accius pragmatico lib. I | 2 ob *Maduigius op.* I 110: non quod *codd.* | nominis *idem*: hominis *codd.* ‖ **25** *Non.* 150, 10 perperos, indoctos, stultos . . Accius pragmaticis | discribere **HL**.

ét eo plectuntúr poetae, quám suo uitio, saépius, 26
dúctei uilitáte nimia uéstra aut perperitúdine.

Gell. XX 3: sicinnium .. genus ueteris saltationis 27
fuit. saltabundi autem canebant, quae nunc stantes canunt. posuit hoc uerbum L. Accius in pragmaticis appellarique sicinnistas ait nebuloso nomine, credo propterea 'nebuloso', quod 'sicinnium' cur diceretur obscurum esset.

V. incertae sedis fragmenta.

it nigrum campis agmen ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 28

Varro VII 64: miraculae a miris, id est monstris, 29
a quo Accius ait personas distortis oribus deformis miriones.

Varro V 21: terra dicta ab eo .. quod teritur .. 30
hinc fines agrorum termini .. hoc cum 'i' in Latio aliquot locis dicitur, ut apud Accium non 'terminus', sed terimen [termen *cod., corr. Spengelius*].

Varro VII 36 ea, ut Graeci, σκηνή, ut Accius 31
scribit, scena.

(hic) Iouis. 32

Terentius Scaurus p. 18 K.: Accius geminatis uoca- 33
libus scribi natura longas syllabas uoluit, cum alioqui adiecto uel sublato apice longitudinis et breuitatis nota

---

26 *Non. l. l.* idem eodem | 2 ductabilitate *codd.* (ducibilitate G *margo*), *corr. Quicheratius*; *uulgo ante* ductab. *addunt* aut ‖ **28** *Seru. ad Aen.* IV 404 hemistichium Enni .. quo ante Accius est usus de Indis ‖ **29** *sqq. adscripsi quae aliquo cum iure etiam ad cetera praeter tragoedias opuscula referri possunt; orthographica num propriis libris Accius tractauerit, non constat: possunt eae quaestiones tamen didascalicis uel pragmaticis fuisse insertae* ‖ **32** *AMai auct. class.* V 151 legimus in Capro 'hic Iouis' etiam .. Accius .. utuntur hoc exemplo.

posset ostendi. — *cf. et Quintil. I 7, 14, Velius Longus p. 55 K.; Mar. Victorinus p. 8 K.:* cum longa syllaba scribenda esset, duas uocales ponebat, praeterquam quae in 'i' litteram incideret; hanc enim per 'e' et 'i' scribebat.

34 *Priscianus I p. 30 H.:* ostendit Varro in primo de origine linguae latinae his uerbis: ut Ion scribit, quinta uicesima est littera, quam uocant agma, cuius forma nulla est, etsi [et *codd.*] uox communis est Graecis et Latinis, ut his uerbis 'aggulus', 'aggens', 'agguilla', 'iggerunt'. in eius modi Graeci et Accius noster bina 'g' scribunt, alii 'n' et 'g', quod in hoc ueritatem uidere facile non est. similiter 'agceps, agcora'. — *cf. Mar. Victorin. p. 8 et 19 K.*

35 *Mar. Victorin. p. 8 K.:* idem nec 'z' nec 'y' in libros suos rettulit, quod aeque [quia quae *codd.*] ante fecerant Naeuius et Liuius.

TEMPLI TARRACINENSIS **inscriptio.**

1 bene mériti serui sédeant: surgunt líberi.

Q. VALERIVS SORANVS.

1 uetús *sat* adagió est, o Publi Scípio.

T. TARR. inscr. *Seru. ad Aen.* VIII 564 in huius (*Feroniae*) templo Tarracinae sedile lapideum fuit, in quo uersus incisus erat; *de tempore cf. Buechelerus m. Rh.* 41 *p.* 2 | surgant *Masuicius* surgent *Daniel.*

VAL. SOR. (*Teuff. HLR.* § 147). 1 *Varr.* VII 31 apud Valerium Soranum | sat *addidi, cum uersum adesse facile appareat* | .o. p. scipio *Flor.*

Accius Hectōrem nollet facere, Hectŏra mallet. 2

Varro VII 65: scrupipedam . . Iuuentius comicus dicebat a . . Valerius a pede ac scrupea. 3

Iuppiter omnipotens rerum regumque repertor, 4
progenitor genetrixque deum, deus unus et idem.

Plinius n. h. praef. 33: hoc [*scil. subiungere indices librorum*] ante me fecit in litteris nostris Valerius Soranus in libris, quos ἐποπτίδων inscripsit. 5

Plinius n. h. III 65: Roma ipsa, cuius nomen alterum dicere arcanis caerimoniarum nefas habetur, optimaque et salutari fide abolitum enuntiauit Valerius Soranus, luitque mox poenas. — *cf. Plutarchi q. R. 58, 61, Solinus 1, 7.* 6

T. QUINTIVS ATTA. **I. epigrammata.**

praeterea lusit resoluta crine capillus. 1

---

2 *Varr.* X 70 Hectōrem, Nestōrem . . Accius haec in tragoediis largius a prisca consuetudine mouere coepit et ad formas graecas uerborum magis reuocare, a quo Valerius ait | nolet — malet *uulgo sine causa* ‖ **4** *AMai auct. class.* III 161 plerumque deus et unus idemque non solum diuersis nominibus, sed et diuerso ac uario sexu dicitur iuxta illos uersus Valerii Sorani; *Augustin. de ciu. dei* VII 9 quosdam uersus Valerii Sorani exponit idem Varro . . qui uersus hi sunt (*cf. ibid. c.* 11, 13) | **1** rerum regumque repertor *mythographus* (*cf. Aen.* XII 829): regum rerumque deumque *Augustin.* rerum rex ipse deumque *Burmanus* | **2** idem *mythogr.*: omnis *Augustin.* ‖ *fr.* **3** *ut ex eodem atque fr.* **1** *et* **2**, *ita* **6** *ex eodem atque* **4** *opere haustum esse potest* (*fr.* **5** *num poeticum librum innuat dubium manet*) ‖ *huic Sorano Krahnerus dedit uersum a nobis Ennio* (*fr.* 50) *adscriptum* (*nec ad librum editum spectat Gell.* I 10, 3).

ATTA (*Teuff. HLR.* § 144). **1** *Non.* 202, 23 crines . . feminino . . Atta in epigrammatibus | lusit *scripsi*: tu sis *codd.* |

II. satura.

2 ⏑ –́ ⏑ – ⏑ –́ uertamus uómerem
in céram mucroneíque aremus ósseo.

POMPILI epigrammata.

1 Ridiculum est, cum te cascum tua dicit amica,
fili Potoni, sesquisenex puerum.
dic rusum pusam: sic fiet 'mutua muli';
nam uere pusus tu, tua amica senex.

2 Pacui discipulus dicor, porro is fuit *Enni*,
Ennius Musarum: Pompilius clueo.

---

tesoluta (d *supra* t *pr.*) **L** desoluta **HG**, *corr. Mercerus* (*cf. Hauptius op.* III 440) ‖ 2 *Isidor. or.* VI 9 institutum, ut ceram ossibus scriberent, sicut indicat Atta in satura [sic *Guelf.*, *Mon.*: satyra *uulgo*]; *cf. et Mai auct. class.* VI 578; *togâtae alicui uulgo attribuunt, discripsit senarios Hauptius op.* II 340 | ceram *Ottonis codd.*, *auct. class.*: cera *Guelf.* cęra *Mon.* | mucroneque *Isid.*, uero neque *auct. class.*, mucronique *Hauptius*.

POMPIL. (*Teuff. HLR.* § 146). 1 *Varro* VII 28 item ostendit (*cascum uetus esse*) Pompili [Papini *Flor.*] epigrammation, quod in adulescentem fecerat [cascum *add. Flor.*, *glossam deleo*]; *Prisc.* I 90 *H.* Pompilius [*sic Bergkius*: pompnius **P** pomponius *ceteri codd.*] in epigrammate, quod M. Varro in libris qui sunt de lingua latina refert: tua amica senex | 1 cascum *scripsi*: cascam *Flor.* Cascam *uulgo* | amica *uulgo*: anna, *ut uid.* (*ult. litt. incerta*) *Flor.* amici *apographa* | 2 potonis es qui senex *Flor.*, *corr. Turnebus* | 3 dic rusum pusam *scripsi*: dicit pusum puellam pusam *Flor.* dic tu illam pusam *Turnebus* | 3, 4 mutuam mulinam uere *Flor.*, *corr. Panthagathus* ‖ 2 *Non.* 87, 32 cluet, nominatur . . Varro ὄνος λύρας; *Varro Pompilii ipsius epigramma referre uidetur* | 1 Pacui *Lachm. ad Lucr. p.* 306: pacuuius *codd.* | porrois **L**: poreis **H** *m.* 1 porois **H** *m.* 2 **G** | Enni *add. Rothius* | clueor *codd.*, *corr. Iunius* | *ad tragoedias referunt uersum apud Varr.* VII 93.

VALERI AEDITVI **epigrammata.**

Dicere cum conor curam tibi, Pamphila, cordis, 1
quid mi abs te quaeram, uerba labris obeunt,
per pectus manat *multus* subito mihi sudor:
sic tacitus, subidus dum studeo, pereo.

Quid faculam praefers, Phileros, quae nil opus nobis? 2
ibimus sic: lucet pectoris flamma satis.
istam mox potis est uis saeua exstinguere uenti
aut imber caelo concitus praecipitans;
at contra hunc ignem Veneris, nisi si Venus ipsa,
nullast quae possit uis alia opprimere.

Q. LVTATI CATVLI **epigrammata.**

Aufugit mi animus; credo, ut solet, ad Theotimum 1
deuenit. sic est: perfugium illud habet.

VAL. AEDIT. (*Teuff. HLR.* § 146). 1 *Gell.* XIX 9, 11 Aeditui uersus ⟨hice fuerunt⟩ | 2 mi *Aldina*: mihi *codd.* | uerba *unus cod.*: membra *ceteri* | obeunt *scripsi anal. Catull. p.* 61: abeunt *codd.* | 3 multus subito mihi *scripsi*: mihi subito *codd.* subito mihi *Ald.* subito subido m. *Usenerus* (sub. stupido m. *CFWMuellerus* sub. gelidus m. *Peiperus*) | 4 sic *unus*: si *fere codd.* | rubidus *Peiperus* cupidus *Kruegerus* stupidus *Muellerus* | dum studeo *scripsi*: duplideo (dupli deo) *codd.*; *erat in archetypo* DVN≋≋UDEO; *uulgo* duplo ideo, *Usenerus* dum pudeo *legunt*; *at requiritur, quod illi* conor *u. 1 respondeat* ‖ 2 *Gell. l. l.* § 12 atque item alios uersus eiusdem addidit | 1 Quid **XOΠN**: Qui **QZ** | que **QZ**: qua **XOΠN** | ni(c)hil *codd.* | 2 pectori(s) *scripsi*: pectore *codd.* | 3 mox (*uel* $\overline{nc}$ = nunc) *scripsi*: non *codd.* nam *Turnebus* | 4 concitus *scripsi*: candidus *codd., quod sententia* (*cf. u.* 3 saeua) *respuit* | 5 Ad *codd.* | si *om.* **XOΠN** | 6 nulla est **QXΠ**.

LVT. CATVL. (*Teuff. HLR.* § 142, 4). 1 *Gell.* XIX 9, 14 Quinti Catuli uersus illi fuerunt | 1 Offugit **XΠ** | mihi *codd.* |

quid? quasi non interdixem, ne illunc fugitiuom
mitteret ad se intro, sed magis eiceret!
ibimus quaesitum. uerum ne ipsei teneamur,
formido. quid ago? da, Venus, consilium.

2 Constiteram exorientem Auroram forte salutans,
quom subito a laeua Roscius exoritur.
pace mihi liceat, caelestes, dicere uestra:
mortalis uisust pulcrior esse deo.

VERSUS POPVLARIS.

1 póstquam Crassus cárbo factus, Cárbo crassus fáctus est.

A. FVRIVS ANTIAS.

1 sanguine diluitur tellus, caua terra lutescit.

2 omnia noctescunt tenebris caliginis atrae.

3 increscunt animi, uirescit uolnere uirtus.

---

3 quid OΠN: qui QZX | quasi *ThKorschius*: si *codd.* | 5 uerum *uulgo*: uerbum *codd.* | ipsei] ipsiti *codd.* ‖ 2 *Cic. de nat. d.* I 28, 79 Q. Catulus . . dilexit municipem tuum Roscium; in quem etiam illud est eius | 2 cum *codd.* | 4 uisust *Ursinus*: uisus *codd.*

VERS. POPVL. *Marius Plotius* 461 *K.* astismus . . per similitudinem, quo modo dictum est de Carbone, qui mortuo Crasso, homine felice, inimico suo, ante obscurus florere coepit 'p. C. c. f. e.', id est periit, 'C. c. f. e.', id est res ante mortua reuixit, id est ad florem peruenit; *mortuus est L. Licinius Crassus, cui Papirius Carbo erat inimicissimus* (*Cic. de or.* III 3, 10), *a. a. Chr.* 91; *cf. Hauptius op.* III 325.

FVRIVS ANTIAS. 1—6 *Gell.* XVIII 11 (*in cuius lemmate* Furi Antiatis) uersus . . ex poematis Furianis . . subdidi ‖ 1 (*cf. et Non.* 133, 24) lut. *explicat Gell.* terram in lutum uersam ‖ 2 (*cf. et Non.* 145, 10) noct. *Gell. expl.* tenebras in noctis modum factas ‖ 3 (*cf. et Non.* 188, 8) | crescunt *Non. codd.* |

sicut fulca leuis uolitat super aequora classis.
spiritus Eurorum uiridis cum purpurat undas.
quo magis in patriis possint opulescere campis.

PORCIVS LICIN[I]VS.

I.

Poénico belló secundo Músa pinnató gradu 1
íntulit se béllicosam in Rómuli gentém feram.

Varro de l. l. V 163: [*post codicis lacunam*] . . ligionem Porcius designat, quom de Ennio scribens dicit eum coluisse Tutilinae loca. 2

Cic. de fin. I 2, 5: ut, cum Sophocles uel optime scripserit Electram, tamen male conuersam Atilii mihi legendam putem; de quo Licin[i]us ferreum scriptorem; uerum, opinor, scriptorem tamen, ut legendus sit. 3

dúm lasciuiám nobilium et laúdes fucosás petit, 4
dum 'Africani uócem diuinam haúrit auidis aúribus,

---

uirescunt *codd. Gellii*, (*non Nonii*), *qui expl.* pristinas uires reciperare ‖ 4 fulca *Pontanus*: fulica *codd.* ‖ 5 purp. *Gell. expl.* quod uentus mare caerulum crispicans nigrefacit [*sic scripsi*: nitefacit *codd.*] | *puto* Eurous ‖ 6 (*cf. et Non.* 148, 17, *ubi pro* patriis *codd.* campis *ex u. sq.*); opul. *Gell. expl.* opulentum fieri.

PORC. LIC. (*Teuff. HLR.* § 146). 1 *Gell.* XVII 21, 45 Porcius Licin[i]us serius poeticam Romae coepisse dicit in his uersibus | 2 se *Aldus*: sese *codd.* ‖ 3 *uerba* uerum — tamen *olim continuabant Licino* (excriptorem *Scaliger*; *cf. Maduig.*) ‖ 4 *Sueton. uita Terentii in Ritschelii op.* III 205 quamuis . . Porcius suspitionem de consuetudine per haec faciat | 1 lasciuam A | fucosas laudes B (*sic deteriorum archetypum significo*) | 2 uocem diuinam haurit (= *bibit*) *scripsi in Fleck. ann.* 1881 *p.* 403: uocem dum et inhuius et A uoce diuina inhiat B uocem

dum ád Philum se cénitare et Laélium pulchrúm putat,
dúm, se amari ab hís *quom* credat, crébro in Albanúm ⏑ –,
´ ⏑ – ⏑ ´ ⏑ rapitur ób florem aetatís suae:
suís postlatis rébus ad summam ínopiam redáctus est.
ítaque ex conspectu ómnium abit ut Graéciae in terram últumam,
mórtuost Stympháli, Arcadiae *in* óppido: nil Públio
Scípio profuít, nihil illei Laélius, nil Fúrius,
trés per id tempús qui agitabant fácile nobilíssumei:
eórum ille opera né domum quidem hábuit conductíciam,
sáltem ut esset quó referret óbitum domini séruolus.

II.

Custodes ouium teneraeque propaginis, agnum,
quaeritis ignem? ite huc. quaeritis? ignis homost.

---

diuinam inhiat *Muretus male* | 3 Philum *Rothius*: fixum **A** furium **B** | centare **A** (coenit. *uel.* coempt., *sim.* **B**) | putat pulchrum **B** | 4 quom *addidi* | credat **A**: credit **B** | *supple fere* uenit *porroque u. s.* gaudiis qua Veneris (*inpudica omisere librarii*) | rapitur ob **A**: rapi ad **B** | 6 suis postlatis *Ritschelius*: post (ipsus *uel* ipsis **B**) sublatis *codd.* | 7 ex **A**: e **B** | abit ut *scripsi*: abiit in **B** abit (*om.* ut) **A** | Graeciae *Bothius*: greciam *codd.* | ultimam *codd.* | 8 mortuus est infalo (in phalo *fere* **B**) *codd.*, *corr. Rothius* (*nisi quod* Stymphali *Ritschelius*); *qui et* in *addidit* | opido **A** | nichil **A** nihil **B** *praeter unum* (*et sic postea*) | Publio *unus ex* **B**: P. (= *Publius*) *codd.* | 9 ei profuit. nihil illi **A** profuit nihil ei **B** (*in archetypo* profuit nihil illi *et* ei *supra* illi *legebatur*, *unde* illei *dedi*) | furius tres **B**: siministros **A** (*corr. in mg. m. rec.*) | 10 id *Wolfius*: idem *codd.* | facile nobilissumei *scripsi l. l.*: nobiles facillime (-mę **A**) *codd.* | 11 habuit **B**: si abuit **A** | conducciciā **A** | 12 seruulo **A** seruulus **B** ‖ 5 *Gell.* XIX 9, 13 item dixit uersus Porcii Licini[i] hosce |

si digito attigero, incendam siluam simul omnem,
  omne pecus flammast, omnia qua uideo.

seréna caeli mómina et salsí fretus. 6

VOLCACII SEDIGITI **liber de 'poetis.**

multós incertos cértare hanc rem uídimus, 1
palmám poetae cómico cui déferant.
eum meó iudicio errórem dissoluám tibi,
ut, cóntra siquis séntiat, nil séntiat.
Caecílio palmam Státio do mímico;
Plautús secundus ácie exsuperat céteros;
dein Naéuius, qui féruet, pretio in tértiost;
si erít, quod quarto détur, dabitur Lícinio.
post ínsequi Licínium facio Atílium;
in séxto consequétur hos Teréntius;
Turpílius septimúm, Trabea octauom óptinet;
nonó loco esse fácile facio Lúscium;
decimum áddo causa antíquitatis 'Ennium.

---

1 teneraeque *PVictorius*: uendere *codd.* uernaeque *RUngerus* mandrae *Hauptius* | 2 q. ignem itē huc q. ite huc ignis homost (*pars* homo est) *fere codd.* | 4 flamma est *pars codd.* | qua *codd. probi*: quae *dett.* | *sensu iusto carent haec ultima*; *puto* omnia ab igne meo ‖ 6 *Charis.* 129 *K.* fretus, huius fretus. Porcius Licinius [lucinni, i *supra* u, *Neap.*] .. 'salsi fretus'; *unde huc traxit IBeckerus, quae ab Non.* 205, 34 fretum masculini *tribuuntur Lucilio* | serena *uulgo*: serana **L** *et* (-nae *m.* 1) **H** saerana (ae *ex* e *m.* 2) **G** | caecili **HG** caecaeli **L** caeli *alii* | nomina **H** *m.* 1 nomine *ceteri codd. Non.*; momina *Lachm.* | salsi *Char.*: salis *Non. codd.*

VOLC. SEDIG. (*Teuff. HLR.* § 197). 1 *Gell.* XV 24 Sedigitus in libro, quem scripsit de poetis | 1 uidemus *uulgo*: uidimus *codd.* | 4 si qui *Osannus* | 5 do mimico *Iac. Gronouius*: dominico **QZ** do cominico **X** do (de) comico *ceteri* do mimicam *Bothius* | 6 acie *scripsi*: facile *codd.* | 7 qui seruet pretio in tertiost (-io est *pars*) *codd.*, *corr. edit. Colon. a.* 1526 (qui ser-

2 sed ut ʹAfer populo séx dedit comoédias,
iter hínc in Asiam fécit. *at* nauem út semel
conscéndit, uisus númquam est: sic uitá uacat.

3 Publí Terenti hae quaé uocantur fábulae
cuiaé sunt? non qui iúra gentibús dabat
has súmmo honore afféctas fecit fábulas?

4 remouétur Hecura séxta, exilis fábula.

5 *Sueton. uita Ter. p. 212 R.:* Volcacius autem non solum Naeuio et Plauto et Caecilio, sed Licinio quoque et Atilio postponit (*Terentium*).

---

uet pretium, tertiust *Ritschelius*) | 9 Licinium] illi quintum *malim* | 10 consequitur *codd.*, *corr. Pithoeus* | 11 octauum *codd.* | 13 antiquitatis causa *codd.*, *corr. uulgo* || 2 *Sueton. uita Ter. in Ritsch. op.* III *p.* 211 de morte eius Volcatius sic tradit | 1 dedit comoedias B (*cf. ad Porcii Lic. fr.* 4): comodias ded̄ A | 2 itẽ hinc *et* faecit A | at *addidi* (nauem autem ut *Ritschelius* ut nauem *Buechelerus*) | nauim B || 3 *Donat. in auctario Sueton. u. Ter. Ritsch. p.* 214 Scipionis fabulas edidisse Terentium Volcacius [*sic Buechel. m. Rhen.* 33 *p.* 492: uallegius A ualegius B, *unus* ualgius] in actione ait; *haec ultima corrupta*; *probabiliter FLeo m. Rhen.* 38 *p.* 322 in enumeratione | 1, 2, 3 *sic codd. tradunt* hae quae uoc. fab. cuiae sunt non has qui iura populis (popülis A *m.* 2) retentibus (terentius A *m.* 2 *mg.* recensentibus B) dabat summo h. affectus f. f., *correxi*; *turbae exortae, cum scriba a* publi terenti *ad* gentibus *aberrasset haecque conflasset* (*aliorum maximeque Fleckeiseni conamina apud Ritschelium uide*) || 4 *Suet. u. Ter. p.* 207 *R.* et hanc autem et quinque reliquas aequaliter populo probauit, quamuis Volcatius in enumeratione omnium ita scribat | remouetur *scripsi*: sumetur A sumeretur (sũmetur, submeret) B simitur *Ritschelius* | hęc ira A hecyra *sim.* B | exilis *scripsi*: ex his *codd.* exclusast *Ritschelius*.

CN. MATIVS.

I. **Ilias.** LIB. I.

corpora Graiorum maerebat mandier igni. 1

obsceni interpres funestique ominis auctor. 2

LIB. VII.

dum dat uincendi praepes Victoria palmam. 3

LIB. XII.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – celerissimus aduolat Hector. 4

LIB. XV.

acrum. 5

LIB. XX.

ille hietans herbam moribundo conterit ore. 6

LIB. XXI.

altera pars acii uitassent fluminis undas. 7

LIB. XXIII.

an maneat specii simulacrum in nocte silentum. 8

MATIVS. (*Teuff. HLR.* § 150). 1 *Varro* VII, 95 apud Matium; *Scaliger cp. Hom. Il.* VII 428, *OMuellerus rectius cp. Il.* I 56 | maerebar *Flor.*, *corr. OMuellerus* ‖ 2 *Varro* VII 96 apud Matium; *Il.* I 62 ‖ 3 *Gell.* VII 6, 5 Cn. Matium [trimacium *codd.*] . . qui in septimo [secundo *codd.*] Victoriam uolucrem 'praepetem' appellauit in hoc uersu; *cf. Hom. Il.* VII 291 *sq.* ‖ 4 *Prisc.* I *p.* 334 *H.* Gn. Matius [matilius *fere codd.*] in Iliade; *Il.* XII 462 ‖ 5 *Charis.* 117 *K.* 'a.' tamen pro 'acrem' Cn. Matius Iliados XV ‖ 6 *Diomed.* 345 *K.* hiare et hietare . . Gn. Matius [attius *codd.*] uicensimo Iliados | moribundo tenit (tenet **B**) ore *codd.*, *correxi*; moribundus *uulgo* ‖ 7 *et* 8 *Gell.* IX 14, 14 *de uocum in* -es *genetiuo* i *agens* Cn.

II. mimiambi.

9 iamiam albicascit Phoebus et recentatur,
commune hominibus lumen et uoluptatis.

10 quapropter edulcare conuenit uitam
curasque acerbas sensibus gubernare.

11 nuper die quarto, ut recordor, et certe
aquarium urceum unicum domi fregit.

12 sinuque amicam refice frigidam caldo
columbulatim labra conserens labris.

13 iam tonsiles tapetes ebrii fuco,
quos concha purpura imbuens uenenauit.

14 ⏑ – ⏑ ⏗ ⏑ – ⏑ – ⏑ ficorum
in milibus tot non uidebitis grossum.

15 sumas ab almo lacte diffluos grossos.

Matius in Iliadis XXI .. idem Matius in XXIII [*ita Scaliger*: XIII *codd.*]; *Il.* XXI 3 *sq. et* XXIII 103 *sq.* | 8 in nocte *scripsi*: in morte *codd.* ‖ 9 *Gell.* XV 25 Cn. Matius .. in mimiambis .. recentatur pro eo quod Graeci dicunt ἀνανεοῦται (*Non.* 167, 16) | 1 Phoebus *om. Non.* | 2 com. lumen hominibus et uoluptatis (et uol. *om. Non.*) *codd.*, *traieci*, *ut iam* uoluptatis *sit nominatiuus* ‖ 10 *Gell. l. l. post* 9 idem Matius isdem mimiambis edulcare dicit, quod est dulcius reddere (*Non.* 106, 25) | 2 plurasque *et* gubernasse *codd. Non.*, *quorum nonnulli* senibus ‖ 11 *Gell.* X 24, 10 die quarto .. Cn. Matius .. in mimiambis pro .. 'nudius quartus' (*Macr.* I 4, 24, *ubi* unicum *om. Paris.*) ‖ 12 *Gell.* XX 9 figmentis uerborum nouis Cn. Matii .. in mimiambis | 1 reficere *codd.*, *corr. Scaliger* | columbulatim **Z**: columbalatim **Q** columbatim **XΠN** ‖ 13 *Gell. l. l. post prius fr.* item ‖ 14 *Macr.* III 19, 5 lacte proprie ficorum dicitur. grossi appellantur fici quae non maturescunt .. Mattius | ficorum *post* tot *codd.*, *traiecit Santenius* (*delet Bothius*) ‖ 15 *Macr. l. l. post fr. prius* et paulo post ait | ab almo *scripsi*: a basilio *Paris.* ab alio *ceteri codd.* | grossus *Paris.*, *num recte?*

meos hortulos, quando holero, stercoro plure. 16

pressusque labris unus acinus arebat. 17

NINNII CRASSI **Cypria Ilias.**

LIB. I.

collum marmoreum torques gemmata colorat. 1

LIB. II.

‒ ◡◡ ‒ penetrat penitus thalamoque potitur. 2

LIB. XVI.

o socii, nunc fite uiri. 3

LIB. XXIV.

nam non coniui *iam* oculos ego deinde sopore. 4

MANILIVS. **I. Epigrammata.**

Cascúm duxisse cáscam non mirábile est, 1
quoniám cariosas cónficiebat núptias.

---

16 *Prisc.* I 274 *H.* holero . . Gn. Mattius [accius, martius, m̄. accius, m̄. actius *codd.*] | m. h. plus stercoro quam holero *codd.*, *correxi* ‖ 17 *Non.* 193, 12 acinus masculino . . Matius [*sic LMuellerus*: et alii *codd.*] obscurae auctoritatis.

NINN. CRASS. 1 *Charis.* 145 *K.* hic et haec torques . . Ninnius [*Scriuerius*: nęuius *cod.*] Cypriae Iliadis libro I | colorat *scripsi*: coronat *cod.* ‖ 2 *Prisc.* I 502 potītur . . Ninnius [*Scriuerius*: neuius *codd.*] in Iliadis secundo ‖ 3 *Non.* 475, 14 fite imperatiuo modo . . Crassus lib. XVI Iliados | o *addidit Iunius* (nunc *Scaliger*) ‖ 4 *Prisc.* I 478 *H.* conipeo . . praeteritum tam in 'ui' quam 'xi' habuit. Ninnius Crassus in XXIIII Iliados | iam *addidi* (non iam = *nondum*).

MANIL. (*cf. ThMommsenus mus. Rhen.* 16, 285). 1 *Varro* VII 28 cascum uetus . . eo magis Manilius quod ait | 2 cario-

II. EX INCERTI NOMINIS LIBRO.

2 Lató est Coeo creáta Titanó ⏑ –

3 Latóna parit onústa complexú Iouis
Deli ádeo geminos ⏑́ ⏑ – ⏑ ⏑́ ⏑ –;
deíque eo Titánis, Deliadaé cluent.

4 *Varro de l. l. V 31:* Europa ab Europa Agenoris, quam ex Phoenice Manilius [manlius *cod.*] scribit taurum exportasse, quorum egregiam imaginem ex aere Pythagoras Tarenti fecit.

5 *Plinius n. h. X 4 de aue Phoenice:* primus atque diligentissime togatorum de eo prodidit Manilius senator ille maximis nobilis doctrinis doctore nullo: neminem extitisse qui uiderit uescentem, sacrum in Arabia Soli esse, uiuere annis DXL, senescentem cassiae turisque surculis construere nidum, replere odoribus et superemori. ex ossibus deinde et medullis eius nasci primo ceu uermiculum, inde fieri pullum, principioque iusta funera priori reddere et totum deferre nidum prope Panchaiam in Solis urbem et in ara ibi deponere. cum huius alitis uita magni con-

---

sas *Lachmannus*: carioras *Flor.* Caron eas *Scaliger* ‖ 2—5 *ex libro miraculorum pleno fluxisse uidentur* ‖ 2 *Varro* VII 16 Titanis (*Diana*) dicta, quod eam genuit * ut niplautus * Lato. ea, ut scribit Manilius, est coecreato titano, *in qua Flor. scriptura* Coeo *dedit OMuellerus*; *dubites sitne* ea est *an* Lato est *in initio ponendum* ‖ 3 *Varro post fragm.* 2 ut idem scribit | 1 parit *Flor.*: pariit *Scaliger* | onusta *scripsi*: casta *Flor. absone* | iobis *Flor.* | 2 Deli adeo *scripsi*: Delia deos *Flor.* Deli deos *uulgo* | *post* geminos *pergit Flor.* id est Apollinem et Dianam, *qua glossa recepta apparet finem uersus intercidisse* | 3 diique eo *scripsi*: dii quod *Flor.* | Deliadae cluent *scripsi*: deliadae eadem *Flor.* ‖ *in fragm.* 5 *iambos hic illic facile audio, ut* nemo extitit | qui uiderit uescentem ‖ *ad hunc Manilium eiusque librum poeticum num alia redeant a Mommseno congesta perquam mihi est dubium.*

uersionem anni fieri prodit idem Manilius, iterumque significationes tempestatum et siderum easdem reuerti, hoc autem circa meridiem incipere, quo die signum arietis sol intrauerit, et fuisse eius conuersionis annum prodente se P. Licinio Cn. Cornelio cos. CCXV.

SVEIVS.

I. idyllia. MORETUM.

admiscet bacas nucis. haec nunc *regia* partim, 1
partim Persica (quod nomen fit denique) fertur
propterea, quod qui quondam cum rege potenti,
nomine Alexandro Magno, fera praelia belli
in Persas tetulere, suo post inde reuentu
hoc genus arboris in praelatis finibus Grais
disseruere, nouos fructus mortalibus dantes.
mollusca haec nux est, nequis forte inscius erret.

PVLLI.

se íncidunt, exín labellis mórsicatim lúsitant. 2

úbi tu nequaquám cubares ásperiter ⏑ ⏑́ ⏑ ⏑ 3

SVEIVS. 1 *Macr.* III 18, 10 Sueius [*ita Paris.*: Suetius *Bamb.*] . . in idyllio, quod inscribitur Moretum. nam cum loquitur de hortulano faciente moretum, inter cetera quae eo mittit et hoc pomum mitti ait his uerbis | 1 admisce tua ca basilicis. *Paris. et, nisi quod* cauasilicis (b *supra* u), *Bamb.*, *correxi Misc. Crit. p.* 22 (*in archetypo* ba *supra* ua *scriptum puta*); baccam *iam Salmasius* | regia *addidi* | 2 fit *Buechelerus m. Rhen.* 37 *p.* 342: sit *Bamb. m.* 1 sic *m.* 2, *Par.* | 4 fere *Bamb. m.* 1 | bello *codd.*, *correxi* | 5 *malim* suom — reuentum | 6 prolatis *Ribbeckius m. Rhen.* 27 *p.* 182 | 7 disseuere *idem puto* popularibus | dentes *Bamb. m.* 1 ‖ 2 *Non.* 139, 24 morsicatim. Sueius [*ita LMuellerus*: suis *codd.* seuius *in* seuis *corr.* H] pullis | sic incedunt et in lab. *codd.*, *correxi* ‖ 3 *Non.* 513, 24

4 escam híc absinthi e iúre in os pulló data,
simul ássulatim uíscus assumít cibum.

NIDVS.

5 ∪ ∠ inter se dégularunt ómnia.

INCERTAE SEDIS.

6 ascéndit e frunde ét fritinnit suáuiter.

7 * ita tradedeque * in ré neque in
iudícium Aesopi néc theatri tríttiles.

⟨II. annales.⟩ . LIB. V.

8 — redeunt referunt laeti rumore secundo.

---

asperiter. Sueius [ueius *codd.*, *corr. Muell.*] pulis | aspiciter (ci *m.* 1 *del.*) G, *ut et in lemmate*, aspiter HL (*uirgula omissa*); aspriter *Muellerus* ‖ 4 *Non.* 72, 21 assulatim ut minutatim .. Sueius [uaeius *codd.*, *corr. Muell.*] pullis | 1 escam hic iure inops pullo da adscintille (assint illae H *m.* 1) *codd.*, *correxi* (e iure *et* in os *iam Mercerus*) | 2 uiscus assumit *Muellerus*: uis aias sumit *codd.* ‖ 5 *Charis.* 103 *K.* gulam .. per u .. ut Sueius ait in nido [*ita scripsi*: suemus, *suprascr.* succius, ait in nudo *exc. Cauch.* ut insuemur ait in nuro *Neap.*] ‖ 6 *Varro* VII 104 (*ab animalium uocibus tralata*) sueta frendice frunde, *sic Flor.*, *pro quo restituo* Suei ⟨a cicada:⟩ ascendit e (*ab* a *ad* a *ubi aberratum est, facile quod requiri uidebatur* a frendice *absonum e litteris eruere librarii*); Suei ab irundine *Scaligero praeeunte Ribbeckius* (*cicadae tamen fritinniunt!*) | frutinni *Flor.*, *correxi* (fritinni *OMuellerus* fritinnis *Ribbeckius*) ‖ 7 *Varro* VII 104 *in eadem re* sues auoluerat, *ita Flor.*, *in quo* Suei *uel* Sueius *latere puto*, *cetera incerta sunt*; *olim* a colubra *conieci* | ita tradedeq; inreneq; in, *sic Flor.*, *corruptissime*; ita tragoediae qua in re neque in (*sic uulgo*) *Buechelerus m. Rh.* 29, 197 | 2 trittiles *secundum Charis. p.* 239 *explico* '*oppedas*' *siue* '*contemnas*' ‖ 8 *Macr.* VI 1, 37 Sueius [*ita Neap.*: Sueuius *Paris.*] in libro quinto; *spectare haec ad annales perspexit Ribbeckius* | laeti *scripsi praef. ad Val. Flacc. p.* VII: petita (*supra* p *olim scriptum puta*).

– ◡◡ – ◡◡ – Volscumque uolatile telum. 9

LAEVII erotopaegnia.

LIB. II.

numquod meum admissum nocens 1
hostit uoluntatem tuam?

LIB. III.

nocte dieque decretum et auctum. 2

LIB. IV.

meminens Varro corde uolutat. 3

LIB. V.

tu, Andromacha, per ludum manu 4
lasciuola ac tenellula
capiti meo, trepidans libens,
insolita plexti munera.

---

9 *Macr.* VI 5, 15 Vergilius pro sagitta 'uolatile ferrum' . . Sueius libro in quinto ait | Volscumque *scripsi*: uolucrumque *codd. inepte* ‖ *Fulgentii locos duos* (*p.* 567, 4 *et myth.* III 8), *modo sint antiqui scriptoris, tamen a nostro alienos nolui adscribere.*

LAEVIVS (*cf. Teuff. HLR.* § 150, *comm. ad Cat. p.* 6 *sq.*). *fragmenta duplici modo a grammaticis adferuntur, partim secundum libros, partim secundum singula carmina, quorum compluria sine dubio unusquisque continuit liber* ‖ 1 *Non.* 121, 17 hostire, offendere, laedere . . Laeuius [pacuuius *codd.*] erotopaegnion lib. II | 1 numquod *scripsi*: hunc quod *codd.* nunc *Bentinus* ‖ 2 *Prisc.* I 484 *H.* a decresco . . decretum. Laeuius . . in III erotopaegnion | *metrum dubium* ‖ 3 *Prisc.* I 560 *H.* memini, meminens. Laeuius erotopaegnion in IIII | *fortasse* uario ‖ 4 *Prisc.* I 536 *H.* plecto, plexi . . Laeuius in V erotopaegnion | 1 tu *ego*: te *codd.* (de *unus*), *del. Buechelerus* | ludum **BR**: dudum *ceteri* | 4 insolito plexi munere *codd.*, *correxi* insolita plexit munera *Grotio praeeunte.*

LIB. VI.

5 lasciuiterque ludunt.

ADONIS.

6 humum umidum pedibus fodit.

ALCESTIS.

7 ⏑́ ⏑ – ⏑ uítuperones súbducti supércili
cárptores.

8 corpore tenuato pectoreque
undique obeso ac mente exsensa
tardigeniclo senio obpressum.

9 *Gellius XIX 7, 4 (post fragm. prius)*: item notauimus, quod oblitteram gentem pro 'oblitterata' dixit; item quod hostis qui foedera frangerent foedifragos, non 'foederifragos' dixit; item quod rubentem auroram pudoricolorem appellauit et Memnonem nocticolorem; item quod forte 'dubitanter' et ab eo quod est 'sileo' silenta loca dixit et puluerulenta et pestilenta et quod carendum tui est

---

5 *Charis.* 204 *K.* lasc. Laeuius ἐρωτοπαιγνίων VI ‖ 6 *Prisc.* I 269 *H.* Laeuius in Adone | humidum *codd.* ‖ 7 *Gell.* XIX 7, 2 legi Laeui Alcestin . . (§ 16) quae multiplica ludens composuit, quale illud est quod uituperones suos 's. s. c.' appellauit | supercilii *codd., corr. Weichertus, qui unum uocabulum* subductisupercilicarptores *effecit; discripsi u. quadratum cf. fr.* 13; *ceterum rarum illud* uituperones *fragmento addidi; in initio haec sine dubio erant posita* ‖ 8 *Gell. l. l.* § 3 erant autem uerba . . huiuscemodi . . 'obesum' . . pro exili atque gracilento (*cf. Non.* 361, 13); *dimetros anapaesticos discr. Scaliger, quem aliter uerba distribuens secutus sum* | 1 tenuato *scripsi*: inquit *codd. Gell. sine ratione, sed uitio peruetusto, cum uocem omittat Nonius* | 2 merito exeso *codd. Non.* | 3 tardigemulo *codd. Gell., corr. Quicheratius* (-nuclo *Muellerus*); tardi ingenio *codd. Non.* senis (*om.* obpressum) *codd. Non.*

pro 'te' quodque magno impete pro 'impetu'; item quod fortescere posuit pro 'fortem fieri' quodque dolentiam pro 'dolore' et auens pro 'libens'; item curis intolerantibus pro 'intolerandis', quodque manciolis [manicolis *Scaliger*] inquit tenellis [tene illis *codd.*] pro 'manibus' et quis tam siliceo * * [*lacunam statuit Dziatzko*]. item fieri inquit inpendio infit, id est 'fieri inpense incipit'; quodque accipitret posuit pro 'laceret' . . . cetera enim, quae uidebantur nimium poetica, . . praetermisimus; ueluti fuit quod de Nestore ait trisaeclisenex et dulciorelocus iste, quod de tumidis fluctibus inquit multigrumis [mutigrumis *codd.*] et flumina gelu concreta tegimine [*sic unus:* tegmine *plerique codd.*] esse onychino dixit.

CENTAVRI.

– ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪ ubi echo 10
saepe petris.

HELENA.

tu qui permensus ponti maria alta *carina* 11
ueliuola.

INO.

[et iam purpureo suras include cothurno, 11a
balteus et reuocet uolucres in pectore sinus,
pressaque iam grauida crepitent tibi terga pharetra,
derige odorisequos ad certa cubilia canes.]

---

10 *Fest.* 206 petra Leuius in centauris | ego *cod.*, *corr. Scaliger* (*qui et* saepta) ‖ 11 *Macr.* VI 5, 10 Laeuius [*Ribbeckius*: Liuius *codd.*] in Helena | carina *add. Muellerus* ‖ 11a *Terent. Maur. de uersu miuro agens* 1931 Liuius ille uetus graio cognomine suae inserit Inoni uersus [in omni uersu M], puto, tale docimen; *Mar. Vict. p.* 68 *K.* in hymno Dianae apud eundem (*Liu. Andron.*) ita inueniuntur in fabula Inone; *Liuii*

12 seseque in alta maria praecipem *misit*
animi impos, aegra sanitatis herois.

PROTESILAVDAMIA.

13 fác papyri *nóstrae flagris* haéc terga habeant stígmata.

14 * iunt * irruunt cachinnos
ioca dicta risitantis.

15 complexa somno corpora
operiuntur ac suaui quie
dicantur.

16 claustritumus.

17 gracilentis color est,
dum ex hoc gracilans fit.

Andronici cum sane haec esse nequeant, Laeuii Inoni haec tribuunt Scaliger aliique (Caesii Bassi, communis fontis, errori ut sit tribuenda confusio); idque sane probabilius quam quod Hauptius statuit, Terentianum finxisse uersus; nam potuit sane Laeuius et elegantes fundere uersus, nec ab eo aut miuri aut illud odorisequus *abhorrent* | 2 *puto* balteu(s) *ante* sinus *transponendum* (*Haupt. op.* I *p.* 115) | 3 ad caeca *Delrius*; *an* operta ? ‖ **12** *Prisc.* I 281 *H.* praecipis genetiuum . . Laeuius in Inoe [ioe *pauci codd.*] | seque *codd.*, *corr. Scaliger* | misit *Scaliger*, animi *ego addidi* (inops et aegra *Scal.*) ‖ **13** *Probi schol. Verg.* 93 *K.* in Protesilaodamia | fac *cod. secundum AHerrmannum* | papyrin . . *cod.*; *lacunam suppleui*; *uidentur et haec contra uituperones dicta esse* ‖ **14** *Non.* 209, 24 iocus . . neutro. Laeuius [neuius *codd.*] protelaodam iniunt (= -damia iunt). *sic codd.* (ineunt **H** *m.* 1); *ex* iunt *uerum eliciendum* (in eum *Vossius* inibi *Muellerus*); *fortasse* iuuenis ruunt cachinni | cacinnos *codd. praeter* **H** *m.* 1 | 2 dictari sitantis **H** dicta riisitantis **GL**, *corr. Mercerus* (lusitantis *Loewius*) ‖ **15** *Prisc.* I 242 *H. de* quies *agens* Laeuius [neuius *codd.*] Protesilaudamia [-tesilao laudamia *codd.*] | operiuntur] *cf. LMuellerus de re m.* 249 ‖ **16** *Gell.* XII 10 Laeuius . . in Protesilaodamia . 'claustritumum' dixit, qui claustris ianuae praeesset ‖ **17** *Non.* 116, 2 gracilens, gracilentum et gracilum pro gracile . . Laeuius

⏑ – ⏑ – ⏑ – ⏑ aut 18
nunc quaepiam alia de Ilio,
Asiatico ornatu afluens
aut Sardiano ac Lydio,
fulgens decore et gratia,
pellicuit.

cupidius miserulo obito. 19

SIRENOCIRCA.

nunc, Lertie belle, para ire Ithacam. 20

délphino cinctís uehiculis híppocampisque ásperis. 21

PHOENIX.

Vénus amóris áltríx genetríx cúppiditátís, mihi 22
quaé diém serénum hilárula praépándere crésti
ópseculaé tuae ác minístrae,
étsí ne utiquám, quíd foret éxpauíta grauís dúra fera ásperáque famúltás, potuí dómnio in áccipére supérbo.

[neuius *codd.*] Protesilaudamia | color ē (colos) *scripsi*: colorem *codd.* (gracilentis *genet.*); *inter* gracilens *et* gracilans *discrimen fuisse uidetur* ‖ **18** *Prisc.* I 497 *H.* | 2 alia te illo *codd.*, *corr. Scaliger* (te ilico *Osannus*) | 3 afluens *ex* **RK** *restitui*: affluens *ceteri codd.* | 5 gratia *in AMai auct. class.* VIII *p.* 417: gloria *codd. Prisc.* ‖ **19** *Prisc.* I 484 obitus ὁ τεθνεώς . . Laeuius in Protesilao; *metrum incertum* ‖ **20** *Prisc.* I 302 *H. de uocatiuo in 'ie'* Laeuius in Sirenocirca | Lertie *restitui ex* **BL**: lertiae **HK** laertie, laërtiae (lartiae) *ceteri* | belle **B**: uelle *ceteri* uela *Hermannus* ‖ **21** *Non.* 120, 13 hippocampi . . Laeuius [neuius, *sim.*, *codd.*] sirenocirces | iunctis *Scaliger* ‖ **22** *Charis.* 288 *K.* et solent esse summi pterygiorum senum denum, sequentes quinum denum, quales sunt in pterygio phoenicis Laeuii nouissimae odes erotopaegnion; *cf. Buechelerus in Fleckeis. ann.* 1875 *p.* 306; *ionicos a maiori restituit LMueller de re m. p.* 116 | 1 cupiditatis **N**, *corr. Muellerus* | hilarula *an* hilarulū *sit in* **N**, *dubium* | 3 op saeculę **N** | 4 expauita *participium incognitum*

INCERTAE SEDIS.

23 lex Licinia introducitur,
lux liquida haedo redditur.

24 nocte ut opertus amictu latibulet.

25 scabra in legendo reduuiosaue offendens.

26 Venerem igitur almum adorans:
si femina si mas est,
ita uti alma Noctiluca est.

27 antipathes illud quaeritur,
philtra omnia undique adruont:
trochi, scyphi, ungues, taeniae,
radiculae, herbae, surculi,
saurae, inlices bicodulae,
hinnientium dulcedines.

(*cf. tamen* pauitare) *cogente sententia restitui*: expauida **N** | 6 domnio (*cf. comm. Cat. p.* 606) in *scripsi*: dominio **N** dominio ego *Muell.* ‖ **23** *Gell.* II 24, 8 huius legis Laeuius [lelius *codd.*] poeta meminit in Erotopaegniis. uerba Laeuii [l(a)elii *codd.*] haec sunt, quibus significat haedum, qui ad epulas fuerat adlatus dimissum cenamque ita, ut lex Licinia sanxisset, pomis oleribusque instructam ‖ **24** *Non.* 133, 5 latibulet et latibuletur pro lateat. Laeuius [neuius *codd.*] in erotopaegnion | latibuletur *codd.*, *corr. Iunius*; *fortasse anacreontii sunt discribendi* ut am. op. nocte — latibulet ‖ **25** *Fest.* 270 rediuiam . . Laeuius [*Scaliger*: liui *cod.*]; *ex prooemio quodam* ‖ **26** *Macr.* III 8, 3 Laeuius [Laeuinus *codd.*] etiam sic ait; *cf. Hauptius op.* I 116 | 1 *malim* adora *uel* adorna | 2 si — si *scripsi*: siue — siue *codd.* seu — isue *Hauptius* (feminā *si displicet*, *adde* is) | ut alba *LMuellerus*; *malim* ut alta | **27** *Apul. apol.* 30 uersus ipsos agnoscent qui Laeuium [laelium *codd.*] legere | 2, 1 *ponunt codd.*, *corr. Salmasius* (*qui et* quaerito) | 1 antiphates *codd.* | 2 adruunt *scripsi*: eruunt *codd.* irruunt *Salm.* | 3 trochi scifi *scripsi*: trochi scili *codd.* trochus pili *Salm.* trochisci *Scaliger* | ungues φ: unges **F**, iunges *Scaliger* | 4, 5 surcul(i)s aurę (-re) *codd.*, *corr. Salm.*, *nisi quod* sauri | illices φ | 6 hinnientum *codd.*, *corr. Casaubonus.*

mea Vatiena, amabo. 28

nulla decipula tam insidiosa. 29

exuuiae, rabies, furiarum examina mille. 30

omnes sunt denis syllabis uersi. 31

Sueton. de gramm. 3: pretia uero grammaticorum 32 tanta mercedesque tam magnae, ut constet Lutatium Daphnidem, quem Laeuius [Leuius *codd.*] Melissus per cauillationem nominis Πανὸς [panos, panas, pans *codd.*] ἀγάπημα [agacema *fere codd.*] dicit, septingentis milibus nummum a Q. Catulo emptum ac breui manumissum.

L. POMPONII **saturae.**

cuiusuís leporis Líber diademám dedit. 1

discórdis: blanda fállax, proterua ínpotens. 2

non frústilatim néc minutatím dari. 3

---

28 *Caes. Bass.* 261, 26 *K.* anacreonteon, quale est illud apud Laeuium [lepidum *codd.*, *sed cf. p.* 262, *ubi quae adiciuntur* mea cura, mea Venus *a grammatico sunt ficta*] || **29** *Fronto* 13 *N.* praestigiae nullae tam uersutae, nulla, ut ait Leuius, d. t. i. || **30** *Chalcid. ad Tim. c.* 75 ut est in uetere uersu Laeuii [*sic praeeunte Osanno ego comm. Cat. p.* 7, *ubi Helenae attribui*: naeuii *codd.*] || **31** *Prisc.* I 258 *H.* uersi pro uersus . . Laeuius in polymetris [*quae eadem cum erotopaegniis puto*].

L. POMPON. **1** *Prisc.* I 200 *H.* Pomponius in satura — pro diadema || **2** *Prisc.* I 282 *H* (*de* discordis *nominatiuo*) Pomponius in satura | discordis *post* inpotens *codd.*, *traieci* | ꝑterua (ō *ut apud Plaut. et Ter.*) *scripsi*: superba *codd.* || **3** *Non.* 112, 9 frustatim et frustilatim, per frustra, ut minutatim. Pomponius Verre aegroto — saturarum | minutatim **H** *m.* 1 **L** *m.* 2: minutim **G**, **H** *m.* 2 **L** *m.* 1.

SEVII NICANORIS **satura.**

Seuius Nicanor, Marci libertus * negabit *
Seui, Postumus idem ABC Marcus docebit.

CARMINA MARCIANA A. A.

CHR. 76 SVPPOSITA.

Amnem, Troiugena, fatalem defuge Cannam,
ne te Argiuigenae campo cogant Diomedis
conseruisse manus *hostes*. sed tu neque credes
ante mihi, donec conpleris sanguine campum
multaque milia caesorum tibi deferet amnis
in pontum magnum de terra frugiferente,
piscibus atque feris auibusque colentibus oras
ut fuat esca caro tua. nam sic est Iouis fatus.

SEVIVS NIC. *Sueton. de gramm.* 5 (*p.* 104 *Reiff.*). Seuius Nicanor . . fecit . . saturam quoque, in qua libertinum se ac duplici cognomine esse per haec indicat | 1 Seuius **L** (*cf. Hertzius in Fleckeis. ann.* 107 *p.* 340): Saeuius **VO** Seruius **NGI** | negauit *Stephanus* negabat *Schottus* | 2 Seui *scripsi*: Seuius **LO** Saeuius **V** Seruius **NGI** | Postumus *Bergkius*: post huius **VL** posthus **O** post h' **I** post hoc **G** Nicanor **N** Postumius *uulgo* | isdem **N** (*et in* **G** s *supra* i) | ABC *Bergkius*: ac **LO** ac *et supra* t at **V** ae *et supra* ac **N** at **GI**.

CARM. MARC., *quae a. 76 supposita esse demonstraui supra p.* 21, *tradidit Liuius* XXV 12, *de* 1 *sic testatus* priore carmine Cannensis praedicta clades in haec fere uerba erat | 1 fatalem defuge *scripsi*: Romane (*ex glossa*) fuge *uulgo*; Romane *post GHermannum damnauere multi* | 2 Argiuigenae *scripsi*: alienigenae *uulgo sine sensu*; *illius* Troiugenae *oppositionem iustam suppeditat adiectum mox a Liuio* § 7 et Diomedis Argiui campos | cogant in campo *uulgo*, in *del. Ribbeckius*; in ca. co. *Lambinus* | 3 conserere manus *uulgo*, *corr. Lamb.* | hostes *addidi* | sed neque credes tu mihi donec *uulgo*, *corr. Lamb. ex parte maiore* | 5 caesorum tibi *scripsi*: occisa tua *uulgo* | 6 de *scripsi*: ex *uulgo* | frugifera *uulgo, corr. Lamb.* | 7 auibus ferisque *uulgo*, *traieci* | colentibus *Lamb.*: quae incolunt *uulgo* | oras *scripsi*: terras *uulgo e u. priore* | 8 ut

Hostem, Romani, si ex agro expellere uoltis, 2
gentibus quae uomica est longe, ludi uoueatis
comiter ut fiant Phoebo redeuntibus annis
publicitus, stipe conlata. ludis faciundis
praesit qui summum populo plebeique dabit ius.
mactetur bis quinque uiris graeco hostia ritu.
hoc recte si faxitis, gaudebitis semper
uostraque res fiet melior: deus exiget ille
perduelles, qui uestrum agrum placide pascuntur.

M. TERENTIVS VARRO.

I. Ex hebdomadum epigrammatis.

Capélla Homeri cándida haec tumulum índicat, 1
quod hác Ietae mórtuo faciúnt sacra.

Lamb.: is *uulgo* | nam mihi ita Iuppiter fatus est *uulgo, correxi ueterem nominatiuom* Iouis *reponens* (*non commendauerim* nam mihi itast I. f.) ‖ 2 *sic introducit Liuius l. l.* tum alterum carmen recitatum, non eo tantum obscurius, quia incertiora futura praeteritis sunt, sed perplexius etiam scripturae genere; *habet praeterea Macrob.* I 17, 28 fertur autem in carminibus Marcii uatis, cuius duo uolumina inlata sunt in senatum, inuentum esse ita scriptum | 1 hostem *Macr.*: hostis *Liu.* | ex agro *om. Liu.* | 2 uomica (-cam *Macr.*) quae gentium uenit longe, uouendos censeo (c. u. *Macr.*) ludos *ambo*, *correxi* | 3 qui quotannis comiter Apollini fiant *ambo*, *correxi* | 4 publ. stipe conlata *scripsi*: cum populus dederit ex publico partem, priuati uti conferant pro se atque suis *Liuius plane interpretis officio fungens*; *om. haec Macr.*; *pergunt* his (iis) ludis faciendis ‖ 5 praesit is praetor *Macr.* praeerit praetor is *Liu.*; *explicationem eieci* | qui ius p. p. dabit summum *ambo* | 6 decemuiri graeco ritu hostiis sacra faciant *ambo*; *transformaui* | 7 hoc si recte facietis g. s. *ambo* (hoc si faxitis recte *iam Scaliger*) | 8 fietque res uestra (publica *Macr.*) melior *ambo*, *corr. Ribbeckius* | nam is diuus (dium *Liu.*) extinguet *ambo*, *correxi* | 9 perduellis (-es *Macr.*) uestros qui uestros campos pascunt placide *ambo*, *correxi*.

VARRO (*exclusa sunt saturae Menippeae fragmenta*); *cf. supra p.* 26 *sq.* ‖ 1 *Gell.* III 11, 7 M. Varro in libro de imaginibus

2 Hic Demetrius est *tot aera* nactus,
quot lucis habet annus absolutus.

3 Inmórtalés mortáles | si forét fas flére,
flerént diuaé Caménae | Naéuiúm poétam.
itáque póstquam est 'Orcho | tráditús thesaúrus,
oblíti súnt Romaé | loquiér linguá latína.

4 Postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget,
Scaena est deserta, dein Risus, Ludus Iocusque
et Numeri innumeri simul omnes conlacrumarunt.

5 Tamenétsi, adulescens, próperas, te hoc saxúm rogat,
aspícias ut se, deínde quod scriptúm est legas.
hic súnt poetae Pácuui Marcí sita
ossa. hóc uolebam néscius ne essés. uale.

6 'Optumus' est Cleobulus ait 'modus', incola Lindi;
ex Ephyra Periandre doces 'cuncta emeditanda';

---

primo Homeri imagini epigramma hoc apposuit | 1 tumultum *codd.* | 2 hac Ietae *Salmasius*: aciete *et* acietē *codd.* ‖ 2 *Non.* 528, 23 luces . . dies. Varro hebdomadum * sub imagine Demetri | est catus *codd.*, *correxi et suppleui*; aeneas (aereas *Schraderus*) tot aptust *Scaliger* est tot aptus signa *Quicheratius* | 2 quot *Scaliger*: quod *codd.* ‖ 3 *Gell.* I 24, 2 epigramma Naeui; *Varroni dedi* | 3 orcho *codd.*: orchi *ex Buslidiano adfertur* | thesaurus *scripsi comm. ad Cat. p.* 2: thesauro *codd.* | 4 obl. R. loq. sunt lat. lingua *Guil. Christius maluit* ‖ 4 *Gell. l. l.* § 3 epigramma Plauti, quod dubitassemus an Plauti foret, nisi a M. Varrone positum esset in libro de poetis primo; *Varroni dedi* | 1 aptus **VPR**: adeptus **TY** | 2 desertā: *cf. Fleckeiseni misc. crit. p.* 11 *sqq.* | 3 conlacrim. (collacrim.) *codd.* ‖ 5 *Gell. l. l.* § 4 epigramma Pacuuii; *Varroni dedi* | 1 adulescens tamenetsi (tametsi **TY** *deteriores*) *codd.*, *traieci comm. ad Cat. p.* 528, *cum rarum illud* tamenetsi *delere religioni esset* | te hoc *uulgo*: hoc te *codd.* | 2 ut se aspicias *codd.*, *traieci*; ut sese asp. *HStieglitsius* uti se asp. *Scaliger* | pacuuii marci *codd.*; *puto* Pacui Marci condita ‖ 6 *Hyginus fab.* 221 septem sapientes . . sententiae eorum sunt; *non male*

'tempus nosce' inquit Mitylenis Pittacus ortus;
'plures esse malos' Bias autumat ille Prieneus;
Milesiusque Thales 'sponsori damna' minatur;
'nosce' inquit 'tete' Chilon Lacedaemone cretus;
Cecropiusque Solon 'nequid nimis' induperabit.

II.

et tamen non demolio rostra. 7

GANNIUS.

LIB. I.

hic adoris dat primitias, ibi sanguine libat. 1

LIB. II.

illam sponte satos adoris strauisse maniplos. 2

LIB. III.

emicat in nubes nidoribus ardor adoris. 3

Varroni tribuit MSchmidtius in Ritschelii opusc. III 591 | 1 optimus *cod.* | 2 et meditanda *cod.*, *corr. Buechelerus* | 7 induperauit *Schefferus* induperabat *Schmidtius* || 7 *Diomed.* 400 *K.* demolio Varro in poetico libro; *de metro nil constat* || *quae Non.* 67 *s. u.* parectatoe *ex* Varrone de compositione saturarum *adfert, uix metro conscripta.*

GANNIUS. 1—3 *Prisian.* I 237 *H.* (*de* ador *uocis genetiuo* o *modo breuem modo longam habente*) ut Gannius in I . . idem in II . . idem in III; *de nomine poetae lis inter doctos: de G.* (*uel C.*) *Annio Huschkius, de Ennio cogitauit Bergkius* (*cf. adnot. Hertzii idemque* II *p.* 381); *sed Gannium adserit Paulus p.* 369 *pedestris orationis fragm. adferens*; *nec dubito quin apud Varronem de l. l.* VI 81 Canius:

sensumque inesse et motum in membris cerno

(*ubi corrige* cernito) *restituendum sit* Ganius, *ut eodem modo quo* Gratius *et* Grattius *etiam* Ganius *et* Gannius *uariata sint*;

DOSSENNI **titulus.**

1 Hospés, resiste et sóphiam Dossenní lege.

EGNATII **de rerum natura.**

LIB. I.

1 denique Mulciber ipse petens altissima caeli
continuo it.

2 roscida noctiuagis astris labentibus Phoebe
pulsa loco cessit concedens lucibus fratris.

M. TULLIUS CICERO.

I. Alcyone.

1 hunc genuit clam ... dis delapsus ab astris
praeuius Aurorae, solis noctisque satelles.

---

quamquam senarius Varronis potius ex fabula uidetur esse petitus.

DOSS. *Seneca ep.* 89, 6 (*σοφίαν uerbum in usu fuisse*) et togatae tibi antiquae probabunt et inscriptus Dossenni monumento titulus | sophian *uel* sophiam *codd.*; *an σοφίαν?*

EGNATIUS (*cf. comm. Catull. p.* 219; *etiam Bergkium cogitasse obiter de Egnatio Catulliano opusc.* 430 *nunc uideo*) 1 *Macr.* VI 5, 2 et Egn. de r. nat. libro primo | ipse *Par.*: et ipse *alii codd.* | petens *scripsi*: ferens *codd.* furens *Bergkius* | 2 continuo it *scripsi* (*cp. Verg. G.* III 517): contingunt *codd.* contingit *Bergkius* ‖ 2 *Macr.* VI 5, 12 Egn. de r. nat. libro primo | 1 phebe *Par.* | 2 fratris *scripsi* (*anal. Catull.* 45): altis *codd.* almis *Bergkius.*

CICERO (*Teuffelius HLR.* § 189). 1 *Non.* 65, 8 praeuius .. antecedens. Cicero Alcyone [*ita scripsi*: Alcion *uel* alcyon *codd.*, *quod male in u.* 1 *trahunt*, Alcyonibus *alii uiolenter*; *apud Capitolin. Gord.* 3, *ubi forma graecanica* Alcyonas *mirantes nos habet*, *lege* Halcyonam] | 1 hunc] ut **H** *m. 1* | clam ... dis (*in* dis *nomen loci uidetur latere*) *scripsi*: cladis **H** *m. 1* **L** claudis **H** *m. 2* **G** claris *Junius.*

II. de consulatu meo.

LIB. I.

Seruius ad ecl. 8, 106: sine igne subito ex ipsis cineribus flamma emersit. hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse: cum post peractum sacrificium libare uellet in cinerem, ex ipso cinere flamma surrexit, quae flamma eodem anno consulem futurum ostendit eius maritum, sicut Cicero in suo testatur poëmate. 2

LIB. II.

principio aetherio flammatus Iuppiter igni 3
uertitur et totum conlustrat lumine mundum
menteque diuina caelum terrasque petessit,
quae penitus sensus hominum uitasque retentat,
aetheris aeterni saepta atque inclusa cauernis.
et si stellarum motus cursusque uagantis
nosse uelis, quae sint signorum in sede locatae,
quae uerbo ec falsis Graiorum uocibus errant,
re uera certo lapsu spatioque feruntur,
omnia iam cernes diuina mente notata.
nam primum astrorum uolucris te consule motus
concursusque graui stellarum ardore micantis
tu quoque, cum tumulos Albano in monte niualis
lustrasti et laeto mactasti lacte Latinas,
uidisti et claro tremulos ardore cometas;
multaque misceri nocturna strage putasti,
quod ferme dirum in tempus cecidere Latinae,

---

3. *Cic. de diu.* I 11, 17 sed quo potius utar .. teste quam te? cuius edidici etiam uersus .. quos in secundo ⟨de tuo⟩ consulatu Urania musa pronuntiat | 3 petessit *Christius*: petesset **B** *m.* 1 **H** petisset **AB** *m.* 2 **V** petissit *exc. Pith.* | 4 poenitus **A** | ☰ ominum **A** | retentant *codd.* | 7 signorum, *puto* signata (= *fixa*, *cf. u.* 62) | 8 ec *scripsi*: et *codd.* (uerbo, *i. e. specie*, *opponitur illi* re uera) | 10 *puto* rotata | 12 grauis *codd.*, *correxi* | cantis **B** *m.* 1 | 15 tremulas **H** ‖ 16 *puto* cunctaque | 17 cecidere *cod. Eliensis teste Dauisio*: cecinere **ABHV** |

cum claram speciem concreto lumine luna
abdidit et subito stellanti nocte perempta est.
quid uero, *ut* Phoebi fax, tristis nuntia belli,
quae magnum ad columen flammato ardore uolabat,
praecipitis caeli partis obitusque petessit?
aut cum terribili perculsus fulmine ciuis
luce serenanti uitalia lumina liquit?
aut cum se grauido tremefecit corpore tellus?
iam uero uariae nocturno tempore uisae
terribilis formae bellum motusque monebant,
multaque per terras uates oracla furenti
pectore fundebant tristis minitantia casus;
atque ea, quae lapsu iam aeuo cecidere uetusto,
haec fore perpetuis signis clarisque frequentans
ipse deum genitor caelo terrisque canebat:
nunc ea, Torquato quae quondam et consule Cotta
Lydius ediderat Tyrrhenae gentis haruspex,
omnia fixa tuus glomerans determinat annus.
nam pater altitonans stellanti nixus Olympo
ipse suos quondam tumulos ac templa petiuit
et Capitolinis iniecit sedibus ignis.
tum species ex aere uetus uenerataque Nattae
concidit elapsaeque uetustae momine leges,
et diuom simulacra peremit fulminis ardor.
hic siluestris erat Romani nominis altrix,

---

18 *fortasse* contecto | 19 stellanti subito **AV** | 20 ut *addidi* | 21 columem **AB** | 22 petessit *scripsi*: petisset *codd.* petessens *Hottinger* | 23 percussus **B** *m.* 1 | 25 at cum **A** *m.* 1 | 27 terribiles **ABH** | 28 ≡ oracla ≡ **B** | 30 lapsus **AH** | iam euo *scripsi*: tandem *codd.* | 31 frequentas **ABV** | 34 lidius *et* tirrene *et* aruspex **H** | 36—38 *repetuntur de diu.* II § 45 | 37 *habet Lactant.* III 17 *ita* ipse suas arces atque incluta templa petiuit | 38 inuectit **H** | 39 generataque *codd.*, *corr. Guilelmus* | natae **A** | 40 delapsaeque **H** | uetust(a)e (-to **V** *m. 2*) numine *codd.*, *correxi* | 41 diuum **BH**, **V** *m.* 2.

Martia, quae paruos Mauortis semine natos
uberibus grauidis uitali rore rigabat:
quae tum cum pueris flammato fulminis ictu
concidit atque auolsa pedum uestigia liquit.
tum quis non artis scripta ac monumenta uolutans
uoces tristificas cartis promebat Etruscis?
omnes. ciuili e generosa stirpe profectam
uoluier ingentem cladem pestemque monebant,
tum legum exitium constanti uoce ferebant,
templa deumque adeo flammis urbemque iubebant
eripere et stragem horribilem caedemque uereri;
atque haec fixa graui fato ac fundata teneri,
nei posta excelsum ad columen formata decore
sancta Iouis species claros spectaret in ortus:
tum fore ut occultos populus sanctusque senatus
cernere conatus posset, si solis ad ortum
conuorsa inde patrum sedes populique uideret.
haec tardata diu species multumque morata
consule te tandem celsa est in sede locata;
atque una fixi ac signati temporis hora
Iuppiter excelsa clarabat sceptra columna
et clades patriae flamma ferroque parata

---

43 marcia **BH** | 46 auulsa **V** *m.* 2 euulsa **H** | liquid **A** *m.* 1 | 47 cum **H** | artis] *an* uates? | 49 ciuili e *scripsi*: ciuilè **AV** *m.* 1 ciuili **BV** *m.* 2 ciuilem **H** (*amat Cic. poeta duo adiectiua asyndetice iungere more prisco*) | generosam *codd.*, *corr.* **H** *m.* 2; generosa ab *uulgo* | 50 *post* 51 *codd. ponunt* | 50 uoluier *scripsi*: uir **AV** uiri **H** uire (*sed* e *et sequens* in *in ras.*) **B**, *cuius corrector* uitare *dedit male uulgo receptum* | 51 tum legum *scripsi*: uoltum legum *codd.* (uultum **H**, *prior uox* **A** *in ras.*, uel legum **V** *m.* 2), *in qua lectione* uol *ad priorem u. pertinet* | exitum **H** | 52 urbisque **ABV**; *an* turbisque? | 54 tenere **A** | 55 nei posta *scripsi*: nepos **AV** *m.* 1 ne post **BV** *m.* 2 Ni post **H** | excelsum **B** *m.* 2: excesum **AB** *m.* 1 **V** excessum **H** | culumen **A** | 56 alacros **H** | 57 populos **H** | 59 conuersa **AHV** | inde ad patrum **H** *m.* 1 | 60 tardata] ta *in fine supra ras.* **A** | 61 consulte (te *in ras.*) **B** consulet et **H** | 62 *in marg.* **B** | 64 et *Hottinger*: at **BHV** ad **A** ac *Marsus* | clade **A**

uocibus Allobrogum patribus populoque patebat.
rite igitur ueteres, quorum monumenta tenetis,
qui populos urbisque modo ac uirtute regebant,
rite etiam uestri, quorum pietasque fidesque
praestitit ac longe uicit sapientia cunctos,
praecipue coluere uigenti numine diuos.
haec adeo penitus cura uidere sagaci,
otia qui studiis laeti tenuere decoris
inque Academia umbrifera nitidoque Lyceo
fuderunt claras fecundi pectoris artis.
e quibus ereptum, primo iam a flore iuuentae,
te patria in media uirtutum mole locauit.
tu tamen anxiferas curas requiete relaxans,
quod patriae uacat, his studiis nobisque sacrasti.

4 atque animo pendens noctu euentura timebat.

5 *Cicero ad Q. fr. III 1, 24:* mirificum embolium cogito in secundum meorum librorum includere, dicentem Apollinem in concilio deorum, qualis reditus duorum imperatorum futurus esset, quorum alter (*L. Piso*) exercitum perdidisset, alter (*A. Gabinius*) uendidisset.

6 *Cicero ad Q. fr. II 7(9), 1:* placiturum tibi esse librum meum suspicabar; tam ualde placuisse, quam scribis, ualde gaudeo. quod me admones de nostra Urania suadesque ut meminerim Iouis orationem, quae est in extremo illo libro, ego uero memini et illa

---

m. 1 | patata **A** | 65 uocibusque **B** *m. 1* | populusque **AB** *m.* 1 **V** *m.* 1 populîsque **B** *et* **V** *m.* 2 **H** | 66 monumenta — 68 quorum *om.* **H** | 67 populus **A** | orbis quae **A** *m.* 1 | 70 ingenti **H** | nomine **B** | 73 academīa: *cf. Lachm. ad Lucr. p.* 159 | 74 *malim* fecundo pectore cartas | 77 relaxas *codd.*, *corr. Maduigius* | 78 uacat his *Dauisius*: uocatis (uocis **V** *corr.*) *codd.* uacat id *Maduigius* | serasti **H** ‖ 4. *Non.* 204, 1 euentus .. neutri .. idem consulatus sui lib. II | animi *Auratus* | pondens **H** *m.* 1 | euent'a *scripsi comm. Catull.* 385: euenta *codd.* (nocturna *Iunius*).

omnia mihi magis scripsi quam ceteris. — *Quintil. XI 1, 24:* et Iouem illum, a quo in concilium deorum aduocatur.

LIB. III.

interea cursus, quos prima a parte iuuentae 7
quosque adeo consul uirtute animoque petisti,
hos retine atque auge famam laudesque bonorum.

INCERTAE SEDIS.

quorum luxuries fortunam ac censa peredit. 8

nam quasi uos sibi dedecori genuere parentes. 9

Oppius aduenit, comes est quoque Tettius illi. 9[a]

cedant arma togae, concedat laurea linguae. 10

o fortunatam natam me consule Romam! 11

in montes patrios et ad incunabula nostra 11[a]
pergam.

---

7 *Cic. ad Att.* II 3, 3 sed me κατακλεὶς mea illa commouet, quae est in libro III — haec mihi cum in eo libro . . Calliope ipsa praescripserit *eqs.* ‖ 8 *Non.* 202, 22 census . . neutri. Cicero in consulatu suo | fortunam ac *scripsi*: fortunata *codd.* fortunae *Mercerus* | peredit *idem*: peperit *codd.*; *an* peremit? ‖ 9 *Gr. L. K.* IV 248 'quasi' constat pyrrichio, ut Tullius; *hic posuit Baiterus* | bos siui dedocori *codex* ‖ 9[a] *Terent. Maurus* 1246 *sine auctoris nomine adfert*; *Ciceroni et huic operi attribui* ‖ 10 *Cic. de off.* I 77 (*in Pis.* § 72 *sqq.*, *Philipp.* II 20), *Sallust. in Cic.* § 6, *Cic. in Sall.* § 7, *laus Pisonis* 36, *Plin. n. h.* VII 117, *Quint.* XI 1, 24, *Plutarch. comp. Dem. et Cic.* 2, *Seru. ad Aen.* I 1 | linguae *testes plerique*: laudi *Cic. in Pis.*, *codd. mel. de off.* (*fortasse offensionem in* linguae *ab inimicis motam ipse tacite correxit Tullius*); *cf. Hauptius opusc.* III 415 ‖ 11 *Sall. in Cic.* § 5, *Cic. in Sall.* § 7, *Quintil.* IX 4, 41 *et* XI 1, 24, *Iuuen.* 10, 122, *Diomed.* 466 *K.* ‖ 11[a] *Cic. ad Att.* II 15, 3 ego uero; *uersum apertum alii Mario, alii huic operi attribuerunt.*

12 *Quintil. XI 1, 24:* in carminibus utinam pepercisset, quae non desierunt carpere maligni .... et 'Mineruam, quae artes eum docuit'. — *Sallust. in Cicer. § 7:* sed quid ego plura de tua insolentia commemorem? quem Minerua omnis artis edocuit, Iuppiter optimus maximus in concilium deorum admisit, Italia exulem umeris suis reportauit.

III. epigrammata.

13 fundum Vetto uocat, quantum pote mittere funda;
ni lapis exciderit, qua caua funda patet!

14 uigilántem habemus cónsulem Canínium,
qui in cónsulatu sómnum non uidít suo.

15 *cf. Plinii iunioris fragm. 1.*

IV. Limon.

16 tu quoque, qui solus lecto sermone, Terenti,
conuersum expressumque latina uoce Menandrum
in medium nobis sedatis motibus effers,
quiddam come colens atque omnia dulcia dicens.

---

13 *Quint.* VIII 6, 73 (crescit interim hyperbole alia insuper addita .. nec pauciora sunt genera minuendi ..) et quod Ciceronis est in quodam ioculari libello; *hinc Calpurnius ad Ter. Heaut.* I 1, 16 | 1 uetto **AB**: necto **M** uero *Calp.*; *cf. LMuellerus de re m.* 337 | uocant **A** | quantum (= *tantum, quantum*) pote *scripsi*: quem possit (-ssim **BM**) *Quint.*, *Calp. uitio uetusto, quod glossa sit ad* pote *addito ortum*; *cf. Ouid. fast.* III 584 | 2 lapis *Calp.*: *om.* **A** tamen **BM** *interpolate* | qua *om.* **A** | patet ≡ **A** | *male cum his uu. Burm. Anth. L.* III 56 *incerti distichon infra exhibendum coniungebat* ‖ **14** *Macr.* II 3, 6 dicere praeterea non destitit (*Cicero de Caninio Reuilo unius diei consule*) ‖ **16** *Sueton. uita Terentii* (*Ritschelii op.* III 213) Cicero in Limone hactenus laudat | 3 nobis **A**: populi **B** (certe *unus*) | motibus *Barthius*: uocibus *codd.* moribus *coni. Ritschelius* | 4 quiddã (d *prior supra lin.*) **A**: quid quod (quid) **B** | colens *scripsi Fleckeis. ann.*

V. Marius.

Cic. de legg. I 1, 1: lucus quidem ille et haec Arpinatium quercus agnoscitur saepe a me lectus in Mario ... dum latinae loquentur litterae, quercus huic loco non deerit, quae Mariana dicatur. 17

– ⏑⏑ – ⏑⏑ *quercu ex glandifera evolat olim* 18
nuntia fulua Iouis, miranda uisa figura.

hic Iouis altisoni subito pinnata satelles 19
arboris e trunco serpentis saucia morsu
subrigit, ipsa feris transfigens unguibus, anguem
semanimum et uaria grauiter ceruice micantem;
quem se intorquentem lanians rostroque cruentans,
iam satiata animos, iam duros ulta dolores,
abicit ecflantem et laceratum adfligit in unda,
seque obitu a solis nitidos conuertit ad ortus.
hanc ubi praepetibus pinnis lapsuque uolantem
conspexit Marius, diuini numinis augur,
faustaque signa suae laudis reditusque notauit,
partibus intonuit caeli pater ipse sinistris:
sic aquilae clarum firmauit Iuppiter omen.

tunc se fluctigero tradit mandatque paroni. 20

1881 *p.* 404: loquens *codd.* (*quo seruato pro* dicens *Scaliger* promens, *Ritschelius* miscens) | atque **A**: ac **B** ‖ **18** *Cic. de legg. post fragm. 17* qua re glandifera illa quercus, ex qua olim euolauit 'n. f. I. m. u. f.' nunc sit haec ‖ **19** *Cic. de diu.* I, 48, 106 quid est illo auspicio diuinius, quod apud te in Mario est | 1 (*habet schol. Veron. ad Aen.* V 255 Cic. in Mario) pennata **V** *m.* 1 | 3 subrigit *Lachm. ad Lucr.* 35: subigit **BHV** subiit **A** | 4 sedanimum **H** semianimum **V**, **A** *et* **B** *m.* 2 | minantem *Wakefieldus* | 6 satiat *et* ultra **H** | 7 abiecit **AV** (*cf. Lachm. ad Lucr.* 128) | ecf. **B** *in ras.* effl. **HV** | *inter* adfligit *et* in unda *uidetur uersus periisse*: *purgauit se in unda a sanguine aquila* (in undas *Lambinus*) | 9 pennis **B**, **V** *m.* 2 | 11 fastaque **V** *m.* 1 ‖ **20** *Isidor.* XIX 1, 20 paro nauigium pira-

VI. Thalia maesta.

21 iam mare Tyrrhenum longe penitusque palumbes
relliquit.

VII. ex Graecis conuersa.

ILIAS.

22 ferte, uiri, et duros animo tolerate labores,
auguris ut nostri Calchantis fata queamus
scire ratosne habeant an uanos pectoris orsus.
namque omnes memori portentum mente retentant,
qui non funestis liquerunt lumina fatis.
Argolicis primum ut uestita est classibus Aulis,
quae Priamo cladem et Troiae pestemque ferebant,
nos circum latices gelidos fumantibus aris,
aurigeris diuom placantes numina tauris,
sub platano umbrifera, fons unde emanat aquai,
uidimus inmani specie tortuque draconem
terribilem, Iouis ut pulsu penetraret ab ara;
qui platani in ramo foliorum tegmine saeptos
corripuit pullos; quos quom consumeret octo,

---

tarum usui aptum .. Cicero; *Mario recte uulgo tribuunt* | fluctiseco *Hermannus* fluctifrago *Nobbius*; fluctiuago *non minus possis* ‖ **21** *Seru. ad ecl.* 1, 58 palumbes, columbae .. Cicero in elegia quae Thalia maesta [*sic Heinsius*: talia masta **PH** talia in asta **R**] inscribitur; *huc refero Rufinum p.* 1432 *Mignii* Thaliam Aetnaeam nympham (*Iuppiter stuprauit*) mutatus in uulturem, ex qua nascuntur apud Siciliam Palici | tyrrenum **PR** thirrenum **H** | reliquit **H** reliquid **P** ‖ **22** *Cic. de diu.* II 30, 63 de cuius (*Calchantis*) coniectura sic apud Homerum, ut nos otiosi conuertimus, loquitur Agamemnon [*potius Ulixes*]; *Hom. Il.* II 299 *sqq.* | 1 tolerare **A** | 6 aulis *Erlang.*: aules **ABHV** | 8 gelides **A** | 9 augeris **A** *m.* 1 | diuum, *sed* u *alt. in ras.* **A** (*ut et* 21) | 10 emanabat **AB** | 11 inmanis **A** *m. 1* immanis **B** | 12 penetrabat *uulgo* | 14 quum **A**,

nona super tremulo genetrix clangore uolabat,
cui ferus inmani laniauit uiscera morsu.
hunc, ubi tam teneros uolucris matremque peremit,
qui luci ediderat genitor Saturnius idem
abdidit et duro formauit tegmine saxi.
nos autem timidi stantes mirabile monstrum
uidimus in mediis diuom uersarier aris.
tum Calchas haec est fidenti uoce locutus:
'quidnam torpentes subito obstipuistis, Achiui?
nobis haec portenta deum dedit ipse creator
tarda et sera nimis, sed fama ac laude perenni.
nam quot auis taetro mactatas dente uidetis,
tot nos ad Troiam belli exanclabimus annos,
quae decumo cadet et poena satiabit Achiuos.'
edidit haec Calchas, quae iam matura uidetis.

qui miser in campis maerens errabat Aleis, **23**
ipse suum cor edens, hominum uestigia uitans.

hic situs est uitae iam pridem lumina linquens, **24**
qui quondam Hectoreo perculsus concidit ense.
fabitur haec aliquis, mea semper gloria uiuet.

prospera Iuppiter his dextris fulgoribus edit. **25**

V *m. 1* cum *ceteri* | 15 glangore *et* A *et* V *m. 1* | 19 firmauit *uulgo*; uelauit *Christius* | tegmina saxa V *m. 2* | 21 uersarier *in ras.* A | 22 chalcas A (*ut et* 29) | 25 sera animis *codd.* | peremni B, *fort. recte* ‖ 26 quod AB | aues A | tetro *m. 2 in ras.* A | 27 poenas A penis B ‖ **23** *Cic. Tusc.* III 26, 63 ut ait Homerus de Bellerophonte; *Hom. Il.* VI 201 *sq.* | 1 Aleis] alienis *codd.* | 2 cor euidens *codd.* | uitas *codd.* ‖ **24** *Cic. apud Gell.* XV 6 apud eundem poetam Aiax cum Hectore congrediens .. declarat, se uelle, ut suum tumulum .. praetereuntes sic loquantur; *Hom. Il.* VII 89 *sqq.* | 2 perclusus *unus cod.* percussus *Pithoeus* ‖ **25** *Cic. de diu.* II 39, 82 at Homericus Aiax apud Achillem querens de ferocitate Troianorum nescio quid hoc modo nuntiat; *Il.* IX 236.

26 tertia te Phthiae tempestas laeta locabit.

27 corque meum penitus turgescit tristibus iris,
cum decore atque omni me orbatum laude recordor.

28 namque nimis multos atque omni luce cadentis
cernimus, ut nemo possit maerore uacare.
quo magis est aequum tumulis mandare peremptos
firmo animo et luctum lacrimis finire diurnis.

ODYSSEA.

29 o decus Argolicum, quin puppim flectis, Ulixes,
auribus ut nostros possis agnoscere cantus!
nam nemo haec umquam est transuectus caerula cursu,
quin prius adstiterit uocum dulcedine captus,
post, uariis auido satiatus pectore Musis,
doctior ad patrias lapsus peruenerit oras.
nos graue certamen belli clademque tenemus,
Graecia quam Troiae diuino numine uexit,
omniaque e latis rerum uestigia terris.

30 tales sunt hominum mentes, quali pater ipse
Iuppiter auctiferas lustrauit lumine terras.

---

26 *Cic. de diu.* I 25, 52 Homericum .. uersum; *Il.* IX 363 | phitae **H** pythlae **AV** pythele **B** | locauit **A**, **V** *m.* 1 || 27 *Cic. Tusc.* III 9, 18 apud Homerum Achilles queritur hoc, ut opinor, modo; *Il.* IX 646 || 28 *Cic. Tusc.* III 27, 65 apud Homerum .. ita dicitur *Il.* XIX 226 *sqq.* | 1 carentis *codd*; *corr. Manutius* || 29 *Cic. de fin.* V 18, 49 ita enim inuitant (*Sirenes*) Ulixem; nam uerti, ut quaedam Homeri, sic istum ipsum locum; *Od.* XII 184 *sqq.* | 1 quin] qui **BE** (*ut et* 4) | 5 sociatus **E** | 9 rerum *Marsus*: regum *codd.* || 30 *Augustin. de ciu. dei* V 8 illi quoque uersus Homerici huic sententiae suffragantur, quos Cicero in latinum uertit; *Od.* XVIII 136 *sq.*

EX AESCHYLO.

atquí Prometheu, te hóc tenere exístimo, **31**
medéri posse rátionem iracúndiae,
* * *
siquidém qui tempestíuam medicinam ádmouens
non ádgrauescens uólnus inlidát manu.

Titánum soboles, sócia nostri sánguinis, **32**
generáta Caelo, aspícite religatum ásperis
uinctúmque saxis, náuem ut horrisonó freto
noctém pauentes tímidi adnectunt náuitae.
Satúrnius me síc infixit Iúppiter;
Iouísque numen Múlciberi adsciuít manus.
hos ílle cuneos fábrica crudeli ínserens
perrúpit artus; quá miser sollértia
transuérberatus cástrum hoc Furiarum íncolo.
iam tértio me quóque funestó die
tristi áduolatu adúncis lacerans únguibus
Iouís satelles pástu dilaniát fero.
tum iécore opimo fárta et satiata ádfatim
clangórem fundit uástum et sublime áuolans
pinnáta cauda nóstrum adulat sánguinem.
cum uéro adesum inflátu renouatúm est iecur,
tum rúrsum taetros áuida se ad pastús refert.
sic hánc custodem maésti cruciatús alo,

---

31 *Cic. Tusc.* III 31, 76 ut Prometheus ille Aeschyli, cui cum dictum esset — (1, 2), respondit (3, 4); *Aesch. Prom. uinct.* 377—380 | 2 rationem **B**: ratione ratione **GR** (*sed alterum in* **G** *m. 2 expunxit*) orationem *Stephanus* | 4 manu *Camerarius*: manus *codd.* ‖ **32** *Cic. Tusc.* II 10, 23 *post Accii fragm.* 533 *sqq. R.* has igitur poenas pendens, adfixus ad Caucasum, dicit haec; *Aesch. fr.* 193 *Dind.* | 3 uictumque **GR** (*sed in* **R** *uirgula supra* i *erasa*) | 6 Mulciberi *Wesenbergius*: mulcebri **GR** mulcebri *m. 1 in* mulcibri *corr.* **B** | 9 incolo *in ras.* **G** | 13 *cf. Prisc.* I 542 *H.* | iecore *Prisc.*, **BR** *m.* 2: iecor **GR** *m.* 1 | 14 auolans *Turnebus*: aduolans *codd.* | 15 *cf. Gr. L.* VII 457 *K.* | 18 hanc *Bentleius*: hunc *codd.*

quae mé perenni uíuum foedat míseria.
namque, út uidetis, uínclis constrictús Iouis
arcére nequeo díram uolucrem a péctore.
sic me ípse uiduus péstis excipio ánxias,
amóre mortis términum anquiréns mali.
sed lónge a leto númine aspellór Iouis
atque haéc uetusta saéclis glomerata hórridis
luctífica clades nóstro infixa est córpori,
e quó liquatae sólis ardore éxcidunt
guttaé, quae saxa adsídue instillant Caúcasi.

EX SOPHOCLE.

33 o múlta dictu gráuia, perpessu áspera,
quae córpore exancláta atque animo pértuli!
nec míhi Iunonis térror inplacábilis
nec tántum inuexit trístis Eurystheús mali,
quantum úna uaecors Oénei partu édita.
haec me ínretiuit uéste furiali ínscium,
quae láterei inhaerens mórsu lacerat uíscera,
urguénsque grauiter púlmonum haurit spíritus:
iam décolorem sánguinem omnem exsórbuit.
sic córpus clade horríbili absumptum extábuit:
ipse ínligatus péste interemor téxtili.
hos nón hostilis déxtra, non Terra édita
molés Gigantum, nón biformato ímpetu
Centaúrus ictus córpori inflixít meo,
non Gráia uis, non bárbara ulla inmánitas,
non saéua terris géns relegata últimis,

---

19 quae *Bentleius*: qui *codd.* | 21 uolucre G | 25 adque G *m.* 1 | 26 clades] cl *in ras.* G || 33. *Cic. Tusc.* II 8, 20 uideamus Herculem, .. quas hic uoces apud Sophoclem in Trachiniis edit. cui cum Deianira sanguine Centauri tinctam tunicam induisset inhaesissetque ea uisceribus, ait ille; *Soph. Trach.* 1046 *sqq.* | 4 euristeus GB | 7 latere *codd.*, lateri *uulgo* | 8 urgensque GB | aurit G, B *m.* 1 | 9 *cf. Char.* 198 *K.*, *Diom.* 366 *K.* (*hic* s. sorbui) | 13 gigantium *codd.* | 14 infixit *codd.*

quas péragrans undique ómnem ecferitatem éxpuli,
sed féminae uir féminea interemór manu.
o náte, uere hoc nómen usurpá patri,
neu me óccidentem mátris superet cáritas.
huc ádripe ad me mánibus abstractám piis:
iam cérnam mene an íllam potiorém putes.
perge, aúde, nate! inlácrima patris péstibus,
miserére: gentes nóstras flebunt míserias.
heu, uírginalem me óre ploratum édere,
quem uídit nemo ulli íngemescentém malo!
ecféminata uírtus adflicta óccidit.
accéde, nate, adsíste, miserandum áspice
euíscerati córpus laceratúm patris!
uidéte, cuncti, túque, caelestúm sator,
iace, óbsecro, in me uím coruscam fúlminis!
nunc núnc dolorum anxíferi torquent uértices,
nunc sérpit ardor. o ánte uictricés manus,
o péctora, o terga, ó lacertorúm tori,
uestróne pressu quóndam Nemeaeús leo
frendéns efflauit gráuiter extremum hálitum?
haec déxtra Lernam taétra mactata éxcetra
pacáuit, haec bicórporem adflixít manum,
Erymánthiam haec uastíficam abiecit béluam,
haec é Tartarea ténebrica abstractúm plaga
tricípitem eduxit Hýdra generatúm canem,
haec ínteremit tórtu multiplicábili
dracónem, auriferam optútu adseruantem árborem.
multa ália uictrix nóstra lustrauít manus,
nec quísquam e nostris spólia cepit laúdibus.

17 ecferit. *Klotzius*: (h)ic ferit. *codd.* | expulit *codd.* | 18 feminae *Wesenbergius*: feminea *codd.* | interenor **G** *m.* 1 | 20 neu me *scripsi*: ne me *codd.* neue *Bouherius* ne me occidente *Klotzius* | 26 ingemiscentem **B** | 27 ecfem. *Klotzius*: sic fem. *codd.* | 29 euisceratum *codd.*, *corr.* *Bentleius* | 31 choruscam **G** | 33 *puto* o tam | 35 nemaeus **GR** | 37 taetra ≡ **G**: taetrã **RB** | 38 placauit (-cuit **R** *m. 1*) *codd.*, *corr.* *Turnebus* | 43 optutu ≡ **B**: optut— **R** obtutum **G** | 45 coepit *codd.*

34 nec uéro tanta praéditus sapiéntia
quisquám est, qui aliorum aerúmnam dictis ád-leuans
non ídem, cum fortúna mutata ímpetum
conuértat, clade in súbita frangatúr sua,
ut ílla ad alios dícta et praecepta éxcidant.

EX EURIPIDE.

35 iuráui lingua, méntem iniuratám gero.

36 nam sí uiolandum est iús, regnandi grátia
uiolándum est: aliis rébus pietatém colas.

37 neque tám terribilis úlla fando orátio est
nec sórs nec ira caélitum inuectúm malum,
quod nón natura humána patiendo écferat.

38 suauís laborum est praéteritorum mémoria.

39 nam qui haéc audita a dócto meminissém uiro,
futúras mecum cómmentabar míserias:
aut mórtem acerbam aut éxili maestám fugam
aut sémper aliquam mólem meditabár mali,
ut, sí qua inuecta díritas casú foret,
ne me ínparatum cúra lacerarét repens.

---

34 *Cic. Tusc.* III 39, 71 Oileus ille apud Sophoclem, qui Telamonem antea de Aiacis morte consolatus esset, is, cum audiuisset de suo, fractus est. de cuius commutata mente sic dicitur; *Soph. Aiac. Locr. fr.* 14 *D.* | 4 in *scripsi*: ut *codd.*; *om. uulgo* | 5 et] ex **G** *m.* 1 ‖ **35** *Cic. de off.* III 29, 108 scite enim Euripides; *Hippol.* 612 ‖ **36** *Cic. de off.* III 21, 82 uersus de Phoenissis; *cf. Sueton. d. Iul.* 30 (*ubi* regnandi *om. codd.*); *Phoen.* 524 *sqq.* ‖ **38** *Cic. de fin.* II 32, 105 nec male Euripides; *fr.* 131 *D.* | memoria est praeteritorum **B** ‖ **39** *Cic. Tusc.* III 14, 29 (58) apud Euripidem a Theseo dicta laudantur; *fr.* 392 *D.* | 3 exilii *codd.* | maestem **G**.

nam nós decebat coétus celebrantís domum 40
lugére, ubi esset áliquis in lucem éditus,
humánae uitae uária reputantís mala:
at, quí labores mórte finissét grauis,
hunc ómnei amicos laúde et laetitia éxsequi.

mortális nemo est, quém non attingít dolor 41
morbíque multi: súnt humandi líberi,
rursúm creandi, mórsque est finita ómnibus.
quae génerei humano angórem nequicquam ád-
ferunt:
reddénda terrae est térra, tum uita ómnibus
meténda, ut fruges: síc iubet necéssitas.

si míhi nunc tristis prímum inluxissét dies 42
nec tam aérumnoso náuigauissém salo,
essét dolendi caúsa, ut iniecto éculei
frenó repente táctu exagitantúr nouo;
sed iám subactus míseriis optórpui.

uidés sublime fúsum, inmoderatum aéthera, 43
qui térram tenero círcumiectu ampléctitur?
hunc súmmum habeto díuum, hunc perhibetó
Iouem.

bene quí coniciet, uátem hunc perhibebo óptumum. 44

---

40 *Cic. Tusc.* I 48, 115 qua est sententia in Cresphonte usus Euripides; *fr.* 452 *D.* | 3 humana *codd.* | 5 omnes *codd.*, omni *Dauisius* || **41** *Cic. Tusc.* III 25, 59 Euripideum carmen illud; *fr.* 757 *D.* | 1 attingat *uulgo* | 2 morbusque *codd.*, *correxi* (morbusque: multis sunt *Lambinus*) | 4 genere *codd.*, generi *uulgo* | 5 *puto* reddenti terrae terram, dum u. hominibus (omnibus *e u. 3 repetitum*) || **42** *Cic. Tusc.* III 28, 67 ut ille apud Euripidem; *fr.* 818 *D.* | 2 nauigassem *codd.* | subiactus **GB** subiectus **R** || **43** *Cic. de d. n.* II 25, 65 Euripides; *fr.* 935 *D.* | 2 circumuectu **E** || **44** *Cic. de diu.* II 5, 12 est quidam graecus uulgaris in hanc sententiam uersus | conicit **H** | optumum **A**: optimum **BHV**.

EX ARISTOPHANE.

45 quam quísque norit ártem, in hac se exérceat.

EX UARIIS.

46 émori noló, sed me esse mórtuum nihili aéstumo.

47 ignaris homines in uita mentibus errant:
Euthynous potitur, fatorum numine, leto.
sic fuit utilius finiri ipsique tibique.

48 mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis
maerorem, ut celebrent funera cum gemitu.

49 consiliis nostris laus est attonsa Laconum.

50 quod fóre paratum est, íd summum exsuperát Iouem.

51 egó prouidebo rem ístam et albae uírgines.

52 Croesus Halyn penetrans magnam peruertet opum uim.

53 terrigenam, herbigradam, domiportam, sanguine cassam.

---

45 *Cic. Tusc.* I 18, 41 bene enim illo Graecorum prouerbio praecipitur; *Aristoph. Vesp.* 1431 ‖ **46** *Cic. Tusc.* I 8, 15 Epicharmi ista sententia; *Sext. Empir. adu. math.* I 273 | nihili *Aldus*: nihil *codd.* | estimo *codd.* ‖ **47** *Cic. Tusc.* I 48, 115 in consolatione Crantoris. Ait enim Terinaeum quendam Elysium, cum grauiter filii mortem maereret, uenisse in psychomantium quaerentem quae fuisset tantae calamitatis causa; huic in tabellis tris huiusmodi uersiculos datos; *Plut. cons. ad Apoll. p.* 109 ‖ **48** *Cic. Tusc.* I 49, 117 Solonis oratio; *Sol. fr.* 21 *Schn.* | merorem (memorem **R** *m.* 1) *codd.* ‖ **49** *Cic. Tusc.* V 17, 49 ut Epaminondas; *Paus.* IX 15, 6 ‖ **50** *Cic. de diu.* II 10, 25 graecus ille uersus ‖ **51** *Cic. de diu.* I 37, 81 (*de Brenno Gallisque*) ferunt ex oraclo ecfatam esse Pythiam; *Suidas s. u. ἐμοὶ μελήσει ταῦτα καὶ λευκαῖς κόραις* ‖ **52**. *Cic. de diu.* II 56, 115 sors edita est opulentissimo regi Asiae; *Suidas s. u. Κροῖσος* | halyn **A**: ualyn **B** halym **V** ‖ **53** *Cic. de diu.* II 64, 133 ut si quis medicus aegroto imperet ut sumat; *Athenaeus* II 63; *cf. Lucil. fr.* 884 |

dic, hospes, Spartae nos te hic uidisse iacentis, 54
dum sanctis patriae legibus obsequimur.

haec habeo, quae edi quaeque exsaturata libido 55
hausit; at illa iacent multa et praeclara relicta.

QUINTI CICERONIS.

Flumina uerna cient obscuro lumine Pisces 1
curriculumque Aries aequat noctisque dieique,
cornua quem condunt florum praenuntia Tauri;
aridaque aestatis Gemini primordia pandunt
longaque iam minuit praeclarus lumina Cancer
languificosque Leo proflat ferus ore calores.
post modium quatiens Uirgo fugat orta uaporem.
autumni reserat portas aequatque diurna
tempora nocturnis dispenso sidere Libra.
ecfetos ramos denudat flamma Nepai.
pigra Sagittipotens iaculatur frigora terris.
bruma gelu glacians iubar est spirans Capricorni,

---

terrigenem **V** *m.* 1 | casam **A** causam **B** *m.* 1 ‖ **54** *Cic. Tusc.* I 42, 101 Simonides (*Herod.* VII 228; *Anth. Pal.* VII 249) ‖ **55** *Cic. Tusc.* V 35, 101 Sardanapalli, opulentissimi Syriae regis, error agnoscitur, qui incidi iussit in busto; *Strabo* XIV 5, 9 (*Naekii Choeril. p.* 196 *sqq. Buechelerus mus. Rh.* 38, 475) | 2 ausit **G**, **R** *m.* 1 | multa] pulchra *uulgo* ‖ *denique Arateorum fragmenta uide P. L. M.* I 1 *sqq.*

Q. CICERO (*Teuffelius HLR* § 190). *recepit hoc carmen Ausonius, ut cum suo in eadem materia uersanti conpararetur*; *ita in* **V** *inscribitur* Quinti Ciceronis hi uersus eo pertinent, ut quod signum quo tempore inlustre sit nouerimus. quod superius quoque nostris uersibus expeditur | 1 flamina *Wakefieldus* | 2 dieique **V** diique *uulgo* | 3 condunt *Scaliger*: comunt **V** | 5 *puto* inmittit | 6 lãguific^{v}sq; **V**, *corr. Pithoeus* | 7 modicum **V** *m. 2* | 10 et fetos **V** effetos *Pithoeus* | dinudat **V** | 11 pigra ≡ **V** | 12 est spirans *ita* **V**: exspirat *Ianus Heluetius* iubare spirans *Scaliger* iubare spirat *uulgo* | capricornii **V**.

quam sequitur nebulas rorans liquor altus Aquari.
tanta supra circaque uicem dant lumina mundi;
at dextra laeuaque ciet rota fulgida Solis
mobile curriculum et Lunae simulacra feruntur.

* * *

squama sub aeterno conspectu torta Draconis
eminet. hunc infra fulgentes Arcera septem
magna quatit stellas, quam seruans serus in alta
conditur oceani ripa cum luce Bootes.

M. TULLIUS LAUREA.

1 Quo tua, Romanae uindex clarissime linguae,
  silua loco melius surgere iussa uiret
atque Academiae celebratam nomine uillam
  nunc reparat cultu sub potiore Uetus,
hoc en iam apparent lymphae non ante repertae,
  languida quae infuso lumina rore leuant.

---

13 quem *Heinsius* | nebulis *Wakefieldus* | licor **V** | 14 uicem dant *scripsi*: uigent umi **V** uigent ubi *Scaliger* urgentur *Buechelerus* uidentur *Roscherus acta soc. phil. Lips.* I 94 | flumina **V**, *corr. Buechelerus* | 15 ad dextera **V**, *corr. ed. Lugd.* | 16 Lunae simul astra *puto* (*Fleckeis. ann.* 1872, 49) | *post* 16 *lacunae signum posuit Buechelerus*, 16—20 *non ad Q. Ciceronem pertinere putat Schenkelius* | 17 aeterno] arctoo *Scaliger* aetherio *Heinsius*; *an* extremo? | 18 infra *Buechelerus*: inter **V** | fulgentem sidera *Scaliger* | 19 stellās **V**, *corr. Canterus* | 20 conditor — ripas — bootis, *corr. Canterus*.

LAUREA. *Plinius n. h.* XXXI § 7 huius (*Academiae, uillae Ciceronianae*) in parte prima exiguo post obitum ipsius (*Ciceronis*), Antistio Vetere possidente, eruperunt fontes calidi perquam salubres oculis, celebrati carmine Laureae Tullii, qui fuit e libertis eius .. ponam .. ipsum carmen | 1 Quo *uulgo*: Quod *codd.* | tua romane **E**: mane uarro **V** uarro *post rasuram* **R** *m. 1* | clarissima **E** | 4 cultus **E** cultos **R** *m.* 1 **V** | 5 en iam *scripsi*: etiam *codd.* | 6 languidaque *Heinsius*.

nimirum locus ipse sui Ciceronis honori
hoc dedit, hac fontes cum patefecit ope,
ut, quoniam totum legitur sine fine per orbem,
sint plures oculis quae medeantur aquae.

CANTORES EUPHORIONIS.

I. M. FURIUS BIBACULUS.

I. ludicra.

Cato grammaticus, latina Siren, 1
qui solus legit ac facit poetas.

Catonis modo, Galle, Tusculanum 2
tota creditor urbe uenditabat.
mirati sumus unicum magistrum,
summum grammaticum, optumum poetam
omnes soluere posse quaestiones,
unum deficere expedire nomen:
en cor Zenodoti, en iecur Cratetis!

si quis forte mei domum Catonis, 3
depictas minio assulas, et illos
custodis uidet hortulos Priapi,
miratur, quibus ille disciplinis

BIBACULUS (*cf. Teuffelii HLR* § 192). 1 *Suet. de gramm.* 109 *R.* uisusque est peridoneus praeceptor maxime ad poeticam tendentibus, ut quidem apparere uel his uersiculis potest; *Bibaculo dedit Burmannus* ‖ 2 *Sueton. ibid.* 109 *sq.* ut auctor est Bibaculus (*sq. fr.* 3) et rursus (*fr.* 2); *G.L.K.* IV 29 ut Bib. de Catone grammatico 'iecur Cratetis'; *cf. ibid.* VI 480 | 4 optimum *codd.* | 6 deficere *Toupius*: difficile *codd.* ‖ 3 *Suet. l. l.* (*ad fr. prius*) | 2 assulas *Beroaldus*: assylas **G** assyllas **NOI** asillas **VL** | 3 custodis **L** (*ex coniectura*): custodes *codd.* | hortuli Priapos *Pithoeus* | 4 miratur *codd.*: miratur, e *supra* ą, **L** (*ex coni.*).

tantam sit patientiam assecutus,
quem tres cauliculi, selibra farris,
racemi duo tegula sub una
ad summam prope nutriant senectam.

4 Orbílius ubinam est, lítterarum oblíuio?

5 Osce senex Catinaeque puer, Cumana meretrix.

6 – ⏑ – ⏑⏑ nam meo grabato.

7 [– ⏑ – duplici toga inuolutus.]

II. annales. LIB. I.

8 interea Oceani linquens Aurora cubile

9 ille graui subito deuictus uolnere habenas
misit equi lapsusque in humum defluxit et armis
reddidit aeratis sonitum.

10 – ⏑⏑ – mitemque rigat per pectora somnum.

---

5 sit patientiam (sitpĩentiaʒ) *scripsi*: sapientiam sit *codd.* (sit sapientiam **L** *ex coni.*), *in qua lectione* sit *illius* sa *est correctura* | 6 cauliculi **L** (*ex coni.*): calculi (-lis **O**) *codd.* | selibra **VL**: et libra *ceteri* | 7 tegula] *fortasse* regula (*h. e.* διαίτῃ) | sub ipsa *Gronouius* sub ima *Guietus* sub uda (*quae perpluat*) *Heinsius*, *omnes male* ‖ 4 *Sueton. d. gr.* 107 *R.* uixit (Orbilius) prope ad centesimum aetatis annum, amissa iam pridem memoria, ut uersus Bibaculi docet | Obliuio *alii* ‖ 5 *schol. Iuuen.* 8, 16 Catina oppidum Siciliae usque ad probra dissolutum notatur, ut et Bibaculus [Vibaculus *et* Vibalus *codd.*] | Osce *Pithoeus*: oste *codd.* | Cumana *idem*: cuna *codd.* ‖ 6 *G. L. K.* V 573 crabatum antiqui, nunc grabatum generis neutri, ut Bib. [babiculus *codd.*] | grabato **L**: gabato **M** ‖ 7 *Char.* 127 *K.* Bib. inquit; *cur ex opere pedestri sumptum putem, exposui comm. Catull. p.* 13; *ibidemque p.* 21 *explicaui, cur annales nostri Bibaculi esse censeam* ‖ 8 *Macr.* VI 1, 3 Furius in I annali ‖ 9 *Macr.* VI 4, 10 sic Furius in primo | 1 deuictus *Par.*: deuinctus *uulgo* | uulnere *codd.* | 2 humum *plerique codd.*: unũ *Par.* ‖ 10 *Macr.* VI 1, 44 Furius in primo.

LIB. IV.

pressatur pede pes, mucro mucrone, uiro uir. **11**

LIB. VI.

quod genus hoc hominum, Saturno sancte create? **12**

LIB. X.

rumoresque serunt uarios et multa requirunt. **13**

LIB. XI.

nomine quemque ciet: dictorum tempus adesse **14**
conmemorat.

confirmat dictis simul atque exsuscitat acris **15**
ad bellandum animos reficitque ad praelia mentes.

EX LIBRIS INCERTIS.

Iuppiter hibernas cana niue conspuit Alpes. **16**

hic qua ducebant uastae diuortia fossae. **17**

---

11 *Macr*. VI 3, 5 Furius in quarto annali || **12** *Macr*. VI 1, 32 Furius in sexto || **13** *Macr*. VI 1, 33 Furius in decimo || **14** *Macr*. VI 1, 34 Furius in undecimo || **15** *Macr*. *post fr. prius* deinde infra || **16** *Porph. ad Hor. sat.* II 5, 40 *sq.* seu pingui tentus omaso Furius hibernas cana niue conspuet Alpes *haec habet*: hic uersus Furi Bibaculi est. ille enim cum uellet Alpes niuibus plenas describere, ait; *Acron ibid.* Furius Bibaculus in pragmatia belli Gallici (*sic et schol. Cruq.*, *nisi quod* Fusius Viuaculus); *Quintil.* VIII 6, 17; *cf. comm. Catull. p.* 21 | consuit *Mon. Porph.* || **17** *schol. Veron. ad Aen.* IX 379 (*post lacunam*) in annalibus belli Gallici; *Bibaculo dedi, cuius opus hoc pleniore titulo instructum fuisse censeam.*

II. Q. SCAEVOLA.

1 canescet saeclis innumerabilibus.

2 lassas clunes.

III. C. LICINIUS CALUUS.

I. ludicra.

1 et calcis Curius pereruditus.

2 durum rus fugit et laboriosum.

3 Sardi Tigelli putidum caput uenit.

II. epithalamia.

4 *lilium,* uaga candido
nympha quod secet ungui.

5 Vesper it ante iubar quatiens ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

II. Q. SCAEVOLA (*cf. Plin. epist.* V 3, *Hauptii op.* I 214) 1 *Cic. de legg.* I 1, 1 ut ait Scaeuola de fratris mei Mario ‖ 2 *Gr. L. K.* V 575 clunes generis feminini, ut Scaeuola (*ubi* lasas **L** lasses **M**); *Char.* 101 *K.*

III. CALUUS (*Teuffelii HLR.* § 213, 7). 1 *Asconius* 84 *K. et Sch.* Curius hic notissimus fuit aleator, damnatusque postea est. in hunc est hendecasyllabus Calui elegans | calcis (-es) *scripsi cp. Lucil. fr.* 346: calus *codd.* talus *ed. pr.* talis *uulgo* (talos *Muell.*) | curios *codd.* ‖ 2 *Gell.* IX 12, 10 C. Caluus in poematis 'laboriosus' dicit . . in quo laboratur; *hinc Non.* 133, 22 (Gallus *codd.*) | fugit et *cod. Fabri ap. Non.*: fugite *codd. Non.* fugi et *uel* fugiet *meliores* fugi sed *deteriores Gellii, ubi* fugis et *uulgo* ‖ 3 *Porph. ad Hor. sat.* I 3, 1 at Licinius Caluus de eodem Hermogene loquens Sardum dixit (*cf. Cic. ad fam.* VII 24) | tigilli *et* capud *Mon.* | uaenit *Bernhardy* ‖ 4 *Char.* 147 *K.* ungui L. C. in poemate | lilium *add. Broukhusius ad Prop.* I 20, 39 | candida (o *supra alt.* a) *Neap.* uago candida *exc. Cauch.* ‖ 5 *Prisc.* I 170 *H.* Caluus in epithalamio

et leges sanctas docuit et cara iugauit 6
corpora conubiis et magnas condidit urbes.

pollentemque deum Venerem ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 7

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – hunc tanto munere digna. 8

III. Io.

a uirgo infelix, herbis pasceris amaris! 9

mens mea dira sibi praedicens omnia uecors. 10

cum grauis ingenti coniuere pupula somno 11

frigida iam celeri superata est Bistonis ora. 12

sol quoque perpetuos meminit requiescere cursus. 13

– ⏑⏑ – partus grauido portabat in aluo. 14

IV. epigrammata.

cum iam fulua cinis fuero. 15

— 'hoc iubar' dixit | Vesper i*r* *scripsi*: Vesperum **RG** Hesperum **DHLKr** Hesperium *Aldina* | quatiens **rhl**: *om.* **RHLDGK** || 6 *Seru. ad Aen.* IV 58 alii dicunt fauere nuptiis Cererem, . . ut Caluos docet | *ad primum* et *in codice Ambrosiano adnotatur*: lege 'haec' idque ubique || 7 *Seru. ad Aen.* II 632 utriusque sexus participationem habere numina. nam ait Caluus; *Macr.* III 8, 1 nam et apud Caluum Aterianus adfirmat legendum —, non 'deam' || 8 *Seru. ad Aen.* XI 169 alii 'dignem' legunt iuxta ueteres ab eo quod est 'digno'. Caluus | huic t. m. magna *cod.*, *corr. Daniel* || 9 *Seru. ad ecl.* 6, 47 Caluus in Io || 10 *Probus* 234 *K.* (*de* sibī) Caluus in Io | omina *Weichertus* | naecors *cod.* || 11 *Prisc.* I 479 *K.* Caluus coniuere secundum IIIam coniugationem | urgenti *Heinsius* | popula *pauci codd.* || 12 *Probus* 226 *K.* 'is' syllaba nominatiui casus breuis est . . feminino, ut Caluus in Io | celeri superata ē bistonis *scripsi*: celeris uergatar uistinis *cod.* celeri peragrata (superata *Keilius*) Borysthenis *Parrhasius* || 13 *Seru. ad ecl.* 8, 4 Caluus in Io || 14 *Char.* 80 *K.* aluum . . masculine Caluus || 15 *Char.* 101 *K.* feminino genere dixit cinerem, ut Caluus in carminibus;

16 forsitan hoc etiam gaudeat ipsa cinis.

17 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – Bithynia quidquid
et paedicator Caesaris umquam habuit.

18 Magnus, quem metuunt omnes, digito caput uno
scalpit: quid credas hunc sibi uelle? uirum.

19 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ne triclinarius – ⏑

V. incertae sedis.

20 *schol. Bernensia ad Verg. G. I 125*: dicunt Iouem conmutasse omnia, cum bonus a malo non discerneretur, terra omnia liberius ferente, quod Caluus canit.

21 *ibidem ad G. II 94*: hos uersus a Caluo poeta transtulit. ait enim ille: lingua uino temptantur et pedes.

Non. 198 | fueris (-rit G) *Non. codd.* ‖ **16** *Char. l. l. post fr. prius* item | forsitam *Neap.* ‖ **17** *Sueton. d. Iul.* 49 omitto Calui Licini notissimos uersus ‖ **18** *schol. Lucani* VII 726 duobus uitiis Pompeius laborabat . . unde Martialis de eo in epigrammate; *Seneca rhet.* 332 *K.* dicit (*Caluus*) de Pompeio: digito *ectr.* (*cf. ibid.* 472) | 1 omnes *uulgo*: homines *schol. Luc.* | 2 quid *schol. Luc.*: quo *codd. Sen.* | dicas *schol. Luc.* | belle *meliores codd. Sen.* ‖ **19** *Char.* 77 *K.* unde perspicuum est Caluum ad amicos non recte dixisse 'n. t.', cum triclinaris dicere maluisset | triclinearius (e *punctata*) *Neap.* ‖ **21**, *ubi* lingua *fortasse ante* et pedes *est traiciendum*, *nescio an spectet ad pedestre Calui opusculum 'de aquae frigidae usu'* (*cf. comm. Catull. p.* 614); *nihil autem ad Caluum Diomedes 376 K., ubi uidenda Keilii adnotatio* (*idem et Diom.* 379 ut apud Cauium reperimus 'effor' dictum *coniecit* Caluum).

IIII. C. HELVIUS CINNA.

I. ludicra.

at nunc me Cenumana per salicta 1
bigis raeda rapit citata nanis.

somniculosam ut Poenus aspidem Psyllus. 2

II. propempticon Pollionis.

nec tam donorum ingenteis mirabere aceruos 3
innumerabilibus congestos undique saeclis
iam inde a Belidis natalique urbis ab anno,
Cecropis atque alta Tyrii iam ab origine Cadmi.

lucida cum fulgent summi carchesia mali. 4

atque anquina regat stabilem fortissima cursum. 5

atque imitata niues lucens legitur crystallus. 6

CINNA (*Teuffelius HLR.* § 213) **1** *Gell.* XIX 13, 5 (*nanos esse mulos aut eculeos humiliores*) in poematis Helui Cinnae | 1 Cenumana *Gronouius*: genumana *codd.* | 2 r(h)eda *pauci codd.* | mannis *Scriuerius* ‖ **2** *Gell.* IX 12, 12 (*somniculosum, quod somnum afferat*) Cinna in poematis ‖ **3** *Char.* 124 *K.* Belidis Cinna in propemptico Pollionis — patronymice dixit 'Belidis', ut urbis | 1 acerbos *Neap.* | 2 congestos *ex* -tis *corr. Neap.* | 4 Tyrii iā *LMuellerus*: tyriā *uel* tyriū *Neap.* Tyriorum *Keilius* ‖ **4** *Isidor.* XIX 2 10 carchesia sunt in cacumine arboris .. Cinna (*cf. schol. Lucani* V 418 *p.* 377 *W.*, *qui itidem Cinnae dat*); *Non.* 546, 13 carchesia .. summa pars mali, id est foramina, quae summo mali funes recipiunt .. Catullus Veronensis | cum fulgent *schol. Luc.*: confulgent *Isid.* qua splendet *Nonius* | summi *schol. Luc.*: alti *Isid., om. Non.* | carceria *fere Isid. codd.* ‖ **5** *Isidor.* XIX 4, 7 anquina funis, quo ad malum antenna constringitur. de qua Cinna | regat *ex suis codd. Lindemannus*: regit *uulgo* ‖ **6** *schol. Iuuen.* 6, 155 sic et Cinna dixit | lucens *Rutgersius*: ludens *codd.*

7 *Charis. 134 K.*: Iulius Hyginus in Cinnae propemptico: 'ab Actio nauigantes stadia ⟨circiter⟩ LX ueniunt ad Isthmum Leucadiensium. ibi solent iteris minuendi causa remulco, quem graece *πάκτωνα* dicunt, nauem traducere'.

III. Zmyrna.

8 te matutinus flentem conspexit Eous
et flentem paulo uidit post Hesperus idem.

9 at scelus incesto Zmurnae crescebat in aluo.

10 tabis

IIII. epigrammata.

11 haec tibi Arateis multum uigilata lucernis
carmina, quis ignes nouimus aetherios,
leuis in aridulo maluae descripta libello
Prusiaca uexi munera nauicula.

12 – ᴗᴗ – miseras audet galeare puellas.

13 – ᴗᴗ – ᴗᴗ – ᴗᴗ – Alpinaque cummis.

14 saecula permaneat nostri Dictynna Catonis.

---

8 *Seru. ad Georg.* I 288 Eous, id est Lucifer, de quo Cinna in Smyrna sic ait ‖ 9 *Prisc.* I 268 *sq. H.* (*de* aluus *masculino*) Cinna in Smyrna; *de eadem re Char.* 80 *sq. K.* et Heluius Cinna | incesto cinnae *codd. Prisc.* incestum turpi *Char.* Cinyrae *uulgo apud Prisc.* Smyrnae *Burmannus* ‖ 10 *Char.* 93 *K.* Cinna autem in Zmyrna huius tabis dixit nullo auctore (*idem* 145) ‖ 11 *Isid.* VI 12 at uero historiae maiore modulo scribebantur . . etiam . . maluarum foliis . . cuius generis Cinna sic meminit | 1 aratis *uel* areteis *codd.* | uigilata *Stephanus*: inuigilata *codd. fere*; *an* en uigilata? | 2 aetherios *Weichertus*: aerios (aereos) *codd.* | 3 discripta *codd. aliquot* ‖ 12 *Non.* 87, 22 galeare. Cinna in epigrammatis | *post* puellas H *m.* 1 *addit* galeare operire ‖ 13 *Non.* 202, 19 cummi . . feminini Cinna — ut sit genetiuus eius: huius cummis, ut puppis febris peluis | cummi *codd.*, *corr. Leopardus* ‖ 14 *Sueton. de gramm.* 11 meminit . . Dianae (*Catonis*) Cinna | per maneat *Mommsenus*.

V. Q. CORNIFICIUS.

I. ludicra.

deducta mihi uoce garrienti. 1

II. Glaucus epyllion.

– ∪∪ – ∪∪ Centauros sedare bimembres. 2

VI. TICIDAS.

I. Hymenaeus.

felix lectule talibus 1
sole amoribus.

II. epigrammata.

Lydia doctorum maxima cura liber. 2

VII. Q. HORTENSIUS ORTALUS.

Varro de l. l. VIII 14: ab eo, quod alii dicunt, 'ceruices' etiam Hortensius in poematis c e r u i x. — *cf. idem X 78, Quintil. VIII 3, 35.* 1

CORNIFICIVS (*Teuffelius HRL.* § 209). 1 *Macr.* VI 4, 12 deductum pro tenui et subtili . . apud Cornificium ‖ 2 *Macr.* VI 5, 13 Cornificius in Glauco | sedare *scripsi*: fedare *Paris.* foedare *uulgo*; *cf. analecta Catull.* 46.

TICIDAS (*Teuffelius HLR.* § 213) 1 *Prisc.* I 189 *H.* 'sole' quoque antiqui. Ticidas in hymenaeo ‖ 2 *Sueton. de gramm.* 9 Lydiae (*Catonis*) Ticida meminit.

VIII. C. MEMMIUS.

1 nec dura nitens fortuna escendere cliua.

2 macella.

IX. L. VOLUMNIUS.

1 stridenti dabitur patella cyma.

X. C. IULIUS CAESAR.

1 luta.

2 tu quoque tu in summis, o dimidiate Menander,
poneris, et merito, puri sermonis amator.
lenibus atque utinam scriptis adiuncta foret uis,
comica ut aequato uirtus polleret honore

MEMMIUS (*Teuffel.* § 202) 1 *Non.* 194, 29 cliuus . . neutri apud Memmium inuenimus, cuius auctoritas dubia est | nec dura *temptaui*: ne ardua *codd.* ille ardua *Iunius* ardua ne (nec *Quich.*) *Muellerus* | fortunae scendere *codd.*, *correxi* (fortunae scandere *Iunius* escendere *Mercerus*; *sed* fortunae cliua *nulla sunt*) ‖ 2 *Caper de orth.* 101 *K.* macellum ἑνικῶς . . Memmius ista macella licet . . dicat; *cf. Woelfflini arch. lex.* II 476.

VOLUMNIUS (*Buechelerus in Fleckeis. ann.* 1875 *p.* 126). *Gr. L. K.* V 574 cyma, alii cymam, ut Volumnius | 1 stridenti *codd.*: stridentis *uulgo* | cyma *uel* cuma *ego*: ciemeae **M** clemee **L** cymae *uulgo*.

CAESAR (*Teuffelius* § 195, 3) 1 *Caper de orth.* 101 *K.* hic lutus . . ἑνικῶς . . licet Caesar 'luta' dicat; *cf. Woelfflini arch. lex.* II 476 ‖ 2 *Sueton. uita Terentii* (*Ritschelii op.* III 213) item C. Caesar (*hactenus Ter. laudat*) | 1 tu in summis o *Stephanus*: tu in summisso ⁓ **A** tam submisso *uel* non tam su(m)mis(s)o **B** (= *codd. det.*) | dinudiate **A** | 2 ponderis (i *supra* e) **A** | 3, 4 uis. comica ut *ita interpungit* **A**; *cf. Bentleius ad Hor. a.*

cum Graecis, neue hac despecte ex parte iaceres!
unum hoc maceror aureolo tibi desse, Terenti.

XI. INCERTORUM VERSUS.

ciconiarum Rufus iste conditor, 1
hic e duobus elegantior Plancis,
suffragiorum puncta non tulit septem:
ciconiarum populus ultus est mortem.

hac qua sol uagus igneas habenas 2
immittit propius uolatque terrae.

uiuis, ludis, haues, amas amaris. 3

quid áis, Epidia? tíbi facilior érit amor? 4

tuque Lycaonio prognata e semine nymphe, 5
quam gelido raptam de uertice Nonacrinae

---

p. 26 | 5 neue *Rothius*: neque *codd.* (neque in *pauci* **B**) | despecte ex *scripsi*: despecta ex **A** *et pauci* **B** (*ita archetypus* **B** *sine dubio*) despecta *plures* **B** despectus *unus* **B** *uulgo* | 6 aureolo *Ritschelius*: audoleo **A** et (ac *unus*) doleo **B** | desse *idem*: derõ **A** (*pro* dēē) deesse **B**.

INCERT. 1 *Porph. ad Hor. sat.* II 2, 50 Rufus praetorius .. cum repulsam praeturae tulisset, tale epigramma meruit | 2 hic e *Mon.* (*'ut ei Plotius Plancus Rufus nomen fuerit' Meyerus*): licet *Buechelerus Fleckeis. ann.* 1864 *p.* 318 idem *LMuellerus* | 3 tulit . Saeptis *Oudendorpius* ‖ 2 *Macr.* I 18, 16 Liber a Romanis appellatur, quod liber et uagus est, ut Naeuius; *hic Scaliger correxit* Laeuius, *ego Naeui uersum una cum nomine horum uersuum auctoris intercidisse demonstraui comm. Catull. p.* 14 | 2 proprius *Bamb.* | uolatque *scripsi*: iugatque *codd.* ‖ 3 *Caesius Bassus* 263 *K.* septima diuisio hendecasyllabi est; *Catulli aequali alicui dedi comm. Catull. p.* 244 | habes *codd.*, *correxi* ‖ 4 *Mar. Victorinus* 79 *K.* et iambicum .. item XVII syllabarum; *huius aetatis puto* | epidia *uulgo, correxi de Epidio rhetore* (*Suet. de rh.* 4) *intellegens*; *cf. comm. Catull. p.* 339 ‖ 5 *Hyginus fab.* 177 Tethys enim Oceani

oceano prohibet semper se tingere Tethys,
ausa suae quia sit quondam succumbere alumnae.

6 – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – sed lucet in astris
Calisto renouatque suos sine fluctibus ignes.

7 Luna, deum quae sola uides periuria uolgi,
seu Cretaea magis seu tu Dictynna uocaris.

8 o qui chelyn Canopam plectro regit Italo.

9 ibant qua poterant, qua non poterant non ibant.

10 fortia neglecti uelabant colla capilli,
et per neglectos clarebant colla capillos.

11 a, quotiens umbra porrexi brachia mota,
a, quotiens umbra reduxi brachia mota!

---

uxor, nutrix Iunonis, prohibet eam (*Calisto*) in oceanum occidere. de qua in Creticis * uersibus *; *latere in corrupto illo* uersibus *poetae nomen, qui sit Catulli aequalis, docui Misc. Crit. p.* 19 *sq.* | 1 Lycaoniae *cod., corr. Schefferus* | prognata e *scripsi*: mutatae *cod.* mutata e *Schefferus* | nymphae *cod., correxi* (nympha *Schefferus*) | 2 Nonacrino *Munckerus* | 3 thetis *cod., corr. idem* ‖ 6 *Lactantius narr. fab.* II 6 hinc illud (*ex eodem atque fr. prius carmine haustum puto*) | 2 Callisto *uulgo, correxi*; *cf. comm. Catull. p.* 475 ‖ 7 *Char.* 287 *K.* per aporian . . hic certae rei dubitatio est; *alii aliis* (*Cornelio Seuero Naekius, Catullo Merkelius*) *tribuerunt*; *cf. Misc. Crit. p.* 20 | 1 uulgi *cod.* ‖ 8 *Caesius Bassus* 262 *K. de galliambo agens post Maecenatis et Catulli exempla* et ille alterius auctoris | chelym *codd.* | canoram *codd., correxi* | regis *Muellerus* ‖ 9 *Char.* 271 *K.* perissologia . . ut; *cf. Diomed.* 449, *Pompeius* 294, *G L* IV 395 *K.*; *hunc σπονδειάζοντα dedi cantorum Euph. alicui* ‖ 10 *scholia Persii* 1, 86 antitheta autem sunt haec; *eiusdem poetae ac fr. sequens puto* | 2 clarebant (*h. e. per sparsos crines nigros transluxit candida ceruix*) *scripsi*: uelabant *uulgo* (*e u.* 1); neglecti uolitabant *Pithoeus*; *potes et* candebant *uel* lucebant ‖ 11 *ibidem post fr. prius sine interuallo*; *cantorem aliquem Euphorionis facile in memoriam reuocant*; *cf. ex. gr. Ciris* 81 *sq.*; *et* rēduxi *Lucretii magis aequalem quam temporis insequentis poetam decet* | 1 *et* 2 ah *Lindenbrogius*: aut *bis uulgo.*

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ *salsus* **12**
*nam*que laborando manat de corpore sudor.

Lucili, quam sis mendosus, teste Catone **13**
defensore tuo peruincam, qui male factos
emendare parat uersus, hoc lenius ille,
quo melior uir et est longe subtilior illo,
qui multum puerum est loris et funibus udis
exhortatus, ut esset, opem qui ferre poetis
antiquis posset contra fastidia nostra,
grammaticorum equitum doctissimus. – ⏑⏑ – –

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – quem **14**
non pudet et rubet, est non homo, sed ropio.

et uerba antiqui multum furate Catonis, **15**
Crispe, Iugurthinae conditor historiae.

extractam puteo situlam qui ponit in horto, **16**
ulterius standi non habet ipse locum.

---

12 *schol. Veron. ad Aen.* II 173 salsus sudor; *fortasse est Bibaculi* | salsus nam *incerta nunc in cod.* ‖ **13** *Hor. sat.* I 10 *in initio familia codicum Horatianorum interpolata hos uersus nescio unde sumptos adfixit, quos cantorum Euph. alicui esse tribuendos docui comm. Catull. p.* 9 (*Bibaculo dedit Kirchnerus*) | 4 uir et est *pauci codd.*: uir est **Fλ′υ** | longe subtilior, *ut Catull.* 64, 215 (*cf. Woelfflin de comp.* 39) | 5 puer̄ (= rum) est *scripsi*: puer et *codd.* puerum *Reisigius* pueros *Nipperdeius opusc.* 498, *omnes dum de Orbilio intellegunt male* | 6 ex(h)ortatus *nonnulli codd.*: exoratus **F1** exoramtus *λ m.* 1 | 8 *addunt codd.* ut redeam illuc, *scil. ut transitus ad Horatium sit* ‖ **14** *Marius Plotius* 461 *K.* de astismo .. per similitudinem .. et illud de Pompeio, qui coloris erat rubei, sed animi inuerecundi — ropio autem est aut minium aut piscis robeus aut penis; *Caluo dedit Buechelerus m. Rh.* 35, 400, *qui et distichon discripsit* (*sotadeum Hauptius antea*) | 2 non est *cod.* ‖ **15** *Quintil.* VIII 3, 29 nec minus noto Sallustius epigrammate incessitur (*u.* 2 *Mar. Victor.* 109 *K.*) | 1 et *codd.*: o *Francius* ‖ **16** *Char.* 275 *K.* hyperbole est dictio fidem excedens augendi minuendiue gratia .. minuendi, ut; *Diomed.* 461; *nescio quo pacto pusillum Valerii Catonis hortum mihi in memoriam reuocauit* |

17 non Bibulo quidquam nuper, sed Caesare factum est;
nam Bibulo fieri consule nil memini.

POPULARES VERSUS.

1 Gállias Caesár subegit, Nícomedes Caésarem:
écce Caesar núnc triumphat, quí subegit Gállias,
Nícomedes nón triumphat, quí subegit Caésarem.

2 úrbani, seruáte uxores: moéchum caluom addúcimus!
aúrum in Gallia éffutuisti, híc sumpsisti mútuom.

3 Gállos Caesar ín triumphum dúcit, idem in cúriam:
Gálli bracas déposuerunt, látum clauom súmpserunt.

4 Brútus, quia regés eiecit, cónsul primus fáctus est:
híc, quia consulés eiecit, réx postremo fáctus est.

---

1 extracta *Neap. Char.* (*huius exc. Lugd. recte, quae et* situla qui ponet in hortum) | orto *codd. Diom.* ‖ 17 *Sueton. d. Iul.* 20 unus ex eo tempore omnia in rep. et ad arbitrium administrauit, ut .. uolgo mox ferrentur hi uersus | 1 quidquam *uulgo*: quiddam *Guelf. et* (d *prior supra lin.*) *Memm.* | 2 nihil *Memm.*

POPUL. UERS. (*Teuffelius HLR.* § 84: *cf. maxime Liuii* IV 20 *et* 53, V 49, VII 10 *et* 38, X 30, XXVIII 9) ‖ 1 *Sueton. d. Iul.* 49 Gallico .. triumpho milites eius inter cetera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam illud uulgatissimum pronuntiauerunt | 2 *om. Memm., Guelf.* ‖ 2 *Sueton. d. Iul.* 51 ne prouincialibus quidem matrimoniis abstinuisse, uel hoc disticho apparet iactato aeque a militibus per gallicum triumphum | 1 mechum caluon *Memm., Guelf.* | 2 at hic *ex interpolato quodam codice Oudendorpius*; *at cf. supra p.* 16 *sq.* | sumsisti *Memm.* | mutuum *codd.* ‖ 3 *Sueton. d. Iul.* 80 et illa uulgo canebantur | 1 curia *Guelf.* | 2 clauum *codd.* ‖ 4 *Sueton. Iul.* 80 subscripsere quidam .. statuae .. ipsius Caesaris.

Plinius n. h. XIX § 144: nec non olus quoque siluestre est triumpho olim [*sic scripsi*: trium foliorum *plerique codd.* triumpho *unus*] diui Iulii, carminibus praecipue iocisque militaribus, celebratum; alternis quippe uersibus exprobrauere, lapsana se uixisse aput Dyrrachium, praemiorum parsimoniam cauillantes. est autem id cyma siluestris. 5

dé germanis, nón de Gallis, dúo triumphant cónsules. 6

concúrrite omnes aúgures, harúspices! 7
porténtum inuisitátum conflatúm est recens;
nam múlos qui fricábat, consul fáctus est.

---

nón te peto, píscem peto: quíd me fugis, Gálle? 8

Gálli timidí semianimés tergora uértunt. 9

---

6 *Vell. Paterc.* II 67 .. Lepidus Paulum fratrem proscripserat; nec Planco gratia defuit ad inpetrandum, ut frater eius Plancus Plotius proscriberetur; eoque inter iocos militaris, qui currum Lepidi Plancique secuti erant, .. usurpabant hunc uersum ‖ 7 *Gell.* XV 4, 3 (*Vent. Bassum*) consulatum quoque adeptum esse eamque rem tam intoleranter tulisse populum Romanum, qui Ventidium Bassum meminerat curandis mulis uictitasse, ut uulgo per uias urbis uersiculi proscriberentur | 1 aruspices *pauci codd.* | 2 inuisitatum *Broukhusius*: inusitatum *codd.* | 3 mulos *plerique codd.*, mulas *unus* ‖ 8 *Festus* 285 retiario pugnanti aduersus murmillonem cantatur — quia murmillonicum genus armaturae gallicum est ipsique murmillones ante Galli appellabantur, in quorum galeis piscis effigies inerat (*Paulus* 284); *sotadeum agnouit AMeinekius philol. exerc. in Athen. deipnos. spec.* II 24; *ne nimis prisco tempori attribuamus, monet illud* cantatur ‖ 9 *Caes. Bass.* 263 *ut sotadei exemplum affert* (*Mar. Victor.* 53, 91, 128 *K.*); *hic posui* | uertunt *Victorinus ubique*: uersant *Caes. Bass.*

Cantilena bibonum.

10 mulsum, quod probe temperes,
miscendum est nouo Hymettio
et uetulo Falerno.

P. TERENTIUS VARRO ATACINUS.

I. Argonautae. LIB. I.

1 ecce uenit Danai multis *celebrata propago*;
namque satus Clytio, Lerni quem Naubolus ex se,
Lernum Naupliades Proteus, sed Nauplion edit
fil*ia Amymone Europae* Danai*que superbi*.

2 Tiphyn *at* aurigam celeris fecere carinae.

3 quos magno Anchiale partus adducta dolore
et geminis capiens tellurem Oaxida palmis
edidit in Dicta.

---

10 *Macrob.* VII 12, 9 unde est et illud prouerbium, quo utuntur gulones; ***Meinekius l. l.* 23 *discripsit glyconicum metrum cum logaoedico uersu coniunctum; huic aetati incerta omnino coniectura adscripsi*** | 1 probe *om. Par. m.* 1 (*de mensura populari* probĕ *cf. Fleckeisenus Caton. poes. rel.* 13) | miscendum esse *Macr.*, *corr. Fleckeisenus* | himetio *Par.*

VARRO ATTAC. (*Teuffelius HLR.* § 212). 1 *schol. Veron. ad Verg.* II 82 (*p.* 84 *K.*) Varro Argonautarum primo; *cf. Apoll. Rhod.* I 133 *sqq.* (*litteris obliquis posita non satis dispexit in cod. Keilius*) | 2 laerni *et* 3 laernum *cod.* | 3 sed; *malim* et | 4 superbi *agnouisse sibi est uisus Herrmannus Fleckeis. ann.* 1866 *p.* 68 ‖ 2 *Char.* 272 *K.* metaphora . . ab animali ad animale, ut; *Diomed.* 457, *Pompeius* 305 (Tiphys gubernator fuit nauis Argus), *Donat.* 399 *K.*; *Varroni dederunt Keilius et RUngerus* (*Apoll. Rhod.* I 395 *sq.*) | Typhin, tifyn, *sim.*, *codd. passim* | at *add. Ungerus*: *om. testes omnes* | celeris *Neap. Char.*, *Donati* LP *ex corr.*: celeres *Char.* L, *Pomp.*, G *Don.* ‖ 3 *Seruius ad ecl.* 1, 66 ut Varro ait; *Vibius Seq. s. u.* Oaxes . . Varro hoc docet (2 gem. — palmis); *Apoll. Rhod.* I 1129 *sqq.* | 2 cupiens *Vibii Vat. m.* 1 | oaxia *Vibii Vat. m.* 1.

LIB. II.

Probus ad Verg. G. I 14: ibi (*in insula Cea*) existimatur pestilentia fuisse pecorum et armentorum grauis propter interitum Actaeonis. Aristaeus monstrante Apolline patre profectus est in insulam Ceam et ibi sacrificio facto aram Ioui Icmaeo constituit, qui placatis flatibus et aestu, qui necabant pecora et armenta, liberauit ea. ipse autem post excessum uitae imperante oraculo Apollinis ab inmorantibus in ea insula relatus in numerum deorum appellatus est Nomius et Aegoros, quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. traditur haec historia de Aristaeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino [*cf. Apoll. Rhod.* II 500 *sqq.*]. 4

te nunc Coryciae tendentem spicula nymphae 5
hortantes ‘o Phoebe’ et ‘ieie’ conclamarunt.

frigidus et siluis aquilo decussit honorem. 6

LIB. III.

desierant latrare canes urbesque silebant: 7
omnia noctis erant placida composta quiete.

cuius ut aspexit torta caput angue reuinctum. 8

---

5 *Gr. L. K.* VII 332 Varro uero in Argonauticis nymphas hexametrum fecisse sic scripsit | 1 te nunc ortigiae tenentem specula nimphe **B** te nunc elicona ortigie terentem specula nimphe **M**, *corr. Wuellnerus cp. Apoll. Rhod.* II 711 *sq.* | 2 hortantes *idem*: orantes *codd.* | ophebae **M** | et ieie conclamarunt *Wuellnerus cp. Apoll. Rhod. l. l.*: et loliscona clamarunt **B** et locolicon aclamarunt **M** ‖ 6 *Seru. ad Georg.* II 400 Varronis hic uersus est; *Apoll. Rhod.* II 1102 ‖ 7 *Seneca rhet. p.* 313 *K.* optimos uersus Varronis; *Ap. Rhod.* III 749 *sq.* ‖ 8 *Char.* 90 *K.* anguis . . feminini . . Varro Atacinus (*Gr. L. K.* VII 264); *Non.* 191 (*ubi* cuius *om.* **H** *m.* 1,

LIB. IV.

9 tum te flagranti deiectum fulmine, Phaethon.

10 semianimesque micant oculi lucemque requirunt.

INCERTAE SEDIS.

11 *Probus ad Georg. II 126*: pars Parthorum Media est appellata a Medo, filio Medeae et Aegei, ut existimat Varro, qui quattuor libros de Argonautis edidit.

II. chorographia.

12 uidit et aetherio mundum torquerier axe
et septem aeternis sonitum dare uocibus orbes
nitentes aliis alios, quae maxima diuis
laetitiast. at tunc longe gratissima Phoebi
dextera consimiles meditatur reddere uoces.

13 ergo inter solis stationem et sidera septem
exporrecta iacet tellus; huic extima fluctu
Oceani, interior Neptuno cingitur ora.

14 at quinque aethereis zonis accingitur orbis,
ac uastant imas hiemes mediamque calores:
sic terrae extremas inter mediamque coluntur,
quas solis rabido numquam uis adterat igne.

---

deuinctum *codd. omnes*); *Apoll. Rhod.* III 1214 *sq.* ‖ 9 *Quint.* I 5, 17 *συναίρεσιν* . . qualis est apud P. Varronem; *Mar. Victor.* 66 *et* 146 *K. sine auctoris nomine*; *Apoll. Rh.* IV 597 *sq.* | cum *Mar. Vict. bis* | flagrantem *pr. l. Vict. codd.* | deiecit flumine *bis Vict.* ‖ 10 *Seru. ad Aen.* X 396 quem uersum (*Ennii fr.* 328) ita ut fuit transtulit ad suum carmen V. Atacinus; *Ap. Rh.* IV 1525 *sq.* ‖ 12 *Mar. Victor.* 60 *K.* item et Varro; *chorographiae dedit Scaliger* | 4 laetitia stat tunc (*om.* B) longe *codd.* ‖ 13 *Prisc.* I 100 *H.* extimus. Varro in chorographia [ort(h)ographia *codd.*] ‖ 14 *Isidor. de n. r.* 10 de quibus (*quinque zonis*) Varro ita dicit; *cf. Salemon in gloss.*

Europam Libyamque rapax ubi diuidit unda. 15

– ◡◡ – ◡◡ – tutum sub sede fuissent. 16

munitus uicus Caralis ◡◡ – ◡◡ – – 17

cingitur oceano, Libyco mare, flumine Nilo. 18

feta feris Libye. 19

Indica non magna minor arbore crescit arundo: 20
illius ec lentis premitur radicibus umor,
dulcia cui nequeant suco contendere mella.

schol. Bern. ad Lucani V 516: cum omnes harundinem dicunt, hic c a n n a m dixit secutus Varronem, sicut et Ouidium. 20[a]

III. ephemeris.

– ◡◡ – ◡◡ – nubes *ceu* uellera lanae 21
stabunt.

---

s. u. zona | at] a **BA** *m.* 2 *Salem.* | aethereus **A** aetheris **BA** *m.* 2 aetheriis *Salem. uulgo* | incingitur *Tollius* | 2 hiemis *Salem.* | 4 quas *Grialius*: quam (quā) *codd.* | rabido *scripsi*: ualido *codd.* calido *Scaliger* | uis *Grialius*, *Meyerus*: ut **A** *m.* 1 **BE** (*in hos* uis *suprascr.*), *om.* **A** *m.* 2 **D** *Salem.* | atterat *Wuellnerus*: auferat **A** *m.* 1 **BE** afferat **A** *m.* 2 auferat **D** adserat *Salem.* rota ferueat *Scaliger* | ignē **B**, **A** *m.* 2 ‖ 15 *Cic. Tusc.* I 20, 45 aut ii qui Oceani freta illa uiderunt; *idem de n. d.* III 10, 24; *Varroni eiusque chorographiae dedi* ‖ 16 *Festus* 381 tutum frequenter dicitur maxime. Varro in Europa ‖ 17 *Gr. L. K.* V 349 ut ecce Atacinus [*Hertzius*: ait cinus *uel* cynus *codd.*] ‖ 18 *Char.* 61 *K.* (*de* mare *abl.*) Atacinus quoque; *idem* 137, *Prisc.* I 331 *H.* | ocrano limbeico *Neap. pr. l.* ‖ 19 *Philarg. ad Georg.* III 176 Varro Atacinus; *chorographiae Wernsdorfius*, *Argonautis* (*Apoll. Rhod.* IV 1562) *Ruhnkenius dedit* ‖ 20 *Isidor.* XVII 7, 58 Varro ait; *schol. Bern. ad Lucani* III 237 (— illius) | 1 magna minor *schol. Luc.*: magnum in *uulgo apud Isid.* magna minus *Vossius* magna nimis *Areualus* | 2 ec *scripsi*: et *uulgo* e *Areualus* | humor *uulgo* | 3 contendere *Vossius*: concedere *uulgo* ‖ 20[a] *ad Atacinum rettulit Usenerus*; *in eodem* *m fr.* 20 *conexu uocabulo illum usum esse puto* ‖ 21 *Seru. ad*

22 tum liceat pelagi uolucres tardaeque paludis
cernere inexpleto studio certare lauandi
et uelut insolitum pennis infundere rorem;
aut arguta lacus circum uolitauit hirundo
et bos suspiciens caelum (mirabile uisu)
naribus aerium patulis decerpsit odorem;
nec tenuis formica cauis non euehit oua.

IV. **belli Sequanici** LIB. II.

23 deinde ubi pellicuit dulcis leuis unda saporis.

V. **elegiae.**

24 huic similis curis ex petra lamentatur.

CORNELII GALLI **elegiae.**

uno tellures diuidit amne duas.

Georg. I 397 Varro in Ephemeride [*Bergkius m. Rh.* I 372 *sqq.*: epimenide *cod.*] | ceu *addidi* (ut *Riesius* nec nubes *Bergkius*) || **22** *Seru. ad Georg.* I 375 hic locus omnis de Varrone est; ille enim — nam et Varro et Vergilius Aratum (210 *sqq.*) secuti sunt || **23** *Prisc.* I 497 *H.* (pellicuit) | P. Varro belli Sequanici libro II (*hinc Mai class. auctt.* VIII 470) | pellicuit *optimus* **R**: pollicuit *et* prolicuit (*sic auctt. class.*) *plerique ceteri codd.* | leuis *et* saporis *om. auctt. class.* || **24** *Gr. L. K.* IV 564 per praepositiones sic fiunt soloecismi . . superuacua ponitur, ut apud Varronem — 'ex' enim superuacua est; *fortasse ex elegiis* | ex petra *scripsi anal. Catull.* 51: expedit a *cod.*

CORN. GALL. (*Teuffelius HLR.* § 232). *Vibius Sequester p.* 11 *Oberl.* Hypanis Scythiae, qui, ut ait Gallus — Asiam enim ab Europa separat.

C. ASINIUS POLLIO.

– ◡◡ – ◡◡ – Veneris antistita Cupris.

L. VARIUS.

I. de Morte.

uendidit hic Latium populis agrosque Quiritum 1
eripuit: fixit leges pretio atque refixit.

incubet ut Tyriis atque ex solido bibat auro. 2

quem non ille sinit lentae moderator habenae 3
qua uelit ire, sed angusto prius orbe coercens
insultare docet campis fingitque morando.

ceu canis umbrosam lustrans Gortynia uallem, 4
si ueteris pote sit ceruae deprendere lustra,
saeuit in absentem et circum uestigia nictens
aethera per nitidum tenues sectatur odores;
non amnes illam medii, non ardua tardant,
perdita nec serae meminit decedere nocti.

ASIN. POLL. (*Teuffelius* § 221, 2). *Char.* 100 *K.* antistes habet antistitam, ut . . Polio | Cupris *scripsi*: cuprus *Neap.* Cupras *uulgo* Cupra *Keilius* (*cf. Thorbeckius de Asin. Poll. p.* 128).

VARIVS (*Teuffelius HLR.* § 223). 1 *Macr.* VI 1, 39 Varius de Morte (*titulum uulgo circumlatum* de morte Caesaris *non niti ratione optinuit RUngerus progr. Hallensi a.* 1870 *edito*) | 2 fixitq. *m.* 1 *Par. ut uid.* ‖ 2 *Macr.* VI 1, 40 V. de Morte | ut *Par. cum codd. melioribus*: et *uulgo* ‖ 3 *Macr.* VI 2, 19 V. de Morte | 1 sinit ille sinit *Par. m.* 1 | 2 qua uenit *Par.* | orbe *Torrentius*: ore *codd.* | 3 campis *om. Par.* ‖ 4 *Macr.* VI 2, 20 V. de Morte | 1 seu *Par.* | gortinia *Par.* | 2 celeris *Wakefieldus*; *at cf. Ungerus l. l. p.* 15 | pote sit (*uel* possit) *scripsi*: potuit *codd.* | deprendere *scripsi*: conprendere (comprehendere) *codd.*; *comprehenduntur ferae, deprehenduntur lustra* (*cf. Silius It.* X 80) | 3 circum] toruum *Ungerus* | nictens (*uel*

II. panegyricus Augusti.

5 tene magis saluum populus uelit an populum tu,
seruet in ambiguo, qui consulit et tibi et urbi,
Iuppiter.

C. MAECENAS.

1 Lucentes, mea uita, nec smaragdos,
beryllos neque, Flacce mi, nitentes
nec percandida margarita quaero
nec quos thunica lima perpoliuit
anulos neque iaspios lapillos.

2 ni te uisceribus meis, Horati,
plus iam diligo, tu tuum sodalem
hinnulo uideas strigosiorem.

3 debilem facito manu, debilem pede, coxa,
tuber adstrue gibberum, lubricos quate dentes:

---

prensans *uel* rimans) *scripsi*: lustrans *codd. e u.* 1 latrans *Ulitius* | 4 aera *Ulitius* | liquidum *olim conieci Misc. Crit. p.* 21; *sed coniunge cum* tenues (*qui per diem sunt t.*) ‖ 5 *Hor. epist.* I 16, 27 *sqq.*, *ad quae Porphyrio* qui (*uersus*) sunt notissimo ex panegyrico Augusti *et Acron* haec enim Varius de Augusto scripserat.

MAECENAS (*Teuffelius HLR.* § 220). 1 *Isidor.* XIX 32, 6 Thynnius . . Flaccus [*ex u.* 2]; *recte uulgo Maecenati est datum* (*cf. et OIahnius Hermae* II 247) | 1 lucentes *Alciatus*: lugente *codd.* | 2 beryllos neque *Torrentius*: berillosque *codd.* | Flacce mi *Torrentius*: mi Flacce *codd.* | nitentes nec *uulgo*: nec nitentes *codd.* | 3 per candida *codd.* praecandida *Alciatus* | 4 tunica *uel* tinica (*sim.*) *codd.* | anulos (-us) *codd. fere*: anellos *alii* ‖ 2 *Sueton. uita Horatii p.* 45 *Reiff.* Maecenas quantopere eum dilexerit satis testatur illo epigrammate | 2 tu tuum *Muretus*: tutum *codd.* Titum *Nannius* | 3 hinnulo *Oudendorpius* (innulo *Rothius*): nimio *uel* ninio *uel* ninno (mimo, minio) *codd.* Ninnio *Pithoeus* mulo me *Baumgarten-Crusius* ‖ 3 *Seneca epist.* 101, 10 inde illud Maecenatis turpissimum uotum, quo et de-

uita dum superest, bene est! sustine hanc mihi:
acuta
nil est si sedeam cruce! – – ∪ – ∪∪ – –

'ades' inquit 'o Cybebe, fera montium dea, 4
ades et sonante typano quate flexibile caput.'

latus horreat flagello, comitum chorus ululet. 5

hic nýmpha cingit ómnis Acheloúm senem. 6

nec tumulum curo: sepelit natura relictos. 7

funeribus fumans calido cum farre catinus. 8

– ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ cardine tornus. 9

– ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – ∪ Quiritem. 10

---

bilitatem non recusat et deformitatem et nouissime acutam crucem, dummodo inter haec mala spiritus prorogetur | 1 coxo *Bamb.* | 2 tuberi adstrue gibberem *Heinsius* | 3 bene est hac mihi uel acuta si sed eam cruce sustine *codd.*, *correxi*; *alii alia* (hanc *uulgo*) ‖ 4 *Diomed.* 514 *K.* galliambum metrum apud Maecenatem tale est (= 1); *Caesius Bass.* 262 *K.* huic pares sunt apud M. (1, 2) | 1 audes inquid *codd. Diom.* | o (do *uel* cl **M**) cyb(a)ebae (erbebae) *codd. Diom.* o cybele *Caes. B.* | fera montiuaga dea *HGrotius tam sine necessitate quam duplicem contra auctoritatem* | tympano *codd. Caesii B.*, *corr. LMuellerus* ‖ 5 *Caesius B.* 262 *K.* hic ipse Maecenas . . sic; *Diomed.* 514 *K. omisso nomine*, *ubi* lacus *codd.* ‖ 6 *Caes. Bass.* 262 *K.* hoc uersu, qui est apud Maecenatem ‖ 7 *Seneca epist.* 92, 35 diserte Maecenas ait ‖ 8 *Char.* 79 *sq. K.* catinus masculino . . ut Maecenas in X (*carminum?*); *auct. d. d. n. Gr. L.* V 575 *K.* | funeribus *scripsi*: iugeribus *Char. Neap.* et *auct. d. d. n.* gigeriis *Barthius* ingeritur *Keilius* | fumantes celidum (caelid') cum ferre catinos *auct. d. d. n.* ‖ 9 *Gr. L. K.* V 591 tornus [turnus **L**: turnum *ceteri*] generis masculini, ut M. | torno **L** turno **MV**, *correxi*; tornos *RUngerus Valg. p.* 213 ‖ *non ad Maecenatis carmina pertinet Diomed.* 369, *ubi uidenda Keilii adnotatio* ‖ 10 *Gr. L. K.* V 588 Quirites singularem numerum non habet, quamquam Maecenas dixit 'Q.', sed non recipitur; *uix dubium est quin ex carmine sit petitum.*

AUGUSTI IMP. **epigramma.**

Quod futuit Glaphyran Antonius, hanc mihi poenam
Fuluia constituit, se quoque uti futuam.
Fuluiam ego ut futuam? quid, si me Manius oret
paedicem, faciam? non puto, si sapiam.
'aut futue aut pugnemus' ait. quid quod mihi uita
carior est ipsa mentula? signa canant!

POPULARES UERSUS IN AUGUSTUM FACTI.

1 Cum primum astrorum conduxit mensa chorum omnem
sexque deos uidit Mallia sexque deas,
impia dum Phoebi Caesar mendacia ludit,
dum noua diuorum cena et adulteria,
omnia se a terris tunc numina declinarunt,
fugit et auratos Iuppiter ipse thronos.

AUGUSTUS (*Teuffelius* § 220; *cf. P. L. M.* IV *p.* 111). *Martial.* XI 20, 1 Caesaris Augusti lasciuos, liuide, uersus sex lege, qui tristis uerba latina legis | 2 uti *pars codd.*, *pars* ut *et* 3 quod | 3 si se *Heinsius* | Mamius *pars codd.*; *at cf. Appian. b. c.* V 19 | 6 canat *nonnulli codd.* ‖ *Sueton. Aug.* 40 *apponere dubito.*

POPUL. VERS. 1 *Sueton. d. Aug.* 70 cena quoque eius secretior in fabulis fuit, quae uulgo δωδεκάθεος uocabatur; in qua deorum dearumque habitu discubuisse conuiuas et ipsum pro Apolline ornatum, . . exprobrant . . et sine auctore notissimi uersus | 1 astrorum (= *diuorum*) *scripsi*: istorum *codd.* Cum mimum histrorum (*histrionum*) *Heinsius* | conduxit, *conlegit*; condixit *Heinsius* | chorum omnem (*scil. deos consentes, ut explicat u. sq.*) *scripsi*: choragum *codd.* choragi *Heinsius nihilo melius* | 2 *mensa Mallia, i. e. in Mallii domo* | 4 cena et *scripsi*: caenat *codd. absurde*; *conuiuae ipsi etiam adulteria deorum ludunt* | 6 thronos *codd.*: toros (*i. e. puluinaria*) *uulgo non male.*

pater árgentarius, égo Corinthiárius. 2

postquám bis classe uíctus naues pérdidit, 3
aliquándo ut uincat, lúdit assidue áleam.

OBTRECTATORES VERGILII ET HORATII.

I. NUMITORII **Antibucolica.**

Tityre, si toga calda tibi est, quo tegmine fagi? 1

'dic mihi, Damoeta, cuium pecus?' anne latinum? 2
non, uerum Aegonis nostri sic rure locuntur.

II. INCERTI.

'nudus ara, sere nudus': habebis frigore febrem. 3

III. CORNIFICII GALLI.

ordea qui dixit, superest ut tritica dicat. 4

---

2 *Suet. d. Aug.* 70 notatus est (*Augustus*) et ut pretiosae supellectilis Corinthiorumque praecupidus . . proscriptionis tempore ad statuam eius ascriptum est | chorintiarius *Memm.* || 3 *Suet. l. l.* notatus est et . . aleae cupidus . . bello Siciliensi epigramma uulgatum est | 2 assiduae *Memm.* | aliam *Guelf.*

OBTRECT. 1, 2 *Sueton. uita Verg. p.* 740 *Hageni* prolatis bucolicis Numitorius [*Hagenus et Ribbeckius*: numinatoris *uel* numinatoriis *uel* -rus *codd.*] quidam rescripsit Antibucolica, duas modo eclogas . . quarum prioris initium est (= 1); sequentis (= 2) | 1 tegmina *Gronouius male* (*cf. ecl.* 1, 1) | 2, 1 *cf. ecl.* 3, 1 || 3 *Sueton. l. l.* alius recitante eo ex Georgicis (I 299) 'n. a. s. n.', subiecit 'h. f. f.' [*ita* G: subiecit et habebis BP]; *cf. Seru. ad Verg. l. l.* (*ubi* febres *fertur*), *Isidor.* II 21, 22 (*ubi* messes *pro* febrem); *ceterum Vergiliomastigem, pedestrem sine dubio, de quo cf. Seru. ad Verg. ecl.* 2, 23, *nolui adferre* || 4 *Cledonius p.* 43 *K.* Cornificius Gallus inde (*ob* ordea *pluralem*) reprehendit Vergilium; *Seru. ad Georg.* I 210 reprehensus Verg. dicitur a Bauio et Maeuio hoc uersu (*nimi-*

5 *Horat. sat. I 10, 36:* turgidus Alpinus iugulat dum Memnona dumque defingit Rheni luteum caput; *ubi Acro* riualem quendam poetam Gallum tangit, qui dum pugnam describit inter Achillem et Memnonem, ita hoc facit, ut iterum uideatur Memnona iugulare suis carminibus (*Porphyr. Mon. hic detruncatus; Cornelium Gallum obuio commento deteriores Porphyr. codd. uocantes Cornificium Gallum archetypi fortasse innuunt*).

C. VALGIUS RUFUS.

I. epigrammata.

1 tu, rugosa, rutunda margarita?

II. elegiae.

2 Codrus*que* ille canit, quali tu uoce canebas,
   atque solet numeros dicere, Cinna, tuos,
dulcior ut numquam Pylio profluxerit ore
   Nestoris aut *doc*to pectore Dem*odoci* .

---

rum inuenit Seru. h. u. ut obtrectatoris alicuius et hinc de suo notissimis obtrectatoribus B. et M. dedit); *ceterum male de Cornificio Catulli sodali cogitauere, qui a.* 41 *a. Chr. moriens in Africa minime eclogas Vergilii eo ipso anno coeptas cognoscere potuit*; Cornelius Gallus *Cledonio restituit IBeckerus male*; *immo est idem poeta et criticus, quem perstringit sub Alpini nomine Horatius* (*cf. fr.* 5).

VALG. RUFUS (*Teuffelius HLR.* § 241). **1** *Char.* 108 *K.* neutraliter hoc margaritum dicere uitiosum est, et tamen multi dixerunt, ut Valgius in epigrammatis: tu *ectr.*; *ita LMuellerus*: epigrammate (-tųe *Neap.*) situ *uulgo* ‖ **2** *schol. Veron. ad Verg. ecl.* 7, 22 (*p.* 74 *K.*, *cf. Fleckeis. ann.* 1866 *p.* 66) similiter . . hunc Codrum in elegiis Valgius honorifice appellat et quodam in ecloga de eo ait | 1 Codrusque (que *incertum*) *Herrmannus dispexit* | 2 solet *idem uidit* | 4 doc *et*

.... tra ..... ne .... llam credis mihi sen ...
uitam
noctem non hilarum posset ..... e d .....
falleris, insanus, quantum si gurgite nauta
Crisaeae quaerat flumina Castaliae.

et placidam fossae qua iungunt ora Padusam, 3
nauigat Alpini flumina magna Padi.

hic mea me longo succedens prora remulco 4
laetantem gratis sistit in hospitiis.

III. ex incertis libris.

sed nos ante casam tepidi mulgaria lactis 5
et sinum bimi cessamus ponere Bacchi.

perfusam peluem. 6

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – *mons unicus Aetnae.* 7

---

odoci *incerta posuit Keilius* | 5 mihi *certum Keilio, incertum Herrmanno* | sen *hic agnouit, non Keilius* | 8 criseae *codex* | *coniecturas Ungeri utpote incertissimas partim, partim incredibiles nolui adscribere; nec nouas uolui proferre ipse* ‖ 3 *Seru. ad Aen.* XI 457 alii partem fluminis Padi (*dici aiunt Padusam*), in quam descenditur fossa. Valgius [uulgius *cod.*] in elegis ‖ 4 *Isidor.* XIX 4, 8 remulcum funis, quo deligata nauis trahitur uice remi; de quo Valgius ‖ 5 *Philarg. ad Georg.* III 177 legitur et 'mulgaria', ut Valgius ait | 1 *puto* ante asam (= ante focum *Verg. ecl.* 5, 70) | 2 bimi *RUngerus*: uini *uulgo* (*quo retento* Baccho *Rutgersius*) ‖ 6 *Gr. L. K.* V 586 pelues generis feminini, ut Valgius [uallius *codd.*, *corr. Hauptius*] ‖ 7 *Seneca epist.* 51, 1 tu istic habes Aetnam, illum nobilissimum Siciliae montem; quem quare dixerit Messala unicum siue Valgius (apud utrumque enim legi) non reperio; *cf. RUngerus de Valgii Rufi poem. p.* 278—323, *qui uerba constituit.*

AEMILIUS MACER.

I. ornithogonia. LIB. I.

1 et nunc agrestis inter Picumnus habetur.

LIB. II.

2 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – cum laude excelleat omni.

INCERTAE SEDIS.

3 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – Vulcani tosta uapore
cum uirgis prosecta ferunt.

4 cygnus in auspiciis semper laetissimus ales;
hunc optant nautae, quia se non mergit in undas.

5 tum sacrae ueniunt altis ex nubibus ibes.

6 auxilium sacrae ueniunt cultoribus ibes.

II. theriaca.

7 – ⏑⏑ – longo resonantia sibila collo.

AEM. MACER (*Teuffelius HLR.* § 223). 1 *Non.* 518, 22 Picumnus et auis est . . Aem. M. ornithogoniae [theogoniae *codd.*] lib. I ‖ 2 *Diom.* 374 *K.* excello . . uerum tamen Macer Aem. ornithogonias secundo | excellet (-lit B) omnis *codd., corr. Keilius* ‖ 3 *Non.* 220, 17 prosecta . . neutri. Aemilius [licinius *codd.* lucinius H *m.* 1] Macer in ornithogonia | uulgani H 4 *Isidor.* XII 7, 19 nautae uero sibi hunc bonum prognosium facere dicunt, sicut Aemilius ait; *Seru. ad Aen.* I 393 item cycni nullis dant nisi nautis, sicut lectum est in ornithogonia | 1 cycnus *Seruii* H | auspiciis *Isid.*: auguriis *Seru.* | semper laetiss. *Isid.*: nautis gratiss. *Seru.* | 2 h. o. semper quia numquam mergitur undis *Seru.*, *qui est neglegentissimus* | 5 *Char.* 133 *K.* hae ibes Aem. M.; *ornithogoniae dedi* (*ut* et *fr. sq.*) | ueniunt cultoribus id est altis *Neap.*, *glossam apertam ex fr. sq. petitam eiecit RUngerus* (*aliter Keilius Philol.* II 193) | nubibus *scripsi*: urbibus *Neap.* ‖ 6 *Char. l. l. post fr. prius* item ‖ 7 *Char.* 81 *K.* sibilus . . neutro . . Macer theriacon;

– ◡◡ seu terga exspirant spumantia uirus 8
seu terra *hac* fumat, qua taeter labitur anguis.

schol. Bern. ad Lucani IX 701: serpentum nomina 9
aut a Macro sumsit de libris theriacon (nam duos edidit) aut *e. q. s.* — *idem ad IX 716:* cerastam Helena rapta a Paride in Aegyptum dicitur calcasse; inde spinam fractam habere [*cf. Nicandri ther. 309 sqq.*]

uepre occulta ruis ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – – 10

⟨III. de herbis.⟩

inter praeteritas numerabitur ocimus herbas. 11

protulit o quales *uegeta* segete intubus herbas! 12

pallentesque crocos ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – – 13

IV. incertae sedis.

illi multa lacus quem circum milia – – 14

Beda Gr. L. K. VII 291 | longo (longa, longe) *codd. Bedae*: tundo *Neap.*; *an* tunso ? ‖ 8 *Isidor.* XII 4, 24 chelydros serpens .. per quam labitur terram fumare facit; quem sic Macer describit | 1 fumantia *Salmasius* | 2 terra fumat *codd.*, *ut uid.*; terram *uulgo* terrae fumant *Areualus* infumat *Salmasius* effumat *Osannus* affumat *RUngerus* | teter] uenter *RUngerus* ‖ 10 *Gr. L. K.* V 592 uepres generis feminini, ut .., sed singularem non recipit, quamuis Aemilius [masculine] dicat; *seclusi glossam apertam* | ueper *codd.*, *correxi*; *est solita ad nescioquem anguem apostrophe poetica, unde theriacis praeeunte Ungero dedi* ‖ 11 *Char.* 72 *K.* ocimum .. neutraliter .. sed Aem. Macer ait; *cf. Beda Gr. L. K.* VII 282 ‖ 12 *Char.* 100 *K.* intiba .. masculino .. Aemilius Macer | protulit o p: *om. Neap.* | quale seges intubus *Neap.* quales reget intubus p, *correxi* (quales seges *Fabricius* quales ueget *Lachm. Lucil. p.* 19) ‖ 13 *Gr. L. K.* V 576 crocum generis neutri; sed Aem. Macer | crocos *Hauptius*: crocus **MV** crocis **L** ‖ 14 *schol. Bern. ad Georg.* II 160 Benacus. lacus circuit [circuitus *cod.*] stadia mille, ut Aem. Macer | *fortasse* illi *ualet* illic (*quod ipsum restituit Hagenus, qui in fine* curras *adiecit*), *quamquam uel sic*

15 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ flumina margine summa.

16 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ saucia naris.

17 maior api, crabrone minor ⏑⏑ – ⏑⏑ – –

DOMITIUS MARSUS.

I. Cicuta.

1 Omnia cum Bauio communia frater habebat,
unanimi fratres sicut habere solent,
rura, domum, nummos ac denique somnia: ut aiunt,
corporibus geminis spiritus unus erat.
sed postquam alterius mulier *noua* noluit *unum*
concubitum, posuit alter amicitiam:
omnia tunc ira, tunc *bile* odiisque soluta,
et noua regna duos accipiunt *dominos*.

---

displicet multa *traiectum*; *puto* illimisque lacus, q. c. m. multa || 15 *Char.* 65 *K.* margo feminino genere . . Aem. Macer ait | flumina *Lindemannus*: flumant minu *Neap.* || 16 *Char.* 107 *K.* naris singulariter, haec naris, dicimus ut Aem. Macer || 17 *Seru. ad Aen.* I 435 fucus autem est secundum Aem. Macrum (*cf. Isid.* XII 8, 3) | ape *codd.*, *correxi* || *alia* (*ut incertam plane Useneri coniecturam comm. Bern. Lucani p. 208*) *nolui adscribere*; *ceterum inter fontes Plinii n. h. uocatur in indicibus libr.* IX, X, XI, XVII.

DOM. MARSUS (*Teuffelius* § 243). 1 *Philarg. ad Verg. ecl.* 3, 90 duos sui temporis poetas dicit pessimos . . ex quibus Bauius curator fuit, de quo Domitius in Cicuta refert (*ex hoc iam corrupto hauserunt schol. Bern. ad l. l.*); *bis carmen exhibent codices* **FP**, *de quibus cf. Thilo mus. Rh.* 15, 132 | 2 unianimi *bis* **FP** | fratres **P** *bis*: fratri *et* frater **F** | 3 domum ruranum mostat denique omnia **FP** *priore*, durum rura nummos denique omnia *altero loco*, *correxi*; atque omnia denique *Pithoeus et uulgo* (*nisi quod* denique *nonnulli cum* ut aiunt *iungunt*) *pessime post illud* omnia *u.* 1, *unde* nomina *Heinsius*

Epirota tenellorum nutricula uatum. 2

si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit. 3

– ◡◡ – ◡◡ – hircum et alumen olens 4

II. fabellae. LIB. IX.

– ◡◡ – ◡◡ – callum sibi pectore quendam. 5

III. ex libris incertis.

– ◡◡ – adipis pondo bis quinque uetustae. 6

---

carmina *RUngerus* | 4 spiratur FP *priore loco* | 5 sed] si P *pr. l.* | postquam F *l. pr.*, P *l. alt.*, postque P *l. pr.* F *l. alt.* | mulier concubitum nouit deposuit alter a. *codd.*; communis utrique *Scaliger porroque* nubit (nupsit) *Oudendorpius;* concumbere utrique *Ungerus porroque* non uolt *Buechelerus m. Rh.* 18, 634 *quid sententia postulet perspiciens*; *meam dedi emendationem* (noua *ad progressum narrationis necessarium*; unum = *communem*, *cf. Ungerus ad Valg. p.* 428; deposuit *ex glossa*) | 7 et omnia *porroque* 8 noua regna FP, *traiecit* et *Duebnerus* | bile *addidi* (*omnia ob prioris unanimitatis oppositionem suadent efferendam esse nouam inimicitiam*) | odiisq. soluta *scripsi*: dissoluta *codd.* (irae: tunc dissoluuntur amores *Duebnerus* ira communia sunt resoluta *Roeperus Philol.* 19, 150 fratres communia dissoluerunt *Buechelerus*) | 8 duos *codd. teste Thilone* (duas *de Paris. testatur Duebnerus*) | dominos *addit Duebnerus* (dominas *Buechelerus non bene*) ‖ 2 *Sueton. de gr.* 16 Q. Caecilius Epirota . . primus dicitur . . Vergilium et alios poetas nouos praelegere coepisse, quod etiam Domitii Marsi uersiculus indicat | et epirota (epyrota, epirrota) *codd.*; et *deleuit Pontanus* ‖ 3 *Sueton. de gr.* 9 fuit (*Orbilius*) naturae acerbae . . in discipulos, ut . . significat . . Domitius Marsus scribens ‖ 4 *Diomed.* 319 *K.* oleo unguentum, ut . . Marsus; *ad epigramma in Maeuium non male rettulit Weichertus* | alumen *Putschius*: alumens *codd.* ‖ 5 *Char.* 72 *K.* callum . . Marsus fabellarum VIIII masculino sic ‖ 6 *Prisc.* I 168 *H.* quae (*uocabula in* ps) tamen ueteres etiam feminino genere protulerunt . . Marsus; *uerba ex opere non pedestri hausta esse docet illius* uetustae *collocatio* | bis quinque (*uel* dena) *scripsi*: uiginti *codd.* (ueginti G) trigintā *prosodia christianis tantum poetis con-*

7 Te quoque Vergilio comitem non aequa, Tibulle,
mors iunenem campos misit ad Elysios,
ne foret, aut elegis molles qui fleret amores
aut caneret forti regia bella pede.

INCERTI **de Crassitio epigramma.**

Uni Crassitio se credere Zmyrna probauit:
desinite, indocti, coniugio hanc petere!
soli Crassitio se dixit nubere uelle,
intima cui soli nota sua extiterint.

PUPI.

Flebúnt amici et nóti bene mortém meam;
nam pópulus in me uíuo lacrimauít satis.

POPULARES UERSUS **in Sarmentum.**

'Aliud scriptum habét Sarmentus, áliud populus
uóluerat.

---

cedenda Fleckeisenus ‖ 7 *extat in Tibulli codicibus in fine (cf. edit. meae p.* 88), *ita ut Cuiacii uetusta membrana teste Scaligero inscripserit* Domiti Marsi, *uulgares libris* epitaphium Tibulli *praescribant* | 1 Virgilio *codd.*

INCERTI. *Sueton. de gr.* 18 L. Crassitius . . commentario Zmyrnae (*Cinnae*) edito adeo inclaruit, ut haec de eo scriberentur; *Dom. Marso tribuit RUngerus* | 1 Zmyrna **VGI**: Smyrna **NO** Smirna **L** | 2 hanc **GIL**: hoc **O** *et* (*uaria lectione* hanc *suprascr.*) **NV**.

PUPI. *Acron. ad Hor. ep.* I 1, 67 (lacrimosa poemata Pupi) Pupius tragoediographus ita adfectus spectantium mouit, ut eos flere compelleret, unde distichon fecit | 1 et noti bene (= *ualde fl.*) *scripsi comm. Catull.* 560: et bene noti *codd.*

POPUL. VERS. *schol. ad Iuuen.* 5, 3 Sarmentus natione Tuscus . . incertum libertus an seruus, plurimis forma et ur-

dígna dignis: síc Sarmentus hábeat crassas cóm-
pedes!
rústici, ne níhil agatis, áliquis Sarmentum álliget.

P. OVIDIUS NASO.

I. phaenomena.

Pleiades ante genus septem radiare feruntur, 1
nec tamen apparet sub opaca septima nube.

tot numero talique deus simulacra figura 2
inposuit caelo perque atras sparsa tenebras
clara pruinosae iussit dare lumina nocti.

II. ludicra et epigrammata.

at si contuleris eam lacernae, 3
conspectu melioris obruatur.

ride, si sapis, o puella, ride. 4

---

banitate promeritis eo fiduciae uenit, ut pro equite Romano ageret et decuriam quoque quaestoriam compararet. quare per ludos, quibus primum ⟨in⟩ XIIII ordinibus sedit, haec a populo iu eum dicta sunt — tum ut causam usurpatae dignitatis dixit, precibus et gratia summoto accusatore dimissus est *ectr.* | 1 *et* 2 Sarmentius *codd.*, *corr. Pithoeus* | 2 crassos *et* 3 agitis *codd.*, *corr. Pithoeus.*

OVIDIVS. 1 *Probus ad Georg.* I 138 Pleiades .. quarum mentionem facit Ouidius in phaenomenis dicens de Perseo | 1 pliades **P** | ante] autem **V** | 2 nec *scripsi*: sed **PV** | apparent **V** ‖ 2 *Lactant.* II 5 Naso .. eum librum, quo phaenomena breuiter comprehendit, his tribus uersibus terminauit | 1 figuras **B** *m.* 2 **H** | 2 inposui **B** *m.* 1 | perqu≡e **BH** (a *erasa*) | astra **R** | sparsa≡ (s *erasa*) **P** | 3 pruinose **B** *m.* 1 | numina **P** *m.* 1 | dare *ex* dari *corr.* **H** | noti **P** ‖ 3 *Quintil.* XII 10, 75 ut lana tincta fuco citra purpuras placet, 'at — obruatur', ut Ouidius ait | 1 at *uulgo*: ac *codd.* | eam *Heinsius*: etiam *codd.* | *post* lacernae *interpunxit Hauptius opusc.* III 691, *qui et* obruetur *maluit* ‖ 4 *Mart.* II 41, 1 — Paelignus puto dixerat poeta; *non*

5 Larte ferox caeso Cossus opima tulit.

6 cur ego non dicam, Furia, te furiam?

III. incertae sedis.

7 bis rapitur uixitque semel.

8 – ◡◡ – currus crystallo lucidus albo.

9 innumerosque uehes.

10 uiscere diuiso.

11 – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – nymphaeque salaces.

12 *Porphyrio ad Hor. od. II 5, 20* (Cnidiusue Gyges): de huius pueri pulchritudine etiam Ouidius locutus est.

13 *Plinius n. h. XXX § 33:* anginis felle anserino cum elaterio et melle citissime succurritur, cerebro noctuae, cinere hirundinis ex aqua calida poto. huius medicinae auctor est Ouidius poeta.

14 *Primasius comment. epist. ad Hebr. 11:* saecula uero, ut Ouidius Naso dicit, dicuntur a sequendo, eo quod sese sequantur atque reuoluantur, teste Varrone.

---

respicitur ad a. a. III 513 ‖ 5 *Prisc.* I 149 *H. in adn., ubi codex* D: Lar quando significat . . imperatorem Veientorum, lartis (*scil. facit genetiuum*); quem mactauit Cossus et testis est Ouidius dicens | caeso] cesus *cod.* ‖ 6 *Quint.* IX 3, 70 apud Ouidium ludentem | ego M: ergo AGS ‖ 7 *Seru. ad Georg.* IV 495 Ouidius; *Lucani Orpheo dedit Heinsius* ‖ 8 *Gr. L. K.* V 576 christallum generis neutrius, ut Ouidius | cristallo lucedus alba *codd.* (*aut* albo *aut* sed Ouidius *Hauptius*) ‖ 9 *ibid.* 592 -uehes gen. masc., ut Ouidius ‖ 10 *Gr. L. K.* I 550 (*cf.* VII 294) uiscera, Ouidius singulariter ‖ 11 *Paulus* 327 Salaciam . . unde Ouidius — quo uocabulo poetae pro aqua usi sunt ‖ 14 *cf. Hauptius opusc.* III 428; *dubiae certe fidei hoc fr.; et Usenerus de Opilio cogitauit* ‖ *cf. et Priapearum tertium* (*Seneca contr.* I 2, 22) *et alia titulis tenus nota Quintil.* VI 3, 96, *Ouid. ex*

ALBINOVANUS PEDO.

iam pridem pos terga diem solemque relictum
iamque uident noti se extorres finibus orbis
per non concessas audaces ire tenebras
Hesperii metas extremaque litora mundi:
nunc illum, pigris immania monstra sub undis
qui ferat, oceanum, qui saeuas undique pistris
aequoreasque canes, ratibus consurgere prensis!
accumulat fragor ipse metus: iam sidere limo
nauigia et rapido desertam flumine classem
seque feris credunt per inertia fata marinis
quam non felici laniandos sorte relinqui.
atque aliquis prora caecum sublimis ab alta
aera pugnaci luctatus rumpere uisu,
ut nihil erepto ualuit dinoscere mundo
obscurum, talis effundit pectore uoces:
'quo ferimur? fugit ipse dies orbemque relictum
ultima perpetuis claudit natura tenebris.
anne alio positas ultra sub cardine gentes
atque alium *libris* intactum quaerimus orbem?

Pont. I 2, 131, I 7, 27 *sqq.*, III 4, 19 *sqq.*, IV 6, 17 *et* 9, 131, IV 13, 19 *sqq.*, *Ouid. am.* II 1.

ALBIN. PEDO (*Teuffelius HLR.* § 252, *Wernsdorf. PLM.* IV 229). *Seneca rhetor* 10 *K.* nemo illorum potuit tanto spiritu dicere quanto Pedo, qui nauigante Germanico dicit | 1 post **TV** | relinquunt *Hauptius male* | 2 iamq. uident *Withofius*: iam quidem (-dam **A** *ex corr.*) *codd.* iam pridem *uulgo* | noti se *scripsi*: natis *codd.* notis *uulgo* | 3 non *uulgo*: nos *codd.* | 4 Hesperii **STV**: asperum **AB** ad rerum *Hauptius* (*sed* ad *facillime suppletur, ut alia taceam*) | 6 pristis **STV** pristinis **A** dristinis **B** | 9 nauigie trapido **A**, **B** *m.* 1 | flumine *Gorallus*: flamine *codd.* | 11 quam *Heinsius*: tam *codd.* iam *Gorallus* | laniendos forte **A** | 12 caecum *Haasius*: cedunt **AB V** *m.* 1 cedat **T V** *m.* 2 sedens **S** (**T** *margo*) | 13 luctatur **A** | uisu *uulgo*: uisum *codd.* nisu *Scaliger* | 15 obscurum *scripsi*: obstructum *codd.* obstricto *Barthius* obstructo *Scaliger* (obstructa in — pectora *Bursianus*) | 16 fugit *Gronouius*: rugit **ABV** ruit **ST**

di reuocant rerumque uetant cognoscere finem
mortales oculos! aliena quid aequora remis
et sacras uiolamus aquas diuumque quietas
turbamus sedes?

CORNELIUS SEVERUS.

Rerum Romanarum LIB. I.

1 ‒ ◡◡ ‒ ◡◡ ‒ pelagum pontumque moueri.

INCERTAE SEDIS.

2 ardua uirtuti longeque per aspera nixa
eluctanda uia est: labor obiacet omnis honori.

3 huc ades Aonia crinem circumdata serta.

4 stabat apud sacras antistita numinis aras.

5 ignea iam caelo ducebat sidera Phoebe
fraternis successor equis.

(**V** *m.* 2) | 19 libris **STV**: liberis **AB** nobis *uel* proauis *Burmannus* lembis *Oudendorpius* flabris *Hauptius*; *uerum nondum repertum*; *conieci* Hesperiis | 20 reuocani **AB** | 21 alienas **B** *m.* 1 alienos (-nis *m.* 2) **A** | qui decora **AB** | 22 ecsacras **B** et sacra **ST**.

CORN. SEV. (*Teuffel.* § 252, *Wernsd.* IV 217 *sqq.*). **1** *Gr. L. K.* IV 208 et C. S. rerum Rom. lib. I dixit; *ex eodem opere probabile est cetera fragmenta pleraque fluxisse* ‖ **2** *schol. Bernensia ad Lucan.* IX 402 (*p.* 300 *Us.*) ergo cum dicit gaudere asperis uirtutem, Hesiodi sententiam explicat . . [ἔργ. 289], quam Seuerus ita scripsit | nixa eluctanda *scripsi*: niuę-luctanda *cod.* sentis eluct. *PDaniel* longo . . nisu eluct. *Usenerus* cliua eluct. *AKiesslingius uocis formam ab hoc aeuo alienam restituens* | onori *cod.* ‖ **3** *Char.* 107 *K.* serta . . feminine . . et Corn. Seuerus; *cf. Gr. L. K.* V 590, *ubi codd.* ades (adhes) aumacrin(a)e circumdat(a)e sert(a)e ‖ **4** *Char.* 100 *K.* et antistes habet antistitam, ut . . Corn. Seuerus ‖ **5** *Char.* 86 *K.* successor . . Corn. Seuerus etiam feminine.

et sua concordes dant sibila clara dracones. 6

– ⏑⏑ – flauo protexerat ora galero. 7

– ⏑⏑ purpureis gemmata *est* pampinus uuis. 8

pomosa lentos seruabat in arbore ramos. 9

pinea frondosi coma murmurat Apennini. 10

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – stratique per herbam 11
'hic meus est' dixere 'dies'.

luxuriantur opes, exordia longa grauantur. 12

oraque magnanimum spirantia paene uirorum 13
in rostris iacuere suis; sed enim abstulit omnis,
tamquam sola foret, rapti Ciceronis imago.
tunc redeunt animis ingentia consulis acta
iurataeque manus deprensaque foedera noxae

---

6 *Char.* 81 *K.* sibilus . . neutro genere . . Corn. Seuerus; *cf. Gr. L.* VII 291, *ubi* concordant sibila saeua *codd.* ‖ 7 *Char.* 80 *K.* galerus . . masculino . . Corn. Seuerus | protexerat *Neap.*: praetexerat *uulgo* ‖ 8 *Gr. L. K.* V 588, 2 pampinus generis feminini, ut Cornelius [cornilius *codd.*]; *huc etiam spectare uidetur Char.* 105 *K. in loco lacunoso et corrupto* (*ubi* gemmauit *cod.*) | geminata *codd.*, *correxi duce Charisio* | est *addidi* ‖ 9 *Gr. L. K.* VII 588, 26 ramus generis masculini, ut Cornelius [cornilius *codd.*] | lento *unus* **M** ‖ 10 *schol. ad Persii* I 95 omnia epicorum carmina ita fere sunt composita, ut proximus pes ab ultimo dactylus sit, exceptis admodum paucis, quos spondeiazontas appellant, ut apud C. S. ‖ 11 *Senec. rhet.* 18 *K.* occurrit mihi sensus . . a Seuero Cornelio dictus tamquam de Romanis nescio an parum fortiter. edicta in posterum diem pugna epulantes milites inducit et ait . . . . parum Romani animi seruata est magnitudo; cenant enim tamquam crastinum desperent | stratique **SV**: gratique **AB**, **T** *m.* 1 | es **AB** | dixere *uulgo*: dixisse *codd.* ‖ 12 *Diomed.* 378 *K.* luxurior in crimine est, ut C. S. ait | luxur. **B**: luxor. **AM** | exordia *scripsi*: etque (**M**: atque **AB**) ordia (**B**: odia **AM**) *codd.* atque otia *Caesarius* ‖ 13 *Seneca rhet.* 47 *K.* nemo tamen ex tot disertissimis uiris melius Ciceronis mortem deplorauit quam Seuerus Cornelius | 1 paene] saepe *Burmannus* | 2 iacueres suis **AB** | 4 ingenia

patriciumque nefas exectum: poena Cethegi
deiectusque redit uotis Catilina nefandis.
quid fauor aut coetus, pleni quid honoribus anni
profuerant, sacris et uota quid artibus aetas?
abstulit una dies aeui decus, ictaque luctu
conticuit Latiae tristis facundia linguae.
unica sollicitis quondam tutela salusque,
egregium semper patriae caput, ille senatus
uindex, ille fori, legum iurisque togaeque
publica uox, saeuis aeternum obmutuit armis!
informes uoltus sparsamque cruore nefando
canitiem sacrasque manus operumque ministras
tantorum pedibus ciuis proiecta superbis
proculcauit ouans nec lubrica fata deosque
respexit! nullo luet hoc Antonius aeuo.
hoc nec in Emathio tristis uictoria Perse
nec tibi, dire Syphax, non fecit, false Philippe;
inque triumphato ludibria iuncta Iugurtha
afuerunt, nostraeque cadens ferus Hannibal irae
membra tamen Stygias tulit inuiolata sub umbras.

AB | 6 patriciumque *et* **T** *et* **V** *m.* 2: patritiumque **B** patrociumque **A**, **V** *m.* 1 (*similia* **T** *m.* 1) | exectum *scripsi*: est tunc *codd.* extinctum et *Gronouius* detectum et *Iacobsius* | gestegi **AB** | 7 catillina **AB** (*ex* Catulina *forma?*) | 8 aut cultus *Barthius* adsuetus *Heinsius* | 9 profuerunt *uulgo* | et uota *scripsi*: et uita *codd.* exacta *Schottus* (*quo seruato* acta *pro* aetas *Erasmus*) | 9 ≡actaque luctū **A** | 10 aeui] urbis *Heinsius* | 11 latiet **AB** late **ST** *m.* 1 **V** (*p.* 48, *ubi hic u. repetitur*, late *soli* **ST** *m.* 1) | 13 etgeium **AB** | 14 iurisque *Heinsius*: ritusque *codd.* iurumque *Lindenbrogius* | 15 saeuis *Scaliger*: eius *codd.* | ommutuit (·tauit) **AB** | 16 infores **AB** | uultus **T** uolutus **B** | cruone **ST** | 17 ganiciem **AB** | 18 ciuis] uices **AB** | 20 lucet **B** | tonius **A** | 21 hematio **ABV** | tristis *scripsi*: mittis **AV** mitis **BST** | 22 tibi *scripsi*: te *codd.*, *quod pessime in te explicant* | dires sypax **AB** | false Philippe *scripsi*: hoste Philippo (filippho **AB**) *codd.* in h. Ph. *uulgo* | 23 iuncta *scripsi*: cuncta *codd.* tanta *Schelius* | iugurta **ABV** iurgata **T** | 24 afuerat **ABV** afuerant **S** affuerat **T** afuerunt *Heinsius* | nostraque — ira *Stephanus* | annibal **AB**.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ tragica syrma 14
Musae Aonides ⏑⏑ – – ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 15

SEXTILIUS ENA.

deflendus Cicero est Latiaeque silentia linguae.

IULIUS MONTANUS.

incipit ardentes Phoebus producere flammas, 1
spargier et rubicunda dies: iam tristis hirundo
argutis reditura cibos inmittere nidis
incipit et molli partitos ore ministrat.

iam sua pastores stabulis armenta locarunt, 2
iam dare sopitis nox pigra silentia terris
incipit.

14 *Gr. L. K.* V 590 syrma . . priores feminini, ut Cornelius [-ilius *codd.*] | sirma **L** ‖ 15 *Gr. L.* IV 424 *K.* (*ibid.* 479) quintus modus est, cum diphthongum uocalis sequitur; est enim longa in hoc; *cf. Gr. L.* V 118, VI 230 *et* 242, VII 232 *sine auctoris nomine ubique*; *non male Seuero dedit IBeckerus* ‖ *alia ut aliena a nostro* (*ut Diomed.* 375 *K. et GL. K.* V 577 clamis, *cf. Fleckeis. ann.* 1875, 126), *ita supra exscribere* (*ut Senecae epist.* 79, 5, *Quintil.* X 1, 89) *a nostro proposito in fragmentis solis uersante abhorret.*

SEXT. ENA. *Seneca rhet.* 48 *K.* S. E. fuit homo ingenio suo magis quam eruditus, inaequalis poeta . . talis, quales esse Cicero Cordubenses poetas ait . . is hanc ipsam proscriptionem recitaturus . . in principio hunc uersum non sine assensu recitauit | deflendus **AB** deficiendus **ST** | lataque **S**, **T** *m.* 1.

MONTANUS (*Teuffelius* 252, 13). 1 *Seneca epist.* 122, 11 recitabat Mont. Iulius carmen, tolerabilis poeta . . cum hos uersus recitasset | 2 spargier et *scripsi*: spargere *codd.* spargere se *uulgo* | 3 mittere *Bamb.* | 4 partitus *Bamb. cum aliis, fort. recte* ‖ 2 *Seneca l. l. post fr. prius* deinde cum subinde recitasset.

ARBRONIUS SILO.

ite agite, *o* Danai, magnum Paeana canentes,
ite triumphantes: belli mora concidit Hector.

RABIRIUS.

1 extulit Idaeos summa cum margine colles.

2 'hoc habeo, quodcumque dedi!' ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ –

3 ac ueluti Numidis elephans circumdatur altus.

4 in tenue est diducta serum pars optima lactis.

5 portarumque fuit custos Erucius – –

SILO. *Seneca rhet.* 21 *K.* memini Arbr. Silonem . . recitare carmen, in quo agnouimus sensum Latronis in his uersibus | 1 o *om. codd.* | peanentes **A** | 2 occidit **A** occidit occidit *ceteri codd.* | ore sectora **AB** ore s; ora **ST**.

RABIRIUS (*Teuffelius HLR.* § 252, 9). 1 *Char.* 65 *K.* margo feminino genere . . Rabirius | extulit *in fragmentum traxit CBarthius*: *uulgo grammatico dant* | collos *Neap.* || 2 *Seneca de benef.* VI 3, 1 egregie mihi uidetur M. Antonius apud Rabirium poetam, cum fortunam suam transeuntem alio uideat et sibi nihil relictum praeter ius mortis, id quoque, si cito occupauerit, exclamare | *puto* dedit, *scil. fortuna* || 3 *Gr. L. K.* V 578 elefantus generis masculini, ut Rabirius | uelut in (h)umidis *codd., corr. Hauptius* | elephas **V** | altus *Hauptius*: aliis **VL** illis **M** circumdatus alis *Clericus*; *an* altis ? || 4 *Gr. L. K.* V 590 serum lactis generis neutri, ut Rabirius | in teneum est deducta in (*om.* **V**) parsimonia lactis *codd., correxi*; in tenerum est deducta serum pars intima *Hauptius* || 5 *Gr. L.* V 578 erinaceus, non ericius; tamen Rabirius | portarum qui **L** partarum qui **V** pantarumqui **M**, *corr. Hauptius* | custus **MV** | ericius *codd., correxi*; *error exemplaris ridicule lemmati dedit ansam.*

DORCATIUS.

neu tu parce pilos uiuacis condere cerui,
uncia donec erit geminam super addita libram.

INCERTORUM VERSUS.

tune Clytaemestrae foedasti uiscera ferro? 1

Cyclops, Aetnaeus cultor, Neptunia proles. 2

horum quid mauis, stultusne malusne, uideri? 3

– ⏑⏑ – ⏑⏑ in medio uictoria ponto. 4

iam Danai nec si referunt ⏑⏑ – ⏑⏑ – – 5

mater me genuit, eadem mox gignitur ex me. 6

Iuppiter omnipotens, caeli qui sidera torques, 7
ore tuo dicenda loquar.

– ⏑⏑ – ⏑⏑ – impleuit litora Xanthus 8

DORCAT. (*Hauptii opusc.* III 571) *Isidor.* XVIII 69 pila proprie dicitur, quod sit pilis plena. haec antea et sphaera a ferendo uel feriendo dicta, de quarum genere et pondere D. sic tradit.

INCERT. UERS. *consociaui hic quaecumque temporis Augustei esse possunt* ‖ 1 *Char.* 13 *K.* (*de communibus syllabis*); *Gr. L. K.* VII 387 | clytemestr(a)e *codd.* ‖ 2 *Char. et G. L. K.* VII *l. l. de eadem re* | ęthneus *codd.* ‖ 3 *Char.* 270 *K.* ordo inmutatur . . coniunctionibus, ut — pro 'stultusne an malus' | quid *ego*: quod *Neap.* | malus (ne *in fine lineae omisso*) *Neap.* ‖ 4 *et* 5 *Char.* 271 *K.* ellipsis . . ut per 'est' — et — pro 'ne si quidem referunt'; *haec ad idem carmen uidentur referenda* | nec si *ego*: nisi *Neap.* ne si *Lindemannus* ‖ 6 *Char.* 276 *K.* aenigma . . ut; *Diomed.* 462 *K.*, *Gr. L. K.* IV 402 ‖ 7 *Diomed.* 451 *K.* cacozelia . . nimio tumore ‖ 8 *Gr. L.* IV 423 *K.* litteram duplicem etiam pro simplice posse poni, quando graeca sunt nomina, ut fit in hoc uersu | xancthus *cod.*

8a sanguine turbatus miscebat litora Xanthus.
9 mors ecce *et* non tardat et omni adlabitur hora.
10 si uinco et pereo, quid ibi me uincere praestat?
11 pontum pinus arat, sulcum premit acta carina.
12 unde uenit Titan et nox ubi sidera condit.
13 nubila, nix, grando, procellae, fulmina, uenti.
14 conuexum quoties claudit nox umida caelum.
15 ignoti facie, sed noti uellere Seres.
16 aligeros conscendit equos ⏑⏑ – ⏑⏑ – – .
17 – ⏑⏑ – ⏑⏑ – liceat sperare timenti.
18 eripis ut perdas; perdis ut eripias.
19 non male respondit; male enim prior ille rogarat.
20 iam adducatque salo se nigris nubibus aether.
21 o, imo, magnae, nunc *nunc* o hiscite, terrae!

8a *Terent. Maur.* 1161 (*de* x *litt.*); *fortasse est idem cum priore uersus, ut sit* impleuit *ex glossa profectum* ‖ 9 *Gr. L.* VII 333 *K. de caesura cata triton trochaeon* | et *addidi* ‖ 10 *Isidor.* II 21, 16 aliae comparatiuae ‖ 11 *Isidor.* I 36, 4 metaphorae .. de inanimale ad inanimale, ut | acta *scripsi*: alta *uulgo* ‖ 12 *Isidor.* I 17, 3 (*de accentu graui*) ut ‖ 13 *Isidor.* I 35, 13 schesis onomatum .. ut | *nota* prōcella *et adde apud LMuellerum de r. m.* 363 | procella flumina *Anecd. Heluet. p.* CCXXXVII ‖ 14 *Isidor.* III 38 conuexa caeli extrema eius sunt .. ut est illud | humida *uulgo* ‖ 15 *Isidor.* IX 2, 40 Seres .. de quibus est illud ‖ 16 *Isidor.* I 36, 3 metaphorae .. ab animali ad animale, ut ‖ 17 *Isidor.* I 33, 4 acyrologia .. ut — proprium autem est timenti formidare ‖ 18 *Iulius Rufinian.* [illegible] *H.* metathesis .. ut ‖ 19 *Quintil.* V 13, 42 ut non sit in-[illegible]is ille uersus ‖ 20 *schol. Bern. ad Lucan.* IV 82 | iam ad-[illegible]ta sal segino nubibus aetere *cod.*, *correxi* ‖ 21 *Quintil.* IX

Sulla forum statuit Cornelius, hoc Itali urbem 22
ei mihi, quam celeri rapiuntur grata uolatu! 23
alta procelloso speculatur uertice Pallas. 24
‒ ◡◡ ‒ ◡◡ ‒ ◡ suoque simillima caelo. 25
sanguineum quatiens dextra Bellona flagellum. 26
— scissa gaudens uadit Discordia palla. 27
festinantem animam morti non credidit uni. 28
felices nuptae! moriar, nisi nubere dulce est! 29

UERSUS POPULARES **in Tiberium.**

Asper es, immitis: breuiter uis omnia dicam? 1
  dispeream, si te mater amare potest.

2, 26 unde sunt illa . . et | o imo *scripsi*: omo A homo ab, *om.* BM | magne *codd.* | nunc o hiscite *scripsi*: coniscite A hiscite B hiis scite M scite b ‖ 22 *Anecdota Helvet. p.* XLVIII item correptum (i *in Italia*) | silla forum stauit *cod.* ‖ 23 *Anecd. Helvet.* 171 ei dolentis est, ut | quam B: quod A ‖ 24 *Seneca epist.* 77, 2 cum intrauere Capreas et promontorium, ex quo ‖ 25 *Seneca de ira* II 15, 5 in frigora septentrionemque uergentibus (*populis*) inmansueta ingenia sunt, ut ait poeta; *fortasse est uersus Albinouani*; *num* ingenia inmansueta *in initio ponendum est?* ‖ 26, 27 *Seneca de ira* II 35, 6 uel, si uidetur, sit (*ira*) qualis apud uates nostros est 's. q. d. B. fl.' aut 'sc. g. u. D. p.' aut si qua magis dira facies excogitari diri adfectus potest; *sic haec interpungo*: *uulgo male prius* aut *ipsi uersus alteri tribuunt* ‖ 28 *Ennod.* 306 *H.* quomodo quidam dixit de cohorte uestra | non cr. uni *plerique codd.*: cr. uri *uel* uestri (*om.* non) Rm ‖ 29 *Seneca rhet.* 290 *K.* uirgo Vestalis scripsit hunc uersum; *hic*, *ne abesset*, *adscripsi* | nuptiae *cod.*

VERS. POPUL. 1—5 *Sueton. Tib.* 59 ut nonnulli uersiculis quoque et praesentia exprobrarent et futura denuntiarent mala ‖ 1, 1 es *Heinsius*: et *codd.*

2 Non es eques. quare? non sunt tibi milia centum;
omnia si quaeras, et Rhodus exilium est.

3 Aurea mutasti Saturni saecula, Caesar;
incolumi nam te ferrea semper erunt.

4 Fastidit uinum, quia iam sitit iste cruorem:
tam bibit hunc auide quam bibit ante merum.

5 Aspice felicem sibi, non tibi, Romule, Sullam
et Marium, si uis, aspice, sed reducem,
nec non Antoni ciuilia bella mouentis
non semel infectas aspice caede manus
et dic: Roma perit! regnauit sanguine multo,
ad regnum quisquis uenit ab exilio.

6 sálua Roma, sálua patria: sáluus est Germánicus.

ASINII GALLI **epigramma.**

Qui 'caput ad laeuam!' didicit, glossemata nobis
praecipit: os nullum uel potius pugilis!

PACONIUS.

Eoo exoriens Hyperion fulgorat Euro;
Arctous plaustro Boreas bacchatur aheno;

2, 2 nomina si q., en Rh. *Heinsius* ‖ **5**, 1 aspice et felicem *Memm.* | Syllam *Memm. Guelf.* | 2 *malim* reduces | 3 nec] ne *Memm.* ‖ **6** *Sueton. Calig.* 6 expergefactus e somno Tiberius gratulantium uocibus atque undique concinentium; *hic quamquam sub alieno titulo adiunxi.*

ASIN. GALL. (*Teuffelius* § 276, 3). *Sueton. de gr.* 22 pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum (*M. Pomponium Marcellum grammaticum*) epigrammate ostendit | 2 *puto* nullum.

PACONIUS. *Diomed.* 499 *K.* uocales sunt, qui alte producta elocutione sonantibus litteris uniuersam dictionem in-

Hesperio Zephyro Oarionis uoluitur astrum;
fulua Paraetonio uaga Cynthia proruit Austro.

POPULARES UERSUS in Caligulam.

In castris natus patriis, nutritus in armis
   iam designati principis omen erat.

GAETULICUS.

non aries illum uerno ferit aere cornu,
Cnosia nec geminos praecidunt cornua, tantum
sicca Lycaonius resupinat plaustra Bootes.

---

lustrant, ut est illud Paconianum: Eoo; *sic Hauptius* (*paulo aliter opusc.* III 336): paconia non meo *codd.* | exoriens *scripsi*: oceano *codd. intolerabili cum constructione* (*ex glossa, ut uid.*) | fulgorat *codd.*: fulgurat *uulgo* | eruro **B** | 2 Arcto' (= -tous) *scripsi*: arcto **AM** acto **B** Arctoo *Vossius contra ceteros uersus* | plastro **BM** | aheno *Stephanus*: rheno **AM** reno **B** ab Aeno *Scaliger* ab Haemo *Burmannus* | 3 hesperio **A**: spereo **BM** | zefyro **A** | Oarionis *scripsi*: Orion *codd.* sed Orion *Stephanus* | astrum *scripsi*: austrum **M** austro **A** *et* (ũ *supra* o) **B** *ex u. sq.* | 4 Paraetonio *AStatius*: aretonio (a *supra lin.*) **A** aretoneu **B** aretoneũ **M** | chynthia **M** chynthya **B** cythia **A**.

POPUL. UERS. *Sueton. Calig.* 8 uersiculi imperante mox eo diuulgati apud hibernas legiones procreatum indicant | natus, patriis *uulgo*, *corr. Bentleius.*

GAETUL. (*Teuffelius* § 291). *Probus ad Georg.* I 227 septentriones, quos Graeci duas ursas uocant, Helicen et Cynosuram, in barbarica sphaera plaustrum esse, quod ducatur a bubus iunctis. cuius rei testis est Gaetulicus, cum ait de Britannis | 1 ferit *Keilius*: ferat *codd.* feret *uulgo* | 2 *sic codd.*: gemina praecedunt c. taurum *uulgo* tauri *Keilius.*

VAGELLIUS.

1 ‒ ◡◡ ‒ ◡◡ ‒ ◡◡ si mihi *sorte* cadendum est,
e caelo cecidisse uelim!

2 tollimus ingentes animos et maxima paruo
tempore molimur.

SENECAE ex **Cleanthe uersus.**

duc ó parens celsíque dominatór poli,
quocúmque placuit: núlla parendí mora est.
adsum ímpiger: fac nólle, comitabór gemens
malúsque patiar, fácere quod licuít bono.
ducúnt uolentem fáta, nolentém trahunt.

LUCILIUS IUNIOR.

1 non ést tuum, fortúna quod fecít tuum.

VAGELL. *Seneca nat. quaestt.* VI 2, 7 quid porro? mors lenior in plano est? quid habeo, quod querar, si rerum natura non uult me iacere ignobili leto? si mihi inicit sui partem? egregie uero Vagellius [*sic uulgo*: agellius *Bamb. alii*, nagellius *Palat. 4* uagellius *sed omisso* uero, *Palat. 3*; *ego scripserim* Arellius *scil. Fusci filium intellegens*] meus in illo inclito carmine 'si cadendum est' inquit 'mihi, e c. c. u.'; *uersum priorem restituere conatus sum*; mihi si, pro fata, c. e. *RUngerus progr. Hallensi a.* 1878 ‖ 2 *Sen. nat. quaestt.* III *praef.* 3 libet igitur mihi exclamare illum poetae incliti uersum; *eiusdem auctoris atque fr. prius hunc u. esse ex illo* incliti *conclusit non male Ungerus.*

SENECA *epist.* 107, 10 et sic adloquamur Iouem .. quemadmodum Cleanthes noster uersibus disertissimis adloquitur, quos mihi in nostrum sermonem mutare permittitur Ciceronis .. exemplo; *cf. Epicteti ench.* 52 | 4 *sic Bamb. cum aliis* (libuit *alii*); *an* decuit*?* quod pati licuit bono *uulgo.*

LUCIL. (*Teuffelius HLR.* § 307, 3). 1 *Sen. epist.* 8, 10 nunc uersum (Publilii) a te dici non paulo melius et adstric-

darí bonum quod pótuit, auferrí potest. 2

mors non una uenit, sed quae rapit ultima mors est. 3

elisus Siculis de fontibus exsilit amnis. 4

Seneca nat. quaestt. III 26, 5: quidam fontes certo tempore purgamenta eiectant, ut Arethusa in Sicilia quinta quaque aestate per Olympia. inde opinio est Alpheon ex Achaia eo usque penetrare et agere sub mare cursum nec ante quam in Syracusano litore emergere; ideoque is diebus, quibus Olympia sunt, uictimarum stercus secundo traditum flumine illic redundare. hoc et a te traditum est ut in poemate, Lucili carissime. 5

LABEONIS **Homerus latinus.**

crudum manduces Priamum Priamique pisinnos.

INCERTI.

praetextam in cista mures rosere camilli.

CAESI BASSI **lyricorum** LIB. II.

Calliope princeps sapienti psallerat ore. 1

---

tius memini ‖ 2 *ibid.* illud etiam nunc melius dictum a te non praeteribo ‖ 3 *Sen. epist.* 24, 21 dixisti ‖ 4 *Sen. nat. qu.* III 1, 1 ut apud te, iuuenis carissime, inuenio.

LABEO. (*Teuffel.* § 308, 5). *schol. Pers.* 1, 4 Labeo transtulit Iliada et Odysseam, uerbum ex uerbo, ridicule satis, quod uerba potius quam sensum secutus sit. eius est ille uersus; *cf. Hom. Il.* IV 35.

INC. *Quint. VIII,* 3, 19 risimus .. nuper poetam, qui dixerat.

CAES. BASS. (*Olahnius ad Pers.* 211 *sqq.*). 1 *Prisc.* I 527 *H.* Bassus in secundo lyricorum | Caliope *et* sapienti princeps *pauci codd.* ‖ *fr. sqq. incertum est num Caesius ipse composuerit in lyricis an finxerit* (*conuerterit*) *an ex prioribus sumpserit.*

II. incertae sedis.

2 huc ades, Lyaee,
Bassareu, bicornis,
Maenole, bimater,
crine nitidus ac te
luteis corymbis
hedera et e coronis
hasta uiridis armet:
placidus ades ad aras,
Bacche, Bacche, Bacche!

3 tibi nascitur omne pecus, tibi crescit herba.

4 frugiferae sacra deae quae colitis mystica iunctaeque Ioui nefasto.

5 egregia percoluit ingenia musice;
carminis amore tenet ingenium *amabile.*

6 sic Tiberis implacidus in maria labitur.

---

2 *Caesius Bass.* 255 *K.* ithyphallicum metrum . . cuius exemplum subieci (1 = *Diomed.* 511 *K.*, 7 = *Mar. Victor.* 92 *K.*, 9 = *Mar. Victor.* 118 *K.*, *Terent. Maur.* 2594) | 1 Lyaee *Diom.*: o Lyaee *Caes. Bass. codd.* | 3 Maenole *Parrhasius* (*cf. Ungerus anal. Prop.* 58): maenale *codd.* Maenalie *Gaisfordius* | 4 ac te *scripsi*: apte *codd.* (A *mgo* f. apta) apto *Muellerus* | 6 et e *scripsi*: te *codd.* | 7 armet *Mar. Victor.*: arma et *C. B. codd.* (A *mgo* f. armate) ‖ 3 *Caes. Bass.* 256 *K.* (*archebulii metri*) exemplum; *cf. Diomed.* 514, *Mar. Victor.* 125 *et* 126, 15, *Ter. Maur.* 1915 | herba *Diom.*, *Vict. p.* 126: haedus *Ter. Maur. Mar. Vict.* 125 et herba *Caes. Bassi codd.* (*male Septimii Sereni putat Wernsdorfius*) ‖ 4 *Caes. Bass.* 263 *K.* apud nostros hoc metrum (*Philicium*) non reperio; exemplum eius tale est; *cf. Mar. Victor.* 86, *ubi* mystica sunt nota Ioui potenti ‖ 5 *Caes. Bass.* 264 *K.* huius (*metri Paeonici*) exemplum; *cf. Mar. Vict.* 97 *et* 124 | 1 musice *Mar. Vict.*: musici *codd. Caesii* | 2 amore *scripsi*: more *codd.* | amabile *addidit Studemundus* ‖ 6 *Caes. Bassus sine interuallo post fr.* 5, 2; *cf. Mar. Victor.* 58 (inpl.) *et* 97 (iam plac. *codd.*) *et* 124 (iam Tib. em pl. *codd.*) *et* 129 (iam Tib. impl. *codd.*).

sedet ibi Bromia * dea * pede mulier. 7

modo pecora rapida caper agitat humi. 8

caput inanime, neque manus auida tepet. 9

Romani uictores Germanis deuictis. 10

INCERTI **artificia metrica.**

astra tenet caelum, mare classes, area messem. 1
messem area, classes mare, caelum tenet astra.

caput exeruit mobile pinus repetita. 2
repetíta pinus móbile exeruít caput.

LUCANUS.

I. Orpheus.

liber monstrorum I 6: quos *(Faunos)* poeta Lucanus secundum opinionem Graecorum ad Orphei lyram cum innumerosis ferarum generibus cantu deductos cecinit. 1

7—9 *Caes. Bass.* 264 *K.* cuius (*metri proceleusmatici*) exemplum referam | 7 sede tibi *codd.*, *corr. Santenius* | Bromie terete *idem* Bromius, id age, pete *Keilius* (Bromia mulier *est maenas*) | 9 tepet auida neque manus *codd.*, *correxi* || 10 *Diomed.* 513 *K.* molossicum metrum . . huius exemplum dat Caesius Bassus tale || *nolui adscribere uersus Caesii saturnios* (265 *sq. K.*).

INCERTI. 1 *Quint.* IX 4, 90 ut memini quendam non ignobilem poetam talem (*uersum*) exarasse — (= 1); hic retrorsus fit sotadeus; *fortasse, ut et sequens, est Caesii Bassi* || 2 *Quint. l. l.* itemque e sotadeo euadit retro trimetros (= 1) | exseruit *et* mobilē G.

LVCANUS (*Teuffel. HLR.* § 303, 4). *ad eundem Orphea spectat fortasse idem liber monstrorum* (*in Hauptii opusc.* II

2 *liber monstrorum II 8:* pantheras .. poeta Lucanus ad lyram Orphei cum ceteris animantibus et bestiis a deserto Thraciae per carmen miserabile prouocatas cecinit, dum ipse tristis et maerens ad undam Strymonis raptam Eurydicen lacrimabili defleuit carmine.

3 — ◡◡ — ◡◡ — gaudent a luce relictam
Eurydicen iterum sperantes Orphea manes.

4 *Seruius ad Aen. VI 392:* lectum est et in Orpheo, quod quando Hercules ad inferos descendit, Charon territus eum statim suscepit: ob quam rem anno integro in compedibus fuit.

5 *Seruius ad Georg. II 389:* alii dicunt oscilla membra esse uirilia de floribus facta, quae suspendebantur per intercolumnia, ita ut in ea homines acceptis clausis personis impingerent et ea ore cillarent, id est mouerent, ad risum populo commouendum; et hoc in Orpheo lectum est.

6 nunc plenas posuere colos et stamina Parcae,
multaque dilatis haeserunt saecula filis.

II. Iliacon.

7 atque Helenae timuisse deos ◡◡ — ◡◡ — —

---

221 *sqq.*) III 3 Hydra anguis armatus fuisse describitur, quae Eurydicen coniugem Orphei in ripa fluminis capite truncauit et demersit in gurgitem et sicut Scylla monstris ita et haec serpentibus praecincta fuisse fingitur ‖ 3 *Seru. ad Georg.* IV 493 quasi exultarent umbrae redditam Eurydicen. Lucanus in Orpheo dicit strepitum factum redeunte Eurydice ob hoc quia | reductam *Burmannus* ‖ *fragmenta 4 et 5 huc rettulit Hauptius opusc.* II 219; *fortasse huc referendus est etiam Seru. ad Aen.* VI 565 fertur namque in [*sic ego*: ab *codd.*] Orpheo, quod dii peierantes per Stygem paludem nouem annorum spatio puniuntur in Tartaro ‖ 6 *Aldhelmus de metr.* 288 *Gil.* stamen. unde Luc. de Orpheo | 2 delatis *uulgo*, *correxi* ‖ 7 *schol. ad Stat. Theb.* III 641 ut Lucanus Iliacon [hillia con *Mon.* hilia-

haud aliter raptum transuerso limite caeci 8
flammatum Phaethonta poli uidere deique,
cum uice mutata totis in montibus ardens
terra dedit caelo lucem naturaque uersa

III. catachthonion.

Thebais Alcmene, qua dum frueretur Olympi 9
rector Luciferum ter iusserat Hesperon esse.

IV. epigrammata. Saturnalia.

nemo nimis cupide sibi rem desideret ullam, 10
ne, cum plus cupiat, perdat et hoc quod habet.

si nec paedicor, Cotta, quid hic facio? 11

V. incertae sedis.

Fulgentius myth. I 26: Gorgonas uoluere dici tres; 12
quarum prima Stheno, secunda Euryale, tertia Me-

---

con *Gud.* 54 hylaicus *Par.*] ‖ 8 *schol. ad Stat. Theb.* VI 322 monebat ergo Phaethontem Sol, ut non ageret currus per australem, sed septentrionalem plagam; Luc. de Phaethonte in libro qui inscribitur Iliacon ita | 1 aut *Mon.* | caeci (*obscuri*) *scripsi*: caeli *codd.* anheli *Scaliger* | 2 flammati *codd.*, *corr. idem* | ph(a)etonta (-ti *Mon.*) *codd.* | 3 cum mont. *Barthius* | 4 lucem *codd.*: *om. uulgo* | uersa est *Lindenbrogius*; *immo noui coli hoc initium* ‖ 9 *schol. ad Stat. Theb.* IX 424 hoc contigit, cum Hercules nasceretur; nam tres a Luna continuatae sunt noctes. Luc. in catachthonio [*ita Marklandus*: catagonio *codd.*] | alcmene (h *supra* cm) *Mon.* aligine nequandum *Par.* ‖ 10 *Vincent. Bellouac. spec. doctr.* IV *e.* 162 de cupiditate secundum poetas; ut Lucanus ‖ 11 *Martial.* X 64, 5 non tamen erubuit (*Lucanus*) lasciuo dicere uersu; *ad Saturnalia rettulit Genthius de L. uita et scriptis p.* 61 | paedico *Salmasius* ‖ *alia, quae apud Consentium p.* 400 *K.* (*cf. LMuellerus de re m. p.* 263) *et Cledonium p.* 47 (puppe propinqua *certe ex Phars.* VIII 54) *leguntur, adscribere dubitaui.*

dusa; quarum quia fabulam Lucanus et Liuius [Ouidius *Heinsius*] scripserunt poetae, ... referre superfluum duximus.

NERO IMP.

1 quique pererratam subductus Persida Tigris
deserit et longo terrarum tractus hiatu
reddit quaesitas iam non quaerentibus undas.

2 colla Cytheriacae splendent agitata columbae.

3 – ∪∪ – ∪∪ – ∪∪ – Berecyntius Attis.

4 torua Mimalloniis inplerunt cornua bombis,
et raptum uitulo caput ablatura superbo
Bassaris et lyncem Maenas flexura corymbis
'euhion' ingeminat: reparabilis adsonat echo.

5 — qui caeruleum dirimebat Nerea delphin.

6 si costam longo subduximus Appennino.

7 sub terris tonuisse putes.

NERO (*Teuffelius* § 286, 8). 1 *schol. Lucan.* III 261 Tigrin. de hoc ait Nero in primo libro [*Troicon?*] | 2 tectus *Clercquius* ‖ 2 *Seneca n. q.* II 5, 6 ut ait Nero Caesar disertissime ‖ 3 *Persius* 1, 93, *ad quod et fr.* 5 *scholiasta* dicit hos uersus Neronis in haec nomina desinentes ‖ 4 *Persius* I 99 *sqq.*, *ubi scholiasta p.* 271 *I.* hi uersus Neronis sunt | 1 *habet Diomed.* 499 *K. sine auctoris nomine et* Mimalloniis inflatur tibia b. *praebens*, *unde suspicio mihi oboritur, hunc u. a Nerone scil. imitando expressum alicui Catulli sodali esse dandum* | toruam mallonis *Persii Montep.* 212 *et Vatic.* Mimalloneis *Montep.* 125 | 2 raptim *Marcilius* | *puto* abiectura | 2 lyncem] licet *Montep.* 212 *et Vatic., qui et* corimpis ‖ 5 *Persius* 1, 94; *cf. ad fr.* 3 | delphi *Montep.* 212 *et Vatic.* ‖ 6 *Persius* 1, 95; *hoc quoque fr. Neronis esse probabile est* | si (*sic codd.*) *uulgo in* sic *mutatum dant Persio male* ‖ 7 *Sueton. uita Lucani* 51 *Reiff.* hemistichium Neronis.

Plinius n. h. XXXVII § 50: Domitius Nero in ceteris uitae suae portentis capillos quoque Poppaeae coniugis suae in hoc nomen adoptauerat, quodam etiam carmine s u c i n o s appellando. 8

Sueton. Ner. 24: aurigauit quoque plurifariam, Olympiis uero etiam decemiugem, quamuis id ipsum in rege Mithridate carmine quodam suo reprehendisset. 9

Seruius ad Georg. III 36: Cynthium, regem Troiae, quem in Troicis suis Nero commemorat. 10

Seruius ad Aen. V 370: sane hic Paris secundum Troica Neronis fortissimus fuit, adeo ut in Troiae agonali certamine superaret omnes, ipsum etiam Hectorem. qui cum iratus in eum stringeret gladium, dixit se esse germanum; quod adlatis crepundiis probauit; quippe [qui *codd.*] habitu rustici adhuc latebat. 11

UERSUS POPULARES **in Neronem aliosque.**

Quis negat Aeneae magna de stirpe Neronem? 1
sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.

Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus, 2
noster erit Paean, ille Hecatebeletes.

Roma domus fiet: Veios migrate, Quirites, 3
si non et Veios occupat ista domus.

dísce, miles, mílitari: Gálba est, non Gaetúlicus. 4

VERS. POPUL. 1—3 *Sueton. Nero* **39 multa graece latineque proscripta aut uulgata sunt, sicut illa ‖ 2, 2 pean** ***codd.*** **| haec ate beletes** ***Memm.*** **hecate beletas** ***Guelf.*** **‖ 4** ***Sueton. Galba*** **6 statimque per castra iactatum est.**

5 Cur Otho mentito sit quaeritis exul honore?
uxoris moechus coeperat esse suae.

6 Nuper Tarpeio quae sedit culmine cornix
'est bene' non potuit dicere, dixit 'erit'.

7 de nostris annis tibi Iuppiter augeat annos.

P. PAPINII STATII de bello Germanico.

lumina, Nestorei mitis prudentia Crispi
et Fabius Veiento (potentem signat utrumque
purpura, ter memores implerunt nomine fastos)
et prope Caesareae confinis Acilius aulae.

SULPICIA.

lux mé cadurci díssolutis fásciis
nudám Caleno cóncubantem próferat!

---

5 *Sueton. Otho* 3 qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit | 6 *Sueton. Domitian.* 23 ante paucos quam occideretur menses cornix in Capitolio elocuta est *ἔσται πάντα καλῶς*, nec defuit qui ostentum sic interpretaretur || 7 *Tertullian. apol.* 35 adclamant (*Quirites nouo Caesari*); *hic ex incerta coniectura posui.*

STATIUS (*O Iahnius m. Rhen.* IX 627). *Georgius Valla ad Iuuen.* 4, 94 Acilius Glabrionis filius consul sub Domitiano fuit, Papinii Statii carmine de bello Germanico, quod Domitianus egit, probatus | 1 lumina *ex prioribus pendet* | 2 Fabricius Veiento *Iahnius, reiecit Nohlius quaestt. Stat. p.* 44; *cf. et Buechelerus m. Rhen.* 39, 283.

SULPICIA (*Teuffelius HLR.* § 323, 6; *Wernsdorf. PLM.* III 96). *Valla ad Iuuen.* 6, 537 cadurco. membrum mulieris, inquit Probus, intellegitur, cum sit membri muliebris uelamen; uel, ut alii, est instita, qua lectus intenditur; unde ait S. | Sulpicia: lux me *scripsi*: Sulpicius; ne *Valla* Sulpitia: ne me *Pithoeus* | cadurcis *Valla, corr. Munckerus ad Fulg.* I *p.* 598 | dissolutis *scripsi:* restitutis *Valla* destitutam *Pithoeus* | 2 nudum *et* concumbentem *Valla, corr. Pithoeus.*

TURNUS.

ex quo Caesareas soboles Locusta cecidit,
horrendi curas dum liberat atra Neronis.

L. VERGINII RUFI epigramma.

Hic situs est Rufus, pulso qui Vindice quondam
imperium adseruit non sibi, sed patriae.

SENTIUS AUGURINUS.

Canto carmina uersibus minutis
his, olim quibus et meus Catullus
et Caluus ueteresque. sed quid ad me?
unus Plinius est mihi priores:
mauult uersiculos foro relicto
et quaerit quod amet petatque amari.
ille Opilius, ille quot Catones!
i nunc, quisquis amas, amare noli.

TURNUS (*Teuffelius* § 323, 2). *schol. ad Iuuen.* 1, 71 Lucusta quaedam fuit in Galliis matrona uenefica, quam Nero exciuit ad se propter uenena conficienda . . inde ait Turnus in satira; *similia Valla, qui in ipsis fragmenti uerbis sequendus* | quo *Valla*: qua **PS** | Loc. cecidit horrendum *Valla, correxi*; horrida Loc. occidit **PS** (*coniecturas inutiles adfert Wernsdorf. PLM.* III 82) | 2 curas dum liberat atra *Valla*: cura sui uerna nota **PS**; *pro* atra *erat cum conicerem* arte.

VERGIN. RUFUS (*Teuffelius* § 323, 4). *Plinius epist.* VI 10, 4 at ille (*Rufus*) mandauerat caueratque, ut diuinum illud et inmortale factum uersibus inscriberetur; *idem* IX 19, 1.

SENTIUS AUGUR. (*Teuffelius* § 332, 6). *Plin. epist.* IV 27, 3 nam lemma sibi sumpsit (*Augurinus*), quod ego interdum uersibus ludo | 4 priores **FDpra**: prioris **MV** | 6 petatque *scripsi*: putatque *codd.* probatque *Casaubonus* (*epist.* IX 33, 6 *diuersum*) | amari **Dpr**: amare **MVFa** *Ricc.* | 7 Opilius *scripsi*:

C. PLINIUS CAECILIUS SECUNDUS.

1 Cum libros Galli legerem, quibus ille parenti
ausus de Cicerone darest palmamque decusque,
lasciuum inueni lusum Ciceronis et illo
spectandum ingenio, quo seria condidit et quo
humanis salibus multo uarioque lepore
magnorum ostendit mentes gaudere uirorum.
nam queritur, quod fraude mala frustratus amantem
paucula cenato sibi debita sauia Tiro
tempore nocturno subtraxerit. his ego lectis
'cur post haec' inquam 'nostros celamus amores
nullumque in medium timidi damus atque fatemur
Tironisque dolos et rursus nosse fugacis
blanditias et furta nouas addentia flammas?'

2 Ut laus est cerae, mollis cedensque sequatur
si doctos digitos iussaque fiat opus
et nunc informet Martem castamue Mineruam,
nunc Venerem effingat, nunc Veneris puerum;

---

o plinius **MVD** plinius **Fpa** (illos plinius **r**) | quot *Barthius*: quod *codd.* | catone. Si nunc **F** catones in hunc **V** | 8 quisquis amas **MV**: quisque amas **V** quisquis (quisqui *Ricc.* qui **a**) sapias *ceteri*; *fortasse* quisque (= *quicumque*) sapis.

PLINIUS (*Teuffelius* § 340, 4). 1 *Plinii epist.* VII 4, 3 legebantur in Laurentino mihi libri Asini Galli de conparatione patris et Ciceronis: incidit epigramma Ciceronis in Tironem suum . . . his uersibus exaraui | 2 ausus **Dpra**: rursus **M** | dare est *Casaubonus*: daret (dare **a**) *codd.* | 3 inuenit usum **Dp** | 7 male **D** | frustatus **M** | 8 cenatu **D** cenatio **r** | 11 nullique *Casaubonus* | timida **Dp** | adque **M** | 12 et (*quod* que *postulat*) rursus *scripsi*: Tironis *codd. ex glossa* | nosce **a** | fugacis *scripsi*: fugaces *codd. ineptissime* ‖ 2 *Plin. epist.* VII 9, 10 atque adeo (cur enim te ad uersus non uersibus adhorter?) | 1 laus] laetus **p** | cerae] caesare **Dp** | 2 fingat **r** | 3 castamque **a** |

utque sacri fontes non sola incendia sistunt,
saepe etiam flores uernaque prata iuuant:
sic hominum ingenium flecti ducique per artes
non rigida doctas mobilitate decet.

FLORUS.

Ego nolo Caesar esse,
amblare per Britannos,
latitare per . . . . . .,
Scythicas pati pruinas

HADRIANUS IMP.

Ego nolo Florus esse, 1
amblare per tabernas,
latitare per popinas,
culices pati rutundos.

lasciuus uersu, mente pudicus eras. 2

animula uagula blandula, 3
hospes comesque corporis,

---

6 praua a | iuuant **Mr**: lauant **pa** *et* (e *supra pr.* a) **D** | 7 homines **D** | flecti ingenium **r** | 8 rigidas docta *codd., correxi* || *cf. et P. L. M.* IV *p.* 103.

FLORUS (*Teuffelius HLR.* § 341, 7). *Spartian. u. Hadr.* 16 Floro poetae scribenti ad se | 2 ambulare *codd.*, *corr. Casaubonus* | brittanos (brittannos **B** *m.* 3) *codd.* | 3 *uersum intercidisse uidit OIahnius* (*obuium ex Hadriani responso* 1. p. *addidit Gemollius*, per Germanos *porro Roesingerus*) || *alia uide P. L. M.* IV *p.* 279 *et* 346 *sqq.*

HADRIANUS (*Teuffelius* § 346, 5). 1 *Spartian. l. l.* 16 Floro poetae scribenti ad se . . rescripsit | 2 ambulare *codd.*, *corr. Casaubonus* | 4 calices **P** *m.* 2 | rotundos *et* **B** *et* **P** *m.* 2 || 2 *Apul. apol.* 11 diuus Hadrianus cum Voconi amici sui poetae tumulum uersibus muneraretur, ita scripsit || 3 *Spartian. u.*

quae nunc abibis in loca
pallidula rigida nudula
nec ut soles dabis iocos!

ANNIANI **carmina Falisca.**

1 uua ima sum et uua Falerna
et ter feror et quater anno.

2 mundi unde colonus? Eoae
a flumine uenit Oronti.

3 quando flagella iugas, ita iuga,
uitis et ulmus uti simul eant;
nam nisi sint paribus fruticibus,
umbra necat teneras Amineas.

Hadr. 25 et moriens quidem hos uersus fecisse dicitur ‖ *alia uide P. L. M.* IV *p.* 111 *sqq.*

ANNIAN. (*Teuffelius* § 353, 3). 1 *Ter. Maur.* 1814 atque ille poeta Faliscus, cum ludicra carmina pangit | 1 uua ima (*cf. Plin. n. h.* XIV § 63) *scripsi*: uua, uua *uulgo inepte*, uua una, sed uua *LMuellerus* ‖ 2 *Ter. Maur. post fr.* 1 libro quoque dixit eodem; *cf. Mar. Victor.* 123 *K.* | mundi unde (*cf.* '*unde gentium*') *scripsi*: unde unde *Ter. Maur.* unde *semel Mar. Vict. codd.* undae unde *Camerarius non minus male* | Eoi *Micyllus* (*sed* Eoae, *scil. partis*) ‖ 3 *Ter. Maur.* 1198 talia docta Falisca legimus; *Augustin. de mus.* IV 30 Faliscus nescio qui metra ita composuit (= 1, 2); *u.* 1 *habent exc. Bobiens.* 623 *K. sine nomine, Mar. Victor.* 122 *K. male Septimio Sereno tribuens, ut et Seru. ad Aen.* IV 291 (*hinc schol. Stat. Theb.* III 311); *liberrime inmutata haec habet Iuba apud Prisc.* II 421 *H.* | 1 iugas ita iuga *exc. Bob.*: iuga sita iuga *Ter. Maur.* **M** ligas ita liga *Mar. Vict.*, *Seru.* | 3 fructicibus **M** ‖ *alia ad Fescennina Anniani* (*cf. Auson. epimetr. cent. nupt.*) *pertinentia latitare in fragmentis incertorum infra exhibitis probabile est.*

INCERTI **odarium.**

Dum semhiulco sauio
meum puellum sauior
dulcemque florem spiritus
duco ex aperto tramite,
anima *intima* aegra et saucia
cucurrit ad labeas mihi
rictumque in oris peruium
et labra pueri mollia,
rimata itineri transitus,
ut transiliret, nititur.
tum, si morae quid plusculae
fuisset in coetu osculi,
amoris igni percita
transisset et me linqueret
et mira prorsum res foret,
ut ipse fierem mortuus,
ad puerum *ut* intus uiuerem.

INCERTI. *Gell.* XIX 11, 2 Platonis . . distichon amicus meus, *οὐκ ἄμουσος* adulescens, in plures uersiculos licentius liberiusque uertit . . subdidi; *cf. Macrob.* II 2, 15 *sqq.* | 1 semhiulco *edd. uet. Gellii*: semiulco *Macr.* **PB** *Gell.* ΠNXo, *cuius ceteri libri* semihiuico, *sim.*, *praebent* | 2 suauior *codd. Gell.* | 5 intima *addidi*; animula *Carrio* aegra amore *Camerarius* | 6 labias *Macr. codd.* | 7 rectumq. *Macr. codd.* | 9 itiner *Macr. codd.* | 10 ut transire *codd. Macr.* | 14 me relinqueret *Macr.* **P**, *qui et* 15 prorsus | 15 foret *edd. uet.*: fieret *codd. Macr.* moueret *codd. Gell.* | 16 ipse fierem *scripsi*: ad me fierem *codd. Gell. Macr. contra metrum pariter et latinitatem* (ad me *ex glossa prouenit*) fierem ad me *LMuellerus de re m.* 248 *male* intus ad me *Buechelerus* | ut *addidit Scaliger* (at *Carrio*; puerulum *olim Hertzius*).

FRONTO.

1 *schol. Bern. ad Verg. Georg. IV 283:* hic enim [*Aristaeus*] iuxta fabulam, quam Fronto poeta descripsit, originem gignendarum apium primus inuenit.

2 et íllae uestrae Athénae Dorocórtoro.

3 laetare, bacchare praesente Frontone.

M. AURELIUS IMP.

nos istic uehementer aestuamus.

APULEIUS.

I. liber ludicrorum.

1 séd fuisti quóndam Athenis párcus atque abstémius.

2 Calpúrniane, sálue properis uérsibus!
misi, út petisti, múndicinas déntium,

FRONTO. *hunc poetam ab inferis reuocaui ego.* **2** *Gr. L. K.* V 349 item Fronto ait — apparet nominatiuo casu posuisse 'Dorocorthoro'; siue igitur dicas haec urbs siue hic uicus siue hoc oppidum, nominatiuus erit 'D.'; *de senario, quem descripsi, cf. infra incertorum fr.* 49 | Dorocorthoro *cod.*; *gallicam nominis, quod est latine* Durocortōrum, *formam ponit Fr.* ‖ **3** *Diomed.* 513 *K.* bacchiacum metrum est tale; *cf. Gr. L.* VI 572; *ipsi Frontoni dedi.*

M. AUREL. (*Teuffelius* § 363, 2). *Fronto* 30 *N.* habes en hendecasyllabum ingenuum; igitur priusquam poetarei incipiam, pausam tecum facio; *cf. Lachm. ad Lucr. p.* 138.

APULEIUS. 1 *Non.* 68, 18 abstemius . . Apuleius in libro ludicrorum | sed *Quicheratius*: in (*suppunctum in* L) se *codd.*, *qui scil.* in libro ludicrorum *post* abstemius *habent et in* in *ueri uestigium reliquerunt* | parcus *unlgo*: paucius *codd.* ‖ **2** *Apul. apol.* 6 legerunt e ludicris meis epistolium de dentifricio

nitélas oris éx Arabicis frúgibus,
tenuém candificum nóbilem puluísculum,
complánatorem túmidulae gingíuulae,
conuérritorem prídianae réliquiae,
ne quá uisatur tétra tabes sórdium,
restríctis forte sí labellis ríseris.

II. alii uersus.

Et Critias mea delicia est et salua, Charine, 3
pars in amore meo, uita, tibi remanet.
ne metuas; nam me ignis et ignis torreat, ut uult,
hasce duas flammas, dum potiar, patiar.
hoc modo sim uobis, unus sibi quisque quod ipse est:
hoc mihi uos eritis, quod duo sunt oculi.

Florea serta, meum mel, et haec tibi carmina dono: 4
carmina dono tibi, serta tuo genio:
carmina, uti, Critia, lux haec optata canatur,
quae bis septeno uere tibi remeat,
serta autem, ut laeto tibi tempore tempora uernent,
aetatis florem floribus ut decores.
tu mihi des contra pro uerno flore tuum uer,
ut nostra exuperes munera muneribus:

---

uersibus scriptum ad quendam Calpurnium | 1 properis φ: p perii (s *supra alt.* i) F | 2 mundicinas *Lipsius*: mundicias φ munditias F | 7 ne quae *Goesius* | tabes *scripsi*: labes *codd.* || 3 *Apul. apol.* 9 uenio ad ceteros uersus, ut illi uocant, amatorios . . recitem denuo, ut sciant me eorum non pigere | 1 delicia est et *Kruegerus*: delicie stet φ delitescet (tescet *in ras. m.* 2) F deliti stet V | 4 potiar V: potior Fφ | 6 eritis F *in corr. m.* 2 || 4 *Apul. l. l.* recitem nunc et alios | 4 uere F *in corr. m.* 2 | 7 des *Kruegerus*: das *codd.* da *uulgo* | 8 exae-

pro implexis sertis complexum corpore redde
proque rosis oris sauia purpurei.
quod si animam inspires donaci, iam carmina nostra
cedent uicta tuo dulciloquo calamo.

5 montis in excelsi scopulo consiste puellam
ornatam mundo funerei thalami
nec speres generum mortali stirpe creatum,
sed saeuum atque ferum uipereumque malum,
qui pinnis uolitans super aethera cuncta fatigat
flammaque et ferro singula debilitat,
quo tremit ipse Iouis, quo numina terrificantur,
flumina quem horrescunt et Stygiae tenebrae.

III. de prouerbiis. LIB. II.

6 ‒ ◡◡ ‒ ◡◡ ‒ ◡◡ mutmut non facere audet.

VERSUS **in Caesares Romanos.**

1 Commodus Herculeum nomen habere cupit,
Antoninorum non putat esse bonum,
expers humani iuris et imperii,

---

ques *Pricaeus* | 9 plexis *Francius* | 10 sabia **FV** | 11 animam *Coluius*: animum *codd.* | donaci *Hauptius opusc.* III 382: dona et *codd.* | iam *φ*: nam **FV** ‖ 5 *Apul. metaph.* IV 33 sed Apollo, quamquam Graecus et Ionicus, propter Milesiae conditorem sic Latina sorte respondit | c̄siste *ego*: existe *φ* subsiste (subs *in ras. m.* 2) **F** tu siste *Iahnius* | 3 sper& **F***φ*, *sed in hoc* s *supra* & | marcali **F***φ*, *corr. in hoc* | 7 quo *uulgo*: quod *codd.* quoi *Iahnius* | 8 fluminaque *codd.*, *corr. HMeyerus* ‖ 6 *Char.* 240 *K.* — ut apud Apuleium Platonicum de prouerbiis scriptum est lib. II; *aperte adest exitus hexametri; qui ex antiquiore poeta sit sumptus an ipsius Apulei, dubium est.*

UERSUS in Caes. Rom. 1 *Lampr. u. Diadum.* 7 uersus in Commodum Antoninum dicti | 6 nunc erit *Gemollius.*

sperans quin etiam, clarius esse deum
quam si sit princeps nominis egregii:
non erit iste deus nec tamen ullus homo.

optimus est Fuscus, bonus Afer, pessimus Albus. 2

fundetur sanguis Albi Nigrique animantis: 3
imperium mundi Poena reget urbe profectus.

cui dederint superi, nomen habere Pii. 4

'bis denis Italum conscendit nauibus aequor': 5
si tamen una ratis transiliet pelagus.

Terror Egyptiaci Niger astat militis ingens, 6
Thebaidos socius, aurea saecla uolens.
hunc reges, hunc gentes amant, hunc aurea Roma,
hic Antoninis carus *in* imperio.
Nigrum nomen habet, nigrum formauimus ipsi,
ut consentiret forma, metalle, tibi.

2—5 *Spartian. u. Pescennii* 8 Delphici Apollinis uates, . . cum nuntiaretur tres esse imperatores, Seuerum Septimium, Pescennium Nigrum, Clodium Albinum, consultus quem expediret reip. imperare, uersum graecum huiusmodi fudisse dicitur — (= 2) . . requisitum est qui esset optenturus remp.; ad quod ille respondit uersum talem — (= 3); item, cum quaesitum est, quis illi successurus esset, respondisse itidem graeco uersu dicitur — (= 4) . . cum quaereretur, quamdiu imperaturus esset, respondisse graece fertur (= 5); *in hoc ultimo cum u.* 1 *sit Vergilii* (*Aen.* I 381), *apparet, ubique Spartianum uersus pro graecis uenditasse, cum fuerint tum Romae inuenti et circumlati* ‖ 3, 1 *fortasse* albi nigrique *melius scribetur* ‖ **6** *Spart. Pesc.* 12 extat etiam epigramma graecum, quod latine hanc habet sententiam | 1 aegypt. *codd.*, *corr. Casaubonus* | 3 *uelle conicere* reges et amant gentes, *hoc esset corrigere barbarum auctorem* | 4 in *addidi* (et *uulgo*) | 5 nigram form. *codd.*

In Macrinum.

7 Histrio iam senior, tristis grauis asper iniquus,
impius et felix sic simul esse cupit:
noluit ut pius esse, uelit tamen esse beatus,
quod natura negat nec recipit ratio.
nam pius et felix poterat dicique uiderique:
impius infelix est et erit *merito*.

Responsum Macrini.

8 Si talem Graium tetulissent fata poetam,
qualis Latinus gabalus iste fuit,
nil populus nosset, nil nosset curia, mango
nullus scripsisset carmina taetra mihi.

In Diadumenum.

9 Vidimus in somnis, ciues, nisi fallor, et istud:
Antoninorum nomen puer ille gerebat,
qui patre uenali genitus nec matre pudica

---

7 *Capitol. u. Macrini* 11 Felicis nomen recepit, Pii habere noluit. unde in eum epigramma non inlotum graeci cuiusdam poetae uidetur extare, quod latine hac sententia continetur | 1 tristis (= *seuerus*, *cf.* c. 11, 1) *scripsi*: turpis *codd.* toruus *Cornelissenus* | 3 noluit ut *scripsi*: ut noluit *codd.* ut nolit *uulgo* | 4 neget — recepit *codd.* | 5 poterit **BP** *m.* 1 | dici atque uideri *ed. pr.* | 6 impius *scripsi*: imperium *codd.* | est et erit merito *scripsi*: est et erit ille sibi *codd.* (*post illius* merito *interlapsum obuium* ille sibi *est additum inscite*) extitit ille sibi *Peterus* ast erit ille simul *olim conieci* || 8 *Capitol. l. l. post fragm. prius* hos uersus nescioqui latine iuxta eos, qui graece erant propositi, in foro posuit. quibus acceptis Macrinus his uersibus respondisse fertur | 1 facta **B** *m.* 1 | 2 quilis **B** | iam Latius *RUngerus Macrinum corrigens* | 3 nihil *bis codd.* | mango *Burmannus*: magno *codd.* | 4 mihi *om.* **P** *m.* 1 || 9 *Capitol. u. Macrini* 14 de quo (*Diadumeno*) dictum est, quod in somnis Antoninus fuisset. unde etiam uersus extant huiusmodi — et isti uersus sex translati sunt in Latinum, nam graece sunt disertissimi | 1 et stuo (di *supra* o) **B** | 2 illi **B** | 3 nec

(centum nam moechos passa est centumque rogauit);
ipse etiam caluus moechus fuit, inde maritus:
en Pius, en Marcus, Verus nam non fuit ille.

Capitol. u. Macrini 7, 7: uersus extant cuiusdam poetae, quibus ostenditur, Antonini nomen coepisse a Pio et paulatim per Antoninos usque ad sordes ultimas peruenisse, siquidem solus Marcus nomen illud sanctum uitae genere auxisse uideatur, Verus autem degenerasse, Commodus uero etiam polluisse sacrati nominis reuerentiam. **10**

In Alexandrum Seuerum.

te manet imperium caeli terraeque *marisque*: **11**
te manet imperium, quod tenet imperium.

Pulchrum quod uides esse nostrum regem, **12**
quem Syrum tetulit propago, *semper*
uenatus facit et lepus comesus,
de quo continuum capit leporem.

Salmasius: sed *codd.* | 5 calbus *codd.* | inde *uulgo*: inte *codd.* (ante *exc. m.* 2) || 11 *Lampr. u. Alex. Seueri* 14 cum uatem consuleret de futuris, hos accepisse dicitur uersus adhuc paruulus, et primum quidem sortibus (= *u.* 1) intellectum est quod inter diuos etiam referetur; (*u.* 2), ex quo intellectum est Romani illum imperii principem futurum; nam ubi est imperium nisi apud Romanos, quod tenet imperium? et haec quidem de graecis uersibus sunt prodita | 1 marisque *om. codd.* || 12 *Lampr. u. Alex. Seu.* 38 quod ille leporem cotidie haberet (*cf.* 37, 7 leporem cotidie habuit, uenationem frequentem), iocus poeticus emersit, idcirco quod multi septem diebus pulchros esse dicunt eos, qui leporem comederint . . poeta . . temporum Alexandri haec in eum dixit | 2 quem *ed. pr.*: quod *codd.* (*e u.* 1) | tetulit *Peterus*: detulit *codd.* | semper (*cum* comesus *cohaerens*) *addidi* | 3 fecit **BP** | 4 dedequo **B** *m.* 1 **P** *exc.*

Responsum Alexandri.

13 Pulchrum quod putas esse *uestrum* regem
uulgari, miserande, de fabella,
si uerum putas esse, non irascor.
tantum *tu* comedas uelim lepusclos,
ut fias animi malis repulsis,
pulchris ne inuideas liuore mentis.

titulus Aureoli tyranni.

14 Hoce sepulchrorum uictor post multa tyranni
  proelia iam felix Claudius Aureolum
munere prosequitur mortali ec iure, superstes
  uiuere quem uellet, si pateretur amor
militis egregii, uitam qui iure negauit
  omnibus indignis et magis Aureolo.
ille tamen clemens, qui corporis ultima seruans
  et pontem Aureoli dedicat et tumulum.

15 Tu, qui nunc patrias gubernas oras
et mundum regis arbiter, priorum
orsus inueteres tuis nouellis;
regnabunt etenim *tui* minores
et reges facient suos minores.

---

13 *Lampr. l. l. post fr. prius* respondisse ille dicitur graecis uersibus in hanc sententiam | 1 putassse se regem *codd.*, *corr. ed. pr. et Egnatius* | 3 putat *codd.* | 4 tu *add. Egnatius* | uelin lepusculos *codd.* | *post* 5 *uidetur intercidisse uersus a* pulchri (animi) *incipiens* | 6 inuidias *codd.* | liuorem **BP** ‖ 14 *Treb. Pollio trig. tyrr.* 11 hunc eundem Aureolum Claudius . . conflictu habito apud eum pontem interemit, qui nunc pons Aureoli nuncupatur, atque illic ut tyrannum sepulcro humiliore donauit. extitit etiamtunc epigramma graecum (*cf. C. I. Gr.* 6761) in hanc formam — hos ego uersus a quodam grammatico translatos . . posui | 1 hoce *scripsi*: dona *codd. sine constructione* dono *Salmasius* (*superfluum hoc ante* munere, *nec uitium metricum grammatico imputauerim*) | 3 prosequit **B** | ec (e, ex) *scripsi cp. titul. gr.*: et *codd.* | *ante* superstes *interpunxi*; superstem *Casaubonus* ‖ 15 *Treb. Poll. Claudius* 10

mílle mille mílle decolláuimus. 16
  únus homo! mílle decolláuimus.
  ílle mille úiuat, qui mille óccidit.
tántum uini némo habet, quántum fudit sánguinis.

mílle Sarmatás et Francos sémel et semel occídimus: 17
  mílle Persas quaérimus.

ALPHII AVITI **libri excellentium.**

LIB. I.

marite, si sanguis Curis, 1
Sabina si caedes placet,
in me, oro, conuertas manus.

LIB. II.

tum litterator creditos 2
ludo Faliscum liberos,

---

cum consuleret factus imperator, quamdiu imperaturus esset, sors talis emersit | 2, 3 arbiter deorum in ueteres *codd.*, *correxi* (arb. deorum, tu uinces ueteres *Salm.*) | tuis *om.* P | nobellis B, P *m.* 1 | 4 tui *om. codd.* | inores B, P *m.* 1 || 16 *Vopiscus u. Aurel.* 6 Aurelianum manu sua bello Sarmatico una die XLVIII interfecisse, plurimis autem et diuersis diebus ultra DCCCCL, adeo ut etiam ballistia pueri et saltatiunculas in Aurelianum tales componerent, quibus diebus festis militariter saltitarent | 1 mille *praeeunte Santenio quinquies ponit Corssenus, u.* 2 *ter, u.* 3 *quater ante* uiuat (bibat *Buechelerus*) | ille *u.* 3 *olim additum* | 4 nemo auebit *Peiperus* (*at* h *consona*, *et prosodiae, ut u.* 2 *in* hōmo, *nullus respectus*) || 17 *Vopisc. l. l.* Francos . . sic adflixit, ut CCC ex his captos DCC interemptis sub corona uendiderit; unde iterum de eo facta est cantilena | 1 et Francos *scripsi*: mille Francos *codd.; an* mĭle Fr. ? | 2 mille *quinquies ponit Corssenus.*

ALPHIUS AVITUS (*Teuffelius HLR.* § 383, 1). 1 *Prisc.* I 134 *H. in adnot.* Alpheus tamen Auitus in I excellentium Curis posuit pro Quiris | 2 caedes *Bondamus*: cedes Da sedes E || 2 *Prisc.* I 427 *H.* (*de* o *supini correpta*) Alphius

Responsum Alexand…

18 Pulchrum quod putas esse …
uulgari, miserande, de …
si uerum putas es…
tantum *tu* cor …
ut fias anim… …abes.
pulchris n…

MARIANI **lupercalia.**

14 Hoc…
… flaua et candida
… Aesculapi filia,
… nouum Latio facit,
… conditricis nomine
…mam sub ipso omnes uocant.

SEPTIMII SERENI **opuscula ruralia.**

1 aut zonulam aut ricam aut acum.

Auitus in II excellentium | 1 li(t)teratus *pauci codd.* | creditos *ASchottus*: creditus (-tur *unus*) *codd.* | 4 ex crate (*uel* orbe) *scripsi*: extraque (ex utraque *duo*) *codd.* exteraque *HMeyero praeeunte Lachmannus* | 5 *habet Prisc. iterum* I 409 et II 233 *H.* || 3 *Prisc.* I 591 *H.* (*de* tutě) Alphius Auitus in II excellentium | 1 mauis *Valesius* | obsides *idem*: ospites *uel* hospites *codd.* | 2 *ita interpunxit ASchottus* (habe *Valesius* aues *Stewechius*).

MARIANUS. *Philargyr. ad Verg. ecl.* 1, 20 Roma et ante Romulum fuit; et a dea eam sibi nomen adquisisse Marianus Lupercaliorum poeta sic ostendit; *cf. et Seruius ibid. in Burm. edit.; dimetros primus discripsit Scaliger ad Manil.* IV 775 | 1 diua] de *Phil.*, *Seru.* | flauo et cano ita *Phil.* | 2 Roma *om. Seru.* | Aesculapii filia *Seru.*: abs colapia *Phil.* | 3 nouum *om. Seru.*, *qui et* fecit | 4, 5 *de Seruio non constat ex Burm.* | 5 ab ipso omnes R. u. *Phil.*, *correxi.*

SEPT. SERENUS (*Teuffelius* § 383). 1 *Non.* 539, 18 rica .. sudarium .. Serenus opusculorum lib. I | zonula *codd.*, *corr. edd.* | aut acum aut ricam *codd.*, *traiecit LMuellerus.*

ıtio occaecatio est. 2

dignus, in quem debeam 3
'am calentem uiuidus
ere, *ut ad partes uocem.*

_ ᴗ remex Herculis. 4

ᴗ _ ᴗ suaue sibilum. 5

inferis manu sinistra 6
immolamus pocula:
laeua quae uides Lauernae,
Palladi sunt dextera.

pusioni meo 7
septuenni bidens.

ad mercatum eo, uilice: 8
quid uis inde uehi aut agi?

---

2 *Non.* 61, 24 occationis . . Serenus ‖ **3** *schol. Iuuen.* 4, 2 (uocandus) ad partes. hoc est operis mei; metaphoram facit a comedia . . ita et Serenus [sesenus *codd.*] libro II ait | 2, 3 saturam calente ui adingerere *codd.*, *quod correxi* (*sequitur apud scholiastam* ad partes); uiro ingerere *Lachmannus*, calentem adcingier *LMuellerus*; *at sic sine ratione haec uerba adferuntur* ‖ **4** *Seru. ad Aen.* V 116 erit nominatiuus 'remex' [remix *pars codd.*]; Serenus | remex *ex* remigem ex *corr.* **C**: semiremex *ceteri codd.* (seu i *puta supra* mex *olim fuisse positum*) | erculis **FC**: hercules **LM** hercule **NH** ‖ **5** *Non.* 223, 26 sibilum neutro, ut apud Serenum ‖ **6** *schol. Barthianus ad Stat. Theb.* IV 502 quod inferis diis laeua manu immolauerint indicat, quod ad poculenta tamen solum intellegimus, ut scriptum est apud Serenum; *haec Barthius sine dubio ex pleniore codice sumpsit*; *codd. hodie noti ualde decurtati nil de Sereno monent*; Palladis *LMuellerus* ‖ **7** *Diomed.* 518 *K.* Serenus mirum comma huius modi fecit in his uersiculis — haec dimetra ex epitrito sunt (*falso*) | 1 pusioni **M** *m.* 2: iusioni **M** *m.* 1 uisioni **AB** | 2 septuenni bidens *scripsi*: septuenis cadens *codd.* (*erat* eni *cum uirgula scriptum, quae ut saepe pro* s *accipiebatur*) septuennis cadus *uel* septuenni cadunt *Scioppius* ‖ **8** *Non.* 431, 10 mercatus . . Serenus opusculis; *idem* 212, 23

9 geritque intus in oppidum
anhelos Panopae greges.

10 inquit amicus ager domino:
'si bene mi facias, memini'.

11 pinea brachia cum trepidant,
audio canticulum zephyri.

12 labiumque insigne reuellit.

13 callet senium arte bibendi.

14 culicellus: 'amasio Tulle'.

15 rure puella uagat uirido.

16 animula miserula properiter obiit.

17 perit abit auipedis animula leporis.

---

mercatus . . Serenus ruralibus (= *u.* 1) ‖ 9 *Ter. Maurus* 2627 hoc de Septimii potes iunctis noscere uersibus | 1 agitque *Schraderus* | 2 Panopae **M**: Panope *edd. male*; *nympha pro lacu posita, ut Thetis pro mari*; *cf. P. L. M.* IV *p.* 247 ‖ 10 *et* 11 *Ter. Maurus* 1975 Septimius docuit quo ruris opuscula libro, hoc genere assiduo cecinit, ponere pauca mihi sat erit; *hinc Mar. Vict.* 121 *K.* (*ubi* 10, 2 mihi *et* 11, 1 dum *codd.*) ‖ 12 *Non.* 210, 21 labium neutri . . S. in opusculis | labiumque **H** *m.* 1: lauiumque *m.* 2 *cum ceteris* ‖ 13 *Non.* 257 callet . . scit . . S. in opusculis | callent **H** *m.* 2 **G** | uiuendi *codd.*, *corr. Iunius* ‖ 14 *Diomed.* 514 *K.* hoc Serenus nouum fecit hoc modo | culicellus **A**: cusicellus **B** oculicellus **M** | amasie **M** acmasio **AB** (amasio *codd. recte paulo post*) | tulle *codd. bis*; Tullae *Wernsdorfius*; *cf. fr.* 10 ‖ 15 *Non.* 467, 22 uagas pro uagaris . . S. opusculis ‖ 16 *Diomed.* 513 *K.* proceleumaticum metrum est quale fecit Serenus; *Non.* 517, 3 properiter . . Catullus (*sic errore codd.*) | propter iter *codd. Diom.* | abit *Non.* obit *Diom. codd.* (robit **B**) obiit *uulgo*; abiit *Lachm.* (*at cf. Auson. imitatio parent.* 27, 1) ‖ 17 *Mart. Capella p.* 171 *Eyss.* ut est illud Sereni (auita uipedis *codd.*); *sine auctoris nomine habent Ter. Maur.* 1464 (alipedis **M**), *Mar. Victor.* 99 *et* 147 *K.*; *fictum esse u. sine iusta causa statuit Westphalius* (*cf. OHense, acta societ. philol. Lips.* IV *p.* 12).

et nihil est quod amem Flaminia minus. 18

cito testula trita salo currit tibi per speculum, Panope. 19

qui nauigium a funicula aufers Picenae marginis acta. 20

pingere conlibitum est: graphidem date, promite bolarium. 21

quod si tibi uirgo fauens reseret cita claustra puerperii. 22

Iane pater, Iane tuens, diue biceps, biformis, 23
o cate rerum sator, o principium deorum,
stridula cui limina, cui cardinei tumultus,
cui reserata mugiunt aurea claustra mundi,
tibi uetus ara caluit Aborigineo sacello.

Seruius ad Aen. II 15: 'instar' nomen est indeclinabile .. et caret praepositione, sicut 'peregre', quam- 24

---

18 *Gr. L. K.* VI 590 ut est illud Sereni | flaminia minus **P** (*Iulianus p.* 52): flamiamuni **A**; *cf. mus. Rhen.* 39, 289 || 19 *Diomed.* 511 *K.* anapaesticus talis est in Sereno | cito (*aduerb.*) *scripsi*: caelo **M** cede **AB** cedo *Scaliger* | celtula **B** | salo currit (curret) *scripsi*: sol occurrit **AM** solem curret **B** solo (*sic Scaliger*) curret *Buechelerus m. Rh.* 39, 289, *qui uerba postrema recte explicat* (trita salo, *cf. Min. Felicis c.* 3, 6 testam teretem iactatione fluctuum leuigatam) || 20 *Diomed.* 517 *K.* Serenus fecit huius modi uersum | a funicula *scripsi*: nauicula *codd. bis* | Picenae *uulgo*: picene(a)e *uel* picine(a)e *uel* pinecenee *codd. bis* || 21 *Diomed. l. l.* Sereni aliud tale est | bolarium *Keilius*: uolarium *codd.*; *cf. Buechelerus archiv. lexic.* I 288 || 22 *Diomed.* 518 *K.* Sereni aliud tale | fauens *Wernsdorfius*: feruens *codd.* furens *Keilius* || 23 *Ter. Maur.* 1891 dulcia Septimius qui scripsit opuscula nuper, ancipitem tali cantauit carmine Ianum (1—4, *tum intermissa explicatione* 5); *sine auctoris nomine habet Mar. Victor.* 86 *u.* 2, *idem* 127 *u.* 4 (*ubi* templa *pro* claustra *codd.*), *idem* 128 *et* 147 *u.* 5 | 1 bina tuens *Hotschkisius.*

uis Serenus lyricus ad instar dixerit. — *cf. idem ad Aen. XII 923.*

25 *Seruius ad Aen. VI 289:* Serenus tamen dicit poeta, Gorgonas puellas fuisse unicae [*sic ego*: unius *codd.*] pulchritudinis; quas cum uidissent adulescentes, stupore torpebant; unde fingitur, quod, siquis eas uidisset, uertebatur in lapidem.

26 *Seruius ad Aen. IX 759:* 'poples' autem 'po' correpta est, sicut in Sereno legitur; sed producitur positione.

27 [docta Falisca, Serene, reparas.]

INCERTORUM **uersiculi uarii.**

1 te, Neptune pater, cui tempora cana crepanti
cincta salo resonant, magnus cui perpete mento
profluit oceanus et flumina crinibus errant.

---

27 *Seruius de C metris* 465 *K.* faliscum . . ut est hoc; *lubenter hoc darem Sereno se in praefatione ut Anniani Faliscorum imitatorem adloquenti, modo Seruium in opusculo illo alienorum poetarum uersibus, non solum a se fictis, usum esse constaret.*

INCERTOR. *hic consociaui quotcumque uersiculi apud metricos maxime latinos obuii ad hanc aetatem spectare uidentur quorumque haud pauci cum ex Anniano et Frontone similibusque tum ex Sereno fluxisse possunt sane; nam certi nihil adfirmare licet; et ut priorum tam poetarum quam metricorum (ex. gr. Caesii Bassi) exempla, ita uersus omnino ficti subesse possunt; quamquam genuina a spuriis secernere summo opere studui; maxime sumpsi ex Mario Victorino (quem saepius uidimus Sereni uersus omisso auctoris nomine adferre) et fragmento Bobiensi* ‖ 1 *Isidor. or.* I 36, 3 fiunt autem metaphorae . . ab animali ad inanimale ut — mentum enim tempora et crines non ad oceanum, sed ad homines pertinent; *August. de doctr. Chr.* III 7, 11 (*de Neptuno*) sicut a quodam poeta illorum

et geminum luctu concussit adultera mundum. 2
pontibus instratis coniunxit litora Xerxes. 3
Pythie, Delie, te colo: prospice uotaque firma. 4
quae pax longa remiserat, arma nouare parabant. 5
non phocae turpes, non marcentes ballenae. 6
Mars pater, haec pateris, quae nos quoque posse negamus. 7
iam ferus Hesperia lauitur Capricornus in unda. 8
prouida larga ⏑ – sollers facunda decora. 9
ius aqua mel uinum panis piper herba oleum sal. 10
in quis error inest nec spes est certa laborum. 11
ergo iudicium nihil est nisi publica merces? 12
– ⏑⏑ – ⏑⏑ – ⏑⏑ – sub fluctibus ibat 13
Carpatheis Triton.

---

describitur, si bene recolo, ita dicente (*cf. et Papias in uocab. s. u.* '*metaphora*') | 1 te *August.*: tu *Isid.* ‖ 2 *Fulgent. myth.* II 16 *de Helena*; *fortasse est Porphyrionis* (*cf. infra*), *ex quo bis adfert uu. Fulg.* | luctum — mundo *uulgo*, *corr. Modius* ‖ 3 *Ter. Maur.* 1160 (*Gr. L.* IV 479, *ubi* conduxit, *et* V 119 instrauit l. X.) ‖ 4 *Mar. Victor.* 71 *K.* nam qui per singulos pedes uerba terminarit (*in hexam.*), erit indecens, sicut | pithie *et* phitie *codd.* ‖ 5 *Ter. Maur.* 1701, *Gr. L. K.* VII 65 *et* 333 (*ubi* bona reparabunt *cod.*) ‖ 6 *Mar. Victor.* 72 hexameter . . in quo omnes spondei sunt, ut ‖ 7 *Mar. Victor.* 107 ut est | *an* poteris*?* ‖ 8 *Mar. Victor.* 125 *K* item; *fortasse hic uersus, post Catulli* 64, 1 *adlatus, est temporis Augustei* | lauitur *scripsi* (*cf. Prop.* IV 1, 86): labitur *bis codd.*, *unus* dabitur, *unde* Hesperiam d. C. in undam *Keilius* ‖ 9 *et* 10 *Anecd. Heluet. p.* CCXXXVII schesis onomaton . . ut . . item . . item ‖ 11 *Anecd. Heluet. p.* CCXXIV da eius (*quis* = *quibus*) exemplum ‖ 12 *Anecd. Heluet.* CCXXXIV da eius (*ergō*) exemplum ‖ 13 *Anecd. Heluet. p.* 60 legimus enim . . sed ibi, quamlibet

14 ast ego iam Bromio thiasos celebrabo renato.
15 caelicolae Veneris sacra semina – ◡◡ – –
16 haec mare candificat nec agit freta caerula – –
17 – ◡◡ – ◡◡ – Elio nam gabalus
18 lactea sanguineis lilia mixta rosis.
19 nulla meo sedeat turba profana loco.
20 candida caeruleo nata Venus pelago.
21 ímber aestus, níx pruina, sílua et aura, nóx dies.
22 Róma, Roma, cérne quanta sít deum benígnitas.
23 caéruli Neptúne rector, Cónse litorúm potens.
24 Iúppiter treménda sancte téla qui regís manu.
25 tále quale uére primo síbilat terés donax.

'ibat' motum habere uideatur merito in ablatiuo casu posuit, quod propter incitamentum uoluntatis ire uidebatur | carfateis A capites B ‖ 14 *Mar. Victor.* 125 *K.* item | renato *uulgo*: nato *codd.* ‖ 15 *Atil. Fortun.* 285 *K.* tetrametr. acatalectum (*dactyl.*) ‖ 16 *Atil. Fortun. l. l.* pentametr. acatal. (*dactyl.*) | candificat *scripsi in Woelfflini arch. lexic.* III *p.* 280: canificat *codd.* ‖ 17 *Gr. L. K.* V 309 *K.* fuit imperator quidam Eliogabalus; sin sic poneret, non poterat stare uersus; sed sectionem fecit et interposuit 'nam' (*scil. poeta quidam*) ‖ 18 *Mar. Vict.* 105 fit elegium tale ‖ 19 *Mar. Vict.* 127 item; *Ter. Maur.* 1864 ‖ 20 *Diomed.* 507 *K.* pentameter . . cuius exemplum est ‖ 21 *Anecd. Heluet. p.* CCXXXVII schesis onomaton . . ut . . item | silua et *corruptum; an* flamen ? ‖ 22 *Mar. Victor.* 52 (*ut exemplum tetram. troch. catal.*), *Augustin. de mus.* V 7 ‖ 23 *Mar. Victor.* 61 *K.* (*eiusdem exemplum*) | caerule *codd.*, *corr. Keilius* caerulae *uulgo* (*recte, si* undae *praecessit*) | conselitorum *codd.* ‖ 24 *Mar. Victor.* 85 *K.* item | tela *post* manu *codd.*, *corr. edd.* ‖ 25 *Mar. Victor.* 85, *Atil. Fortun.* 288, *fragm. Bob.* 622 *K.* (*ut exempl. tetr. troch.*); *Sereno tribuit Wernsdorfius* | primo] dulce *Mar.*

quaé scabri lacúst uorace lícta litorís uado. 26

pástor ille saépe mane dúlce carmen ínsonat. 27

ágite, turba Phrýgia, nunc, en quátite grauia týmpana. 28

[tólle thyrsos, aéra pulsa, iám Lyaeus áduenit.] 29

Cybele, rotabo crines ⏑⏑ – ⏑⏑ ⏑⏑ ⏓ 30

rutilos recide crines habitumque cape uiri. 31

amáre nolo néc dolere, Clínia. 32

diuí potentes, férte lassatís opem. 33

praeséntium diuínitas caeléstium. 34

anús uirente sécta pinus ín Crago. 35

Musaé, Iouem laudáte concentú bono. 36

uidére non uult Caélium Panaétius. 37

miséra, marino quaé timidula in lítore 38

Victor. solus ob puri tetrametri exemplum inmutans ‖ **26** *fragm. Bob. l. l. post fr. prius et lacunam* | q. s. latus trage ualicta litoris uado *codex*, *correxi* (q. rapit ligustra grata lecta l. u. *Keilius*) ‖ **27** *Mall. Theodor.* 595 *K.* huius (*tetram. troch.*) exemplum | *an* pastorale ? ‖ **28** *Mar. Victor.* 144 *K.* troch. tetram. troch. pluribus longis in breues solutis sic | en (ē) *scripsi*: est *codd.* et *uulgo* | quatita *codd.* ‖ **29** *Seruius de C metris* 460 *K.*; *num fictus sit dubitari potest* ‖ **30** *Mar. Victor.* 93 erit hoc colon anaclomenon; *initium galliambi serioris temporis* (rotabŏ) | *fortasse* Cybelae r. c. ‖ **31** *Diomed.* 514 *K.* (*de galliambo*) simile est illud neotericum, quod est tale ‖ **32** *Mar. Victor.* 62, *Atil. Fortun.* 287 *K.* ‖ **33** *et* **34** *Mar. Victor.* 79 *K.* ‖ **35** *Diomed.* 507 *K.* iambicus qui uerus est constat ex omnibus iambis, ut | pinus *postea*, *ubi hic uersus inmutatur*, *codd.*: pins *codd. hic* | grago *codd.*, *recte postea* ‖ **36** *Mar. Victor.* 81 *K.* ‖ **37—41** *Rufinus* 562 *sq. K. ex Iuba iambi uarias species adferens* ‖ **37** *an* Laelium? *fortasse u. est poetae antiquioris* ‖ **38** timida *codd.*, *correxi* (tumidula lit. *ten Brink*).

39 uallís per imas ámne labens caérulo
40 armíger in Ida péde uago litóra petens
41 caerúla nec aliter, súperans liquida málaciae
42 *agite* ágite, quid dubitátis agiles dáre choros?
43 magnám propinquo scélere uidistís domum
44 erát oriendi témpus aurora hóminibus.
45 equúm sub auratá iuga medio bígemina
46 nebulá tenebrisque cánicula male róscida.
47 rapére maria celériuola dea síbi cupit.
48 benefícia propria cólere sapientís uiri est.
49 acúta falce sí uirentis aésculos
50 ligare guttur pendulo cauum uinclo.
51 o quae tenerulae comparis tenes crinem,
sudes in ista deuia latens fossa!
52 quis non adultas detrahat ramo uoluptates?
53 caduca popli coma glauca iam per agros

---

40 *habet etiam Mar. Victor.* 49 *K.* ‖ 41 caerula non aliter superans liquida malitiae *codd., corr. Putschius* (malaciae) *et Keilius* ‖ 42 *Mar. Victor.* 81 *K.* ut | agite *prius add. Keilius* ‖ 43—48 *Mar. Victor.* 133 *K. ut uarias trimetri iambici species* ‖ 45 media *codd., correxi* ‖ 46 tenebris *codd., correxi* (tenebrosa *uulgo*) ‖ 47 celeriuolata dea **B** ‖ 48 proprie *codd., correxi* (pro re *uulgo*) ‖ 49 *Mar. Victor.* 97 *K.* ut est hoc (*de metro errans*) | uirentes **B** | esculos *codd.* ‖ 50 *Diomed.* 507 *K.* huius (*scazontis*) exemplum est ‖ 51 *Rufinus* 563 *K.* (*de choliambo*) ut est | 2 deuia latens *Bergkius*: ueia (uia **A** *in textu*, **B**) latent *codd.* ‖ 52 *Mar. Victor.* 61 *K.* brachycatalectum, ut est hoc tetrametrum ‖ 53 *Mar. Victor.* 62 *K.* hypercatalectum . . ut est hoc trimetrum (coma] cū a *codd.*), *idem* 130 (populi comas *codd., ut* populi *et postea, ubi u. inmutatur*); *Sereno dedit Werns-*

tunc et amoris amor uenit, improbus aliger Cupido. 54

alius cithara sonituque potens uolucres pecudesque mouere. 55

mare non amo, quod, modo cum placido stetit aequore, litora caedit. 56

celebret Phoebus cithara superos omnipotentes resonetque melos Musis placitum. 57

quamuis ego per montes alacer properarem 58

superat montes pater Idaeos nemorumque 59

Pan Maenalio carmine nymphas properantes 60

rumpunt teneras uuiferae comas lagei. 61

nitet aurea purpureae Veneris coma roscida, lactea ceruix. 62

nemus aue reticuit, ager homine silet. 63

árma qui capít subinde Mártiumque térgum. 64

quális aquila cíta celeribus rápida pinnis tránsuolat. 65

---

dorfius ‖ 54 *Mar. Victor.* 62 *et* 103 (*adiunctum tribus dactylis ithyphallicum ostendens*) ‖ 55 *Mar. Victor.* 75 *K.* quod est in anapaesticis nobilis ille uersus; *cf. et* 124 ‖ 56 *Mar. Vict.* 76 *K.* (*ex. uersus Aristophanis*) ‖ 57 *Mar. Vict.* 76 *K.* exemplum pentametri acatalecti | celebret ut phoebus *codd.* | superas A | placidus A ‖ 58 *Mar. Vict.* 77 *K.* trimetrum catalecticum (*anap.*) in syllabam . . est tale ‖ 59 *Mar. Vict.* 77 *K.* messeniacum . . est tale ‖ 60 *Mar. Vict.* 77 *K.*; *fr.* 58—60 *ex eodem Sereni puto carmine sumpta* ‖ 61 *Mar. Vict.* 77 *sq. K.* ut est ille; *Sereno dedit Wernsdorfius* ‖ 62 *Mar. Vict.* 78 *K.* purum uero anapaesticum tale est ‖ 63 *Mar. Vict.* 78 *K.* ut est (*ex omnibus proceleumaticis constans*); *cf. idem* 53 *et* 99 | hominem *ubique codd.* | silet *p.* 53: sonat *ceteris locis codd.* ‖ 64 *Mar. Vict.* 84 *K.* tetram. brachycatal. troch. . . ut est; *fragm. Bob.* 622 | subinde *fr. Bob.*: sub idem *Mar. Vict. codd.* ‖ 65 *M. V.* 85

66 Phoebe, tu lyra sonante flecte corda cum sorore candidisque

67 Bacche plaude Bacche.

68 uror amoris stimulo, cor quatit artus pauidos.

69 apes legunt mel ex rosa, tu labio ministras.

70 o quis Adonem,
spem Cythereae

71 super agit aura mare ferens procul acatos biremis.

72 da mihi poclo Veneris mixta, thymo plena suo, Gratia quae det roseo labello.

73 erat sus Calydonius, edax et fera belua.

74 o qui praeter agis caeruleo flumine limites.

75 aura purpureum per pelagus segniter ad petras

---

tetram. troch. . . frequenter . . tribrachyn pedem, ut est; *cf. fragm. Bob.* 622, *Mall. Theod.* 595, *qui ex Iuba adfert* (*ubi* auida pinnis *codd.*) ‖ 66 *Mar. Vict.* 85 *K.* pentametrus (*troch.*) acatalectus erit talis | *in nouo uersu puta secutum esse* Musis ‖ 67 *Mar. Vict.* 85 ithyphallicum . . ut; *cf. idem* 139 ‖ 68 *Mar. Vict.* 86 *K.* choriambicum metrum . . ita; *cf. Atil. Fortun.* 288 *K.*, *ubi* ui *pro* uror *et* ortus *codd.* ‖ 69 *Mar. Vict.* 86 *K.* tetrametrum catalecticum (*choriamb.*) ‖ 70 *Mar. Vict.* 86 *K.* monometrum . . choriamb. hypercatalectum . . est tale; *u.* 1 *habet Atil. Fortun.* 288 *K.* | 1 Adonem *Atil.*: ad omnem *Mar. Vict. codd.* ‖ 71 *Mar. Vict.* 87 *K.* choriambicos uersus, in quibus omnes longae initiales choriamborum pedum syllabae in duas breues diuisae . . tamquam | abit *Camerarius* ‖ 72 *Mar. Vict.* 87 *K.* heptametrum catalecticum choriambicum purum . . est tale | *puta* oscula *aut praecessisse aut secutum esse* | proclo *codd.* | thymo plena suo *scripsi*: thyonigena uel *codd.* | que det *scripsi*: quod et *codd.* quod det *Keilius* ‖ 73 *Mar. Vict.* 88 *K.* purum antispasticum metrum acatalectum, quod tamen iambica depositione concluditur, ut | sys A ‖ 74 *Mar. Vict. l. l.* . . spondeus pro iambo ponatur, fit coniugatio pro anti-sto epitriti quarti, ut ‖ 75 *Mar. Vict. l. l.* si . . a trochaeo

domus alta fuit, quae Danaen Acrisii tegens 76
amor sidereus cor pepulit flammigero oestro. 77
rogas? non amo, si crus solet ac colla mago Cantharа comere. 78
flauo crine superbit et iam gaudet Aeacides 79
agebat uolucres equos in hortis Amyntas. 80
amorum comites sunt Venus et Cupido nobis. 81
hostem tegere est paratus et stat ipse nudus. 82
uuas nitidis frondibus Euhan hederis illigat. 83
mea Delia casta pulchra, paene siderum decus. 84
Dictynna deum progenies, aspice quis te chorus astris 85
o mel, quod apes omnibus e floribus libant. 86

---

fiat initium, erit ex ditrochaeo coniugatio, ut ‖ 76 *Mar. Vict. l. l.* si autem a pyrrichio, fit coniugatio paeonis tertii, ut | acrisi **A** ‖ 77 *Mar. Vict. l. l.* tetrametrum acatalectum (*antisp.*) ‖ 78 *Mar. Vict. l. l.* pentametrum acatalectum alcaicum | cum rogas *dittographe codd.* | si crus *scripsi*: sic se *codd.* | ac colla *scripsi*: accola **B** actola **A** Aetola *Keilius* | mago *ego*: fago *codd.* sago *Keilius* ‖ 79 *Mar. Vict. l. l.* tetrametrum catalecticum, quod habet iambicam coniugationem, ut | iam *in fine codd.*, *traiecit Keilius* ‖ 80 *Mar. Vict. l. l.* tetram. brachycatal., quod habet alternos antispastos et diiambos pedes, incipit autem ab antispasto, ut | in hortis *Keilius*: marotis *codd.* ‖ 81 *Mar. Vict. l. l.* item ex duobus antispastis et iambico dimetro catalectico, ut ‖ 82 *Mar. Vict.* 90 tetrametrum . . brachycatalectum (*ion. a mai.*), ut; *cf. Ter. Maur.* 2046 ‖ 83 *Mar. Vict.* 91 *K.* huius acatalecton; *cf. et Atil. Fortun.* 289 *K.*, *ubi* frontibus *male codd.* ‖ 84 *Mar. Vict. l. l.* item catalecticum primae syllabae solutionem passum huius modi ‖ 85 *Mar. Vict. l. l.* pentametrum quoque brachycatalectum erit tale ‖ 86 *Mar. Vict. l. l.* ut est | liban **B** *et sequente lacuna* **A**.

87 dicite, rogo uos, dicite: quid ita rapitur Attis?
88 frena capere, tela quatere, saxa iacere disce.
89 Paphias Amor columbas
90 uiret alte coma luco.
91 procerum quis Cererem non colat agris?
92 modo quae prona per Haemi fugit et pascua tondet.
93 uocat et Nysa per altum caput acris choreas.
94 Salamina agit aequoris procellis.
95 puberes meos, Sicaniae colonos,
96 sacer Edono Gradiuo.
97 Ararin sic super altum
98 ut Echo sub antris canebat.
99 uolabat superbus per auras Cupido.

---

87 *Mar. Vict.* 92 *K.* ut est; *idem* 131 ‖ 88 *Mar. Vict. l. l.* item ‖ 89 *Mar. Vict.* 93 *sq. K.* ionicon anaclomenon, ut est; *Atil. Fortun.* 290 *K.* ‖ 90 *Mar. Vict.* 94 *K.* dimetrum acatalectum (*ion. a min.*) tale | coma luco *scripsi*: comulato *codd.* ‖ 91 *Mar. Vict. l. l.* trimetrum uero huius modi ‖ 92 *Mar. Vict. l. l.* tetrametrum quoque huius modi | quae A: qui B | tondet] *an* tendit? ‖ 93 *Mar. Vict.* 95 tetrametrum . . catalecticum . . est tale | et Nysa (Nusa) per *scripsi*: aetna super *codd.* Aetnae s. *uulgo*; *cf. Verg. Aen.* IV 303 ‖ 94 *Mar. Vict. l. l.* trimetrum . . acatalectum, inconditae compositionis tale est | *fortasse* adit ‖ 95 *Mar. Vict. l. l.* item qui a ditrochaeo incipit pede ‖ 96 *Mar. Vict. l. l.* item quod primum coniugationem integram habet, sequentem autem temporum septem, tale est | sacerdonio gradiuo *codd., corr. Keilius* ‖ 97 *Mar. Vict. l. l., Atil. Fortun.* 289 *K. ut exemplum dimetri acatalecti* (*hic* sicut super *codd.*) ‖ 98 *Mar. Vict. l. l.* 96 *K. de paeonico metro* trirhythmum . . acatalectum ita | echos *et* canebas *codd.* ‖ 99 *Mar. Vict. l. l.* tetrarhythmum . . acatalectum tale est | *an* supernus?

io, quis deorum per altos Lycaei gradus me 100

uorat agile fera propera, modo tetulit era cibos. 101

uer agere purpurea te Venus amoribus *tum* ipsa pallens iubet. 102

ab euro sonorem quis Aetnae per maria 103

aureo sub choro tollit aemulas faces. 104

age nunc comites rabidae Cybeles uocent choros ad aras. 105

caeruli Menoeta ponti ratisque rectitator. 106

amore me subegit et igneo furore. 107

sed Iapygii uada ponti taciti prope litoris actas. 108

Phoebe, carminum potens, cum sorore sis fauens. 109

tibi namque decens lucet rosa uertice. 110

---

100 *Mar. Vict. l. l.* pentametrum . . acatalectum huius modi | io **B**: o **A** ‖ 101 *Mar. Vict.* 97 *K.* rhythmus, qui ex quinque continuis breuibus constat . . tamquam | fera profera *codd.* | tetulit *scripsi*: retulit *codd.* ‖ 102 *Mar. Vict. l. l.* hexametrum . . tamquam | tum *addidi*; amoribus diua p. *uulgo* amoribusque *Keilius* | pollens *codd.*, *correxi* ‖ 103 *Mar. Vict.* 98 *K.* metrum bassaricum . . ut est | sonorum *codd.*, *correxi* ‖ 104 *Mar. Vict. l. l.* euripidion . . tamquam | choro *de Luna accipiens scripsi*: toro *codd.* (*praeterea* astrico ?) ‖ 105 *Mar. Vict.* 103 *K.* ex anapaestico dimetro acatalecto et iambico dimetro catalecto, ut est; *cf. et* 144 *et* 146 | uocent 146: uocant 103 una cum 144 *codd.* ‖ 106 *Mar. Vict. l. l.* ex trochaico dimetro acatalecto et iambico dimetro catalectico, uelut | monoeta **A** ‖ 107 *Mar. Vict.* 105 *K.* metron aeschrionion, ut est | subegit **B**: subigit **A** ‖ 108 *Mar. Vict. l. l.* si anapaestica hephthemimere copulentur | iapygia u. p. uicti prope *codd.*, *corr. Keilius* ‖ 109 *Mar. Vict. l. l.* metrum euripidion, quod est tale ‖ 110 *Mar. Vict.* 110 *K.* choerilium . . amphilipes . . ut | dicens **A**.

111 laurea Nyctelio corona

112 sulcos tunc retegunt comae fluentes.

113 nunc Troiam fera uindicat Venus.

114 ueliuolis properat multisque citisque nauibus.

115 pergat amica Venus modo iocis.

116 iam pes nouus atque metron placet Archebuli.

117 abeatur ut est uentum, tibi comprecor errorem similem.

118 pronus cupit ingentibus ire cum procellis.

119 aprica ueris aura est, ubi flore rura lucent.

120 rapiunt hederas cito Maenades.

121 cantu continuit feros et impios gigantas.

122 marcenti gradu
nectebant choros.

---

111 *Mar. Vict.* 111 *K.* alcaicum decasyllabum, ut est | nycteleo B || 112 *Mar. Vict.* 118 (*de phalaecio*) ut; *idem* 149 | fluentes *uulgo*: flauentes *codd. bis* 149 latentes 118 || 113 *Mar. Vict. l. l.* sane reperimus phalaecium syllaba nouissima detracta uelut scazonta, ut est — quem uolunt uideri claudum || 114 *Mar. Vict.* 122 *K.* ut est | multis citisque *codd.* || 115 *Mar. Vict.* 123 *K.* alteram faliscorum carminum speciem ita digestam, ut e tribus dactylis et iambo ultimo ordinata subsistat, uelut || 116 *Mar. Vict.* 126 *K.* huius (*archebulii*) exemplum est || 117 *Mar. Vict. l. l.* Calabrius . . uersus . . uelut | habeatur *codd.*, *correxi* || 118 *Mar. Vict.* 128 *K.* ut sotadeus constet duobus ionicis et ithyphallico . . ut || 119 *Mar. Vict.* 130 *K.* et erit similis huic sapphico | apprica A || 120 *Mar. Vict.* 144 *K.* item sapphicum dimetrum hendecasyllabum anapaesticum catalecticum | cito A: cit B || 121 *Mar. Vict. l. l.* ex glyconio et iambico dimetro catalectico | conticuit *codd.*, *corr. Keilius* || 122 *Mar. Vict.* 145 *K.* molossiambus . . ut | nectenebant *codd.*

auete, fontes caeruli. **123**

aquae sonant liquentes. **124**

nympha rorida. **125**

fontium sorores. **126**

Martium canunt tubae. **127**

heu miserandae uolucris Martiae! **128**

quoque uocarit uolucer te choriambus, ito. **129**

ueris coma florens. **130**

quae Pegasiis fontibus **131**

non Idalio sic puer alto **132**

uolo litoris in margine solus ambulare. **133**

onus aluo uehit, uber tumet albo latice. **134**

propere qui residens in gremio, Faune, celocis. **135**

docuit patens labellum bifido iugare rictu. **136**

---

123 *Atil. Fortun.* 281 *et* 287 *K.* ‖ **124** *Atil. Fortun.* 287 dimetr. acatalect. (*iamb.*) | aquae *ante exemplum superius codd.*, *corr. Keilius* | frequentes **B** ‖ **125** *Atil. Fort. l. l.* dimetrum hypercatalect. (*troch.*) ‖ **126** *Atil. Fort. l. l.* brachycatalecton; *cf. fragm. Bob.* 621 *K.* ‖ **127** *Atil. Fort. l. l.* dimetrum catalecticum; *cf. fragm. Bob.* 621 *K.*, *ubi* cartium canit *cod.* ‖ **128** *Atil. Fort.* 288 trimetr. catalect. (*choriamb.*) ‖ **129** *Atil. Fort. l. l.* tetram. catalectum (*choriamb.*) | te uolucer *codd.*, *corr. Keilius* ‖ **130—133** *Atil. Fort.* 289 *K. de ionico a maiore agens* (**131** pegasius *uel* pegasus fons fontibus *codd.*; **132** idalios *codd.*, *corr. Keilius*) ‖ **134** *Atil. Fort. l. l.* (*de ionico a min.*) tetram. catalect. | onus *scripsi*: equus *codd.* | albo uehit *codd.*, *corr. Keilius* ‖ **135** *Atil. Fort. l. l.* tetram. acatal. | propere **A**: proprie **B**; *fortasse* properae *et* resides | e locis **B** ‖ **136** *Atil. Fort.* 290 *K.* tetrametrum ionicum a minore anaclomenon | diffido *codd.*, *corr. Gaisfordius.*

137 uiridi Palladis umbra sonat oscinum loquela.

138 maritima tenera * pro * agere cupio.

139 conditor melorum.

140 urbem tenuem fouent opum benignitate.

141 Diomeden modo magnum dea fecit, dea belli
dominatrix, Phrygas omnis ut in armis superaret:
patulis agmina campis iacuerunt data leto,
pauidi tergaque dantes petierunt trepidae moenia
Troiae.

142 Inachiae puellae
seu bouis ille custos.

143 opima adposui senex
Amori arma Feretrio.

144 purpurae leguli senes.

145 intus hic, ubi cor situm est.

146 iuuerunt segetes meum laborem.

147 celsus equo Phoenicia ueste nitens ibat Arion.

---

137 *Atil. Fort. l. l.* simile tetrametron non mensura, sed coniugationibus | uiridi] urudi **A** ut rudi **B** || **138** *Atil. Fort. l. l.* (*de proceleum.*) tetrameter catalecticus | tenera] itinera *uulgo* | pro agere **A** peragere **B**; *latet in* pro *nomen piscis similisue rei* || **139** *Atil. Fort.* 293 ithyphallicum . . sic | melorum *scripsi*: uel orbis *codd.* || **140** *Terent. Maur.* 2043 (*de sotadeo*) || **141** *Ter. Maur.* 2060 (*de ionico a minore*) in carmine sic est; *uerba* 1 dea fecit — 2 Phrygas *habet Mar. Vict.* 64; *discripsit uu. Bentleius ad Hor. od.* III 12, 1 || **142** *Ter. Maur.* 2533 *sq.* || **143** *Ter. Maur.* 2632 (*de glyconeis cum basi iambica, post Septimi fr.* 9) alter consimiles dedit | 2 pheretrio **M** || **144** *et* **145** *Ter. Maur.* 2634 trochaeum quoque sic locat (*h. e. ille poeta, cuius est fr.* 143) | **145** consitum **M**, *correxi* || **146** *Ter. Maur.* 2857 (*de anacreontio*) || **147** *Mall. Theodor.* 597 *K.* metrum choriambicum . . ut est illud | fenicia **P** finicia **A**.

haec, bellicosus cui pater, mater cluet Minerua. **148**

rapite, agite, ruite celeripedes. **149**

agilis sonipes rapitur celebri sonitu trepidans. **150**

altis flumina uallibus tumescunt. **151**

non hic Memnona, non canemus Indos. **152**

ictibus secare membra, **153**
corpus omne rumpere.

Nisus Aeolia chlamyde caput integit alta. **154**

ama populeas medium super aequora frondes. **155**

quasi me celeres fugiunt prope litora cerui. **156**

quis inter aues melicas **157**

iam uaga tollere Phoebus **158**
lumina destinat ortu.

fulmina nubibus obuia torques. **159**

---

148 *Censor. fragm. de metris* 613 *K.* septenarius | bellicosis cui mater pater cluet *codd.*, *corr. Carrio* ‖ **149** *Censor. l. l.* 615 pyrrichius (*cf. Atil. Fortun.* 286, 11) ‖ **150** *Censor. l. l.* anapaestus | celebri *scripsi*: celeri *cod.* ‖ **151** *Censor. l. l.* 616 phalaecium numerum, qui est | altissima flumina *cod.*, *recte postea ubi hic u. inmutatur* ‖ **152** *Anecd. Heluet.* XXIII; *uersum ad uariandum Seruium positum sumptum esse ex antiquo fonte puto* | non hic men non quos canemur (-imus *m.* 2) indos, *corr. Hagenus* ‖ **153** *fragm. Bob.* 622 *K.* diuiditur . . tetram. troch. catal. in dimetr. acatal. et dimetr. catal., ut est ‖ **154—156** *fragm. Bob.* 623 *K.* dactylicum hexametrum . . uariati generis in initiis . . trochaeo (= **154**, *ubi* capit *cod.*, *correxi*; chlamyda — alte *uulgo*) . . iambo (= **155**, *ubi* aequora *scripsi*: aethera *cod.*) . . pyrrichio (= **156**) ‖ **157** *fragm. Bob.* 625 *K.* uersus . . iambum pedem aut spondium accipiat et duobus sequentibus anapaestis terminetur, ut est iambo ‖ **158** *Diomed.* 506 *K.* trimeter herous ex inferiore parte hexametri; huius exemplum est tale ‖ **159** *Diomed. l. l.* tetrameter herous ex in-

160 sparsa aqua culminibus pulsa indicat astra.

161 festae Idus, dies amoena luce praepotens salue!

162 ergo ades huc ambrosia de Veneris papilla.

163 uidi (credite) per lacus Lucrinos

164 capiunt feras et aptant.

165 scribenti mihi
praemonstra, dea.

166 Clio cui dedit ingenium docile hautque libidine
uinctum.

167 Venus ex marmore pulchro.

168 alma lux roscida prima flamma nitens.

169 uersu uolo, Liber tua praedicentur acta.
acta praedicentur tua, Liber, uolo uersu.

---

feriore parte; huius exemplum est tale ‖ 160 *Diomed. l. l.* pentameter herous ex inferiore parte; huius exemplum est | sparsa aqua *codd.*: sparsaque *uulgo* | luminibus polus (populus B) indicat *codd.*, *correxi* ‖ 161 *Diomed.* 507 *K.* trochaicus Hipponacteus . . huius exemplum est | feste id' dies *scripsi*: festi dies *codd.* feste *uulgo* festa *Keilius* | amoena AM amenia B: amoene *uulgo* ‖ 162 *Diomed.* 508 *K.* choriambicus . . huius exemplum est | ades A *ex corr.*: adest BM | papilla *scripsi*: palude *codd.* ‖ 163 *Diomed.* 509 *K.* hendecasyllabum Phalaecium . . tale est; *ex Horatio od.* II 19, 2 *siue fictum a grammatico siue expressum a poeta nescio quo* | lacos BM ‖ 164 *Diomed.* 510 *K.* anacreontium dimetrum ex Archilochio huiusmodi est ‖ 165 *Diom.* 511 *K.* dimetrum heroum ex superiore parte hexametri . . ut sunt illa ‖ 166 *Diom.* 512 *K.* heptametrum heroum fieri solere si dixero, ridiculum quibusdam uidebitur, sed eius exemplum tale in (*sequente lacuna*) | Clio *uulgo*: elio (elyo B) *codd.*; *fortasse* in Aelio: Clio | hautque *scripsi*: atque (adque A) *codd.* ‖ 167 *Diom.* 513 *K.* dimeter ex ionico sotadico solet fieri talis | *an* puro ? ‖ 168 *Diom. l. l.* cretici uersus hoc exemplum est | flamma *num sanum?* ‖ 169 *Diom.* 516 *K.* reci-

esse bonus si uis, cole diuos, optime Pansa: 170
omine felici, Pansa, precare deos.
Pansa optime, diuos cole, si uis bonus esse:
deos precare, Pansa, felici omine.

pio precare ture caelestum omina. 171
omina caelestum ture precare pio.

ecce tumet uitis tua gemmis, optime Bacche. 172
Bacche optime, gemmis tua uitis tumet ecce.

Roma, tibi subito motibus ibit amor. 173

sole medere pedes: ede, perede melos. 174

ite igitur, Camenae, 175
fonticulae puellae,
quae canitis sub antris
mellifluos sonores,
quae lauitis capillum
purpureum Hippocrenae
fonte, ubi fusus olim

---

procus uersus apud neotericos talis est — sotadicus est ex utraque, sed durus, ut possit ad recursum conuenire | 1 uersus *et* 2 uersum B ‖ 170 *Mar. Victor.* 113 *K.* qui retrorsum dum leguntur, longe aliud metrum ex se procreant, ut est hic elegus . . ex his superior herous in sotadium recurrit. sic . . alter, qui est pentametrus, in iambicum trimetrum redit sic; *u.* 1 (3) *habet etiam Diomed. l. l.* | 1 cole diuos *et* 3 d. c. *Mar. Vict.*: colere deos *et* deos colere (cole BM) *codd. Diom.* ‖ 171 *Diom.* 517 *K.* reciprocus item qui est talis — hic decurrit iambicus, recurrit elegiacus | omina *bis Muellerus*: numina AB nomina B agmina *Scaliger* ‖ 172 *Mar. Vict.* 113 *K.* item — sotadium dabit tale | 1 gem(m)is tua uitis *codd.*, *corr. Camerarius* ‖ 173, 174 *Sidon. Apoll. epist.* IX 14 (11 *Bar.*) *de uersibus recurrentibus* sic est illud antiquum (= 173) et illud (= 174) | *in altero* pedes *Gustafsson*: pede *codd.* (*in codice Vaticano* 3421 *quod additur* et: si bene te tua laus taxat sua laute tenebis, *medii aeui est interpolatio*) ‖ 175 *Augustin. de mus.* III 2 ‖ *eiusdem artis temporisque fetum, ne hic desideres,*

spumea lauit almus
ora iubis aquosis
Pegasus, in nitentem
peruolaturus aethram.

ORPHEI **uersus in latinum conuersi.**

sic effata simul uestem contraxit ab imo
obiecitque oculis formatas inguinibus res;
quas caua succutiens Bacchi manus (nam puerilis
ollis uultus erat) plaudit, contrectat amice.
tum dea defigens augusti luminis orbes
tristitias animi paulum mollita reponit,
inde manu poclum sumit risuque sequenti
perducit totum cyceonis laeta liquorem.

TARENTINUS **senarius.**

taurús draconem génuit et taurúm draco.

---

uide Poet. lat. min. III *p.* 169; *et eiusdem generis poetae Tiberiani fragmenta ibidem p.* 269; *ceterum hic in fine liceat repetere, neque me ea quae posui pro ueris certorum poetarum uersibus habere omnia et in eis quae neglexi, quia ficta a grammaticis uidebantur, fortasse hic illic genuina inesse: adeo difficile est in hac re ubique bona a prauis discernere. denique omisi omnino Seruii in libello de C metris* (*Gr. L. K.* IV) *exempla utpote certo ficta adferre.*

ORPHEI. *Arnobius* V 26 ipsos namque in medio ponemus uersus; quos Calliopae filius ore edidit graeco et cantandos per saecula iuri publicauit humano; *cf. Clemens Alex. protr.* 2, 21 | 1 simul] sinu *Lambinus* | 2 formata sanguinibus *cod.* | 2 Bacchi manus *Auratus et RFoersterus libri de raptu et reditu Persephones p.* 284: baubo manu *cod.* (s *finale hoc tempore ex imitatione priscorum abiectum*) Baubus manus *Heinsius* | amicae *cod.* | 6 tristias *cod. corr.* | 7 poculum *cod.* | risuquem *cod.*

TARENT. *Arnobius* V 21 tum illum citabimus Tarentinum notumque senarium, quem antiquitas canit dicens; *origo obscura* (*de Rhinthone cogitat Reifferscheidius*).

INCERTUS **de triumpho Cupidinis.**

Lactantius inst. diu. I 11: non insulse quidam poeta triumphum Cupidinis scripsit: quo in libro non modo potentissimum deorum Cupidinem, sed etiam uictorem facit. enumeratis enim amoribus singulorum, quibus in potestatem Cupidinis ditionemque uenissent, instruit pompam, in qua Iuppiter cum ceteris diis ante currum triumphantis ducitur catenatus.

INCERTI.

Poma ut in arboribus, pendent sic corpora nostra: 1
aut matura cadunt aut cito acerba ruunt.

Nuda Venus cinctu, nudi pinguntur Amores, 2
cum, quis nuda placet, nudos dimittat et ipsos.

ABLAVII **epigramma.**

Saturni aurea saecla quis requirat?
sunt haec gemmea, sed Neroniana.

INCERTI. 1 (*Anth. Burm.* III 96, *Mey.* 1554) *legitur in altercatione Hadriani et Epicteti* (*Bibl. Graec. Fabricii* XIII 561) *et porro* (*adnotante iam Meyero*) *in titulo CIL* VI 7574 | 1 quo modo mala in arbore pendunt *titulus* | pendent, sic sunt et corpora n. *alterc.* (*recte tit.*); *ante* pendent *interpunxi* | 2 aut si cito acerba *alterc.* aut cito acerua *titulus* ‖ 2 (*fortasse ex eodem poeta desumptum, et quidem, nisi fallor, ex Porphyrio, cuius mox uide fr.* 1; *ceterum respexit hoc Fulgentius myth.* II 4) *extat in eadem altercatione, ubi Hadriano interroganti 'quare Venus nuda pingitur', Epictetus uu. illis respondet* (*Anth. Burm.* I 66, *Mey.* 1553) | 1 cinctu *scripsi*: picta *alterc.* picta est *Pithoeus* | 2 cum (*uel* quod) quis *scripsi*: quibus *alterc.* nam quis *Burmannus* nam quos n. capit *Pithoeus* | et ipsos *scripsi*: oportet *alterc. sale penitus perdito* (*liberius ludit Buechelerus m. Rh.* 36, 330).

ABLAVIUS. *Sidon. Apoll. epist.* V 8 (19 *Barr.*) ut mihi non figuratius Constantini domum uitamque uideatur uel pu-

ALBINUS.

I. rerum Romanarum lib. I.

1 ille, cui ternis Capitolia celsa triumphis
sponte deum patuere, cui freta nulla repostos
abscondere sinus, non tutae moenibus urbes.

II. de metris.

2 uites spondeo totum concludere uersum;
posse puta fieri, iunges si dactylon apte.

INCERTI de metris.

acephalus, primus quorum hic quem dicimus ipse est;
nam prior est tribrachys.

---

pugisse uersu gemello consul [*a. p. Chr.* 331] Ablauius uel momordisse, disticho tali clam palatinis foribus appenso.

ALBINUS (*Teuffelius HLR.* § 405, 5). 1 *Prisc.* I 304 *H. de* cui *bisyllabo* ut Alb. r. R. I | 3 tutae *pars codd.*: tute *pars codd.* tutem R | urbes R *cum parte codd.*: urbis *pars codd.* || 2 *Victorinus GL. K.* VI 211 *de spondiazonte* at non inuenuste Albinus in libro, quem de metris scripsit, ita posuerit; *Audacis exc. GL. K.* VII *p.* 339 | 1 uites *Keilius*: uilem *cod Vict.* uitem *uel* uetat *Aud.* | spondeo *Aud.*: spondeum *cod. Vict.* | 2 puta fieri *Keilius*: patefieri *Aud.* fieri *Vict. cod.* | iunges si *scripsi*: iungi sed *uel* iunc cis sed *Aud.* iungens . s. *cod. Vict.* si iungas *Keilius* | dactylon apte *idem*: dactylum (dactili) apte *Aud.* dactilā capte *cod. Vict.*

INCERTUS. *Gr. L.* VI 636 *de uitiis hexametri et acephalo* cui deest, tale inuenitur, quale Horatius [oratius *cod.*] hoc ipsum uitium reprehendens posuit; *errore ridiculo nomen Horatii subrepsit in locum scriptoris metrici* (*fortasse Albini*) | 1 accephalus *cod.*

PAULUS QUAESTOR.

I. gratiarum actio.

oceanum rapidis linquens repetensque quadrigis. 1

II. incertae sedis.

Tartaream in sedem sequitur noua nupta maritum. 2
arbiter aurarum, qui fluctibus imperat atris. 3

PORPHYRII epigrammata.

nudus, egens, Veneris naufragus in pelago. 1

Auxilians fortuna tibi, res perfida, Quinte, 2
  extulit in fronte grande supercilium.
iam te altum credam? puteum puto te, bone Quinte:
  quanto altus magis es, tam mage despiceris.

PAULUS Q. 1 *Aldhelmus* 239 *Gil.* P. Q. in gratiarum actione ait ‖ 2 *idem p.* 231 unde P. Q. elisit 'm' litteram ita ‖ 3 *idem p.* 238 et P. Q. ait; *fortasse hoc fr. cum primo cohaeret.*

PORPHYRIUS (*fortasse idem cum auctore artificiorum metricorum est, de quo cf. Teuffelius* § 403). 1 *Fulgentius myth.* II 4 hanc (*Venerem*) etiam in mari natantem pingunt, quod omnis libido rerum patiatur naufragia. unde etiam Porphyrius in epigrammate ait ‖ 2. *Fulgent. Virgil. contin. p.* 758 *Stav.* ergo exaltatus quis in superbiam duplum eliditur. unde et P. in epigrammate ait | 1 auxilians *scripsi*: auxilium (auerlium *Guelf. prior*) *codd.* pauxillum *uulgo* | fortunatibus *Guelf. alter* | quinte *uel* quintae *codd.* | 2 extulit *Pal. et Guelf. priores*: ettulit *ceteri* | fronte (e *ex more huius temporis accentu producta*) *Palatini*, *Brux.*: prorae *Guelf. prior* frontem *Guelf. alter* | 3 iam (*uel* nunc *uel* num) te altum *scripsi*: nam ut aliud (nautaliud *Pal. prior* non aut aliud *Guelf. alt.*) *codd.* nam ne aliud *uulgo non minus sine sensu* | bone *scripsi*: quoque *codd.* | 4 quanto (*uel* quanti) magis altus *codd.* quam tu *Heinsius.*

CHALCIDII **ex Graecis conuersiones.**

I. ex Iliade.

1 stabat acerba tuens defixo lumine terrae.
2 terna luce petes Phthiae praefertilis arua.
3 dexter ad eoum uolitans solemque diemque.
4 – ◡◡ – ◡◡ – furor ignea lumina uoluit.
5 iste quidem clarus, sed tristia fata minatur.
6 – ◡◡ – ◡◡ – maerorem lumina linquunt.

II. ex Odyssea.

7 pectore pulsato mentem castigat acerbe:
quin toleras, mea mens? etenim grauiora tulisti.

III. ex Hesiodo.

8 prima haec est caligo, dehinc post terra creata est
spirantum sedes firmissima pectore uasto.

IV. ex Pythagora.

9 corpore deposito cum liber ad aethera perges,
euades hominem, factus deus aetheris almi.

V. ex Empedocle.

10 terram terreno comprendimus, aethera flammis,
humorem liquido, nostro spirabile flatu,
pacem tranquillo, litem quoque litigioso.

CHALCID. *(in hoc scriptore carui apparatu critico.)* 1 *Chalc. c.* 264; *Hom. Il.* III. 217 ‖ 2 *Chalc. c.* 252; *Hom. Il.* IX 363 ‖ 3 *Chalc. c.* 92; *Hom. Il.* XII 239 ‖ 4 *Chalc. c.* 264; *Hom. Il.* XII 466 ‖ 5 *Chalc. c.* 124; *Hom. Il.* XXII 30 ‖ 6 *Chalc. c.* 264; *nescio unde petitum* ‖ 7 *Chalc. c.* 181; *Hom. Od.* XX 17 ‖ 8 *Chalc. c.* 122 uelut ait Hesiodus (*theog.* 116) ‖ 9 *Chalc. c.* 135 Pythagoras etiam in suis aureis uersibus ‖ 10 *Chalc. c.* 50 similia non nisi

namque ego iamdudum uixi puer et solida arbos, 11
et tali sexu inde animal, tum lactea uirgo.

mutatos sobolis mactat pater impius artus, 12
dis epulum libans; saeua prece territa mente
hostia, luctifica funestatur dape mensa.
natus item ut pecudes caedit matremque patremque,
nec sentit caros mandens sub dentibus artus.

comprimite, o gentes, homicidia! nonne uidetis 13
mandere uos proprios artus ac uiscera uestra?

VI. ex Euripide.

nec mé latet nunc, quám cruenta cógitem; 14
sed uíncit ira sánitatem péctoris.

VII. ex Alexandro Milesio.

sortitos celsis replicant anfractibus orbes; 15
uicinum terris circumuolat aurea Luna,
quam super inuehitur Cyllenius; alma superne
nectareum ridens late splendet Cytherea;
quadriiugis inuectus equis sol igneus ambit
quartus et aethereas metas; quem deinde superne
despicit armipotens; sextus Phaethontius ardor
suspicit excelsum brumali frigore sidus;
plectricanae citharae septem discriminibus quos
assimilans genitor concordi examine iunxit.

---

a similibus suis comprehendi. quod etiam Empedocles sequens ait in suis uersibus ‖ 11—13 *Chalc. c.* 195 Empedocles tamen Pythagoram secutus ait eas *(animas)* non naturam modo agrestem sortiri, sed etiam formas uarias, cum ita dicit — . . ut ipse aliis testatur uersibus, quibus abstineri oportere censet animalibus — item alio loco ‖ 14 *Chalc. c.* 181 apud Euripidem contra in Medeae mente salua iracundia rationis lumen extinxerat; ait enim ‖ 15 *Chalc. c.* 71 consentit his *(de plan-* Alexander Milesius ita dicens.

VIII. oracula.

16 uetitós caueto lîberum sulcós seras:
generátus ille té mactabit ímpie,
et ómnis aula réspergetur sánguine.

17 perdet Croesus Halyn transgressus maxima regna.

18 uicinis offensa, deo carissima plebes,
armorum cohibe munimina: corporis omne
discrimen sola capitis tutabitur umbra.

Q. AURELIUS SYMMACHUS.

1 Attica palla tegit socerum, toga picta parentem:
praefuit iste sacris, hic dixit iura Quiriti;
at mihi castrensem quod mordet fibula uestem,
Aurorae in populis regum praetoria rexi.
sed fasces pictura tacet: tu respice fastus.

2 huc deus Alcides stabulanda armenta coegit
eruta Geryonae de lare tergemini.
inde recens aetas corrupta boaulia Baulos
nuncupat occulto nominis indicio.
ab diuo ad proceres dominos fortuna cucurrit,
fama loci obscuros ne pateretur eros:

---

16 *Chalc. c.* 151 Laio praedictum est ab Apolline (2 inde te?) ‖ 17 *Chalc. c.* 167 ut est illa Apollinis ‖ 18 *Chalc. c.* 168 Argiuis per oraculum quaerentibus, an aduersum Persas bellum suscipi conueniret, responsum est.

Q. AUR. SYMMACH. (*Teuffelii HLR* § 425). 1 *Symmachi epist.* I 1 Baulos Lucrina sede mutauimus . . ibi Acindyno conditori eiusque maioribus emmetra uerba libaui et picturae licentiam, quae uestitum disparem singulis tribuit, in rationem coegi . . accipe cantilenam | 2 hic dixit F: indixit V | quiritis *codd.* | 5 si fasces *ed. uet.* ‖ 2 *Symm. ibidem* audi uersus ad Baulorum historiam pertinentes | alcydes V | 2 gersone V gerionis F | 3 boaulia *Lipsius ex Seruio ad Aen.* VI 107 *et* VII 662: bualia V boalia F | 6 heros *codd.* | 7 ortensius V | 9 achyndinus acynodos F.

hanc celebrauit opum felix Hortensius aulam,
contra Arpinatem qui stetit eloquio.
hic consul clarum produxit Acindynus aeuum
quique dedit leges Orfitus Aeneadis.
hos inter iuuenile decus, sed honore senili,
bis seno celsus, Symmache, fasce cluis.
sed te Baulorum necdum lenta otia quaerunt:
cura habeat iuuenem publica peruigilem.

ubi corniger Lyaeus 8
operit superna Gauri,
Volcanus aestuosis
media incoquit cauernis,
tenet ima pisce multo
Thetis et sorore Baia
calet unda, friget aethra,
simul innatat choreis
Amathusium renidens,
salis arbitra et uaporis,
flos siderum, Dione.

L. AURELIUS AVIANIUS SYMMACHUS.

Aradius Rufinus.

Princeps ingenio, fortunae munere princeps 1
aetatis, Rufine, tuae, cui prospera quaeque,

---

8 *Symm. epist.* I 8 iamdudum uestri cupiunt Lucrina tacita et liquida Baiana et Puteoli adhuc celebrantes et Bauli magnum silentes .. contendite uiam atque animaduertite meliora terrarum, ubi alte turbis quiescitur, ubi fruendis feriis modus nullus est | 1 lyeus V | 2 superna Gauri *Salmasius*: supernam gutturi *codd.* | 4 medium coquit *codd.*, *corr. Heinsius* | 5 una V | 6 sorore Baia *scripsi*: Baiae sorores *codd.* uagae s. *Heinsius solum metrum corrigens* | 7 aethra Γ: ethera V ethna M | 7, 8 *erat cum conicerem* friget ora siluis, natat | 9 Amathusias *Heinsius* | renidens Γ: renitens V renitas M.

L. AUR. AVIAN. SYMMACH. (*Teuffelius HLR.* § 425, 1) 1—5. *Symm. epist.* I 2 (*pater Symmacho*) scis Terentium .. Reatinum ..

admiranda cui se aequabat gloria rebus;
unus amor cunctis et praesidium trepidorum;
principibus, quorum uiguisti tempore, doctus
aut calcaria ferre bonis aut frena tyrannis.

Valerius Proculus.

2 cum primis, quos non onerauit gloria patrum,
ponemus Proculum, uitae morumque decore
haud umquam indignum magnorum Poplicolarum.
olli semper amor ueri et constantia, simplex
caelicolum cultus: non illum spernere posses
et, quamquam reuerendus erat, non inde timeres.

Anicius Iulianus.

3 cuius opes aut nobilitas aut tanta potestas,
cedenti cui non praeluxerit Amnius unus?
acer ab ingenio cunctisque adcommodus idem
hic et carus erat, conferre iuuare paratus
(nam diues), tum celsus honoribus, et tamen illis
grandior, aeterno conplebat nomine Romam.

Petronius Probianus.

4 iactet se Fortuna aliis, quos iudice nullo
lucem ad Romuleam sua sola licentia uexit:
te, Probiane, pudor, te felix gratia teque
Itala simplicitas morum et sollertia iuuit.
adsidue quocirca, Augustis notus et hospes,
praemia magnorum tetulisti dignus honorum.

---

hebdomadon libros epigrammatum adiectione condisse; illud . . conamur imitari . . interim pauca misi | 1 *tit.* Arcadius ruffinus Γ, *corr. Iuretus*; *om.* V | 3 admiranda. tuis aequabat V, *correxi*; tristitiam tua mirandis aequabat (aequali ac) Γ Φ prosp. cuique tristia mirandis aeq. *uulgo* | 5 quorum] quibus Γ | 6 tyrannis uale V ‖ 2 *tit.* Γ: *om.* V | 1 honorauit Γ | 2 decore *Wingendorpius:* decorem *codd.* | 3 publicolarum *codd.* | 5 posses *Iuretus*:

Verinus.

uirtutem, Verine, tuam plus mirer in armis,
Eoos dux Armenios cum caede domares,
an magis eloquium morum uitaeque leporem
et (nisi in officiis quotiens tibi publica cura est)
quod uitam innocuis tenuisti lentus in agris?
nullum ultra est uirtutis opus; nam si esset, haberes.

LICENTII carmen ad Augustinum.

Arcanum Varronis iter scrutando profundi
mens hebet aduersamque fugit conterrita lucem.
nec mirum; iacet omnis enim mea cura legendi
te non dante manum et consurgere sola ueretur.
nam simul ut perplexa uiri compendia tanti
uoluere suasit amor sacrosque attingere sensus,
quis numerum dedit ille tonos mundumque Tonanti
disseruit canere et pariles agitare choreas,

---

possis *codd.* | 6 erat *idem*: eris **V** *om.* Γ Φ | non deinde Γ Φ | timeris *codd.*, *corr. Seeckius* ‖ 3 *tit.* Γ: *om.* **V** | 2 cedenti cumon Γ non cedent cui non **V** | amnius **V**: animus Γ annius Φ | 5 *mutaui interpunctionem* | 6 aeterna Γ aeternam *Scioppius* ‖ 4 *tit.* Γ: *om.* **V** | 1 quos *Seeckius*: quod *codd.* | 2ad] ac Γ | 5 assidue quia **V** quocirca adsiduos Γ | 6 retulisti **V** ‖ 5 *tit.* Γ: *om.* **V** | 4 cura ē *scripsi* (*cf. Symm. filii* 2, 14): curae *codd.* | 5 lentus *scripsi* (*cf. ibid.* 13): laetus *codd.*

LICENTII (*Teuffelius HLR.* § 448, 4; *Wernsdorfius PLM. IV* 504 *sqq.*) *carmen in Augustini epist.* 26 (*ed. Migne p.* 103 *sqq.*) *extans ab hac collectione excludere nolui, quia philologis non uno nomine utile est; recensui ad codices Mus. Brit. Reg.* 5. *VI saec. XI—XII* (**R**) *et Cassinensem* 232[1] *saec. XI—XII* (= **K**), *quorum collationes futurus Augustini epistularum editor Goldbacherus humane suppeditauit* ‖ Licentius ad Augustinum **K** rescriptum licentii ad augustinum **R** ‖ 2 habet **K** ‖ 7 tonos **K**: thomos (*m.* 1 *suprascr.* ł tonos) **R** tonis *uulgo* | tonanti **K R**.

implicuit nostrum uaria caligine pectus
induxitque animo rerum uiolentia nubem.
inde figurarum positas sine puluere formas
posco amens aliasque graues offendo tenebras
ad summam astrorum causam clarosque meatus,
obscuros quorum ille situs per nubila monstrat:
sic iacui nutans, ut talem omnino ruinam
nec qui nos prohibet latebras agnoscere caeli
nec persona daret functorum freta cauernis.
Protea namque ferunt ueterum commenta Pelasgum,
qui, dum sollicitis non uult aperire futura,
spumat aper, fluit unda, fremit leo, sibilat anguis,
captum aliquando tamen in munera parua uolucrum.
at mihi, qui nimium curis grauioribus angor
dulci quique animo subdulcia pabula quaero,
Varronis responsa latent. quod supplice cantu
praesidium nymphale rogem, quae flumina poscam?
an te uoce uocem, clari quem rector Olympi
fontibus infantum praefecit et abdita iussit
ubertate animi longe ructare fluenta?
ferto, magister, opem ac iutum: ne desere uires
inualidas mecumque sacras subuertere glebas
incipe. tempus enim, nisi me mortalia fallunt,
labitur in seniumque trahit. tibi noster Apollo

---

tonando *edd. aliquot* ‖ 8 sagitare **K** ‖ 9 uaria nostrum **K** ‖ 11 sine] in *edd. aliquot* ‖ 13 ad summam **K**: assumam **R** adsumam *Mignii codd. tres* | causam *scripsi cum* ad summam *iungens*: causas *codd.* ‖ 14 Obscurum **K** ‖ 15 iacui **R**: tacui **K** ‖ 17 functorum *edd. aliquot*: punctorum *codd.* ‖ 18 Propterea **K** ‖ 20 Spumata perfluit **K** ‖ 21 innumera **R** | uolucris (*m.* 1 *suprascr.* l uolucrum) **R** ‖ 23 dulci quique animo *scripsi*: dulcia quaeque animae *codd.* quique *iam Pithoeus* | sub dulcia **R** sed dulcia **K** ‖ 25 nymphale *scripsi*: nymphamue *codd.*, *quo decepti uarie u. immutabant* ‖ 26 uocē uocem **R** ‖ 29 ac iutum (= adiutum, *ut* iutor *pro* adiutor *arch. lexicogr.* II 234) *scripsi*: ac tu tū (*tres uoces coniunxit m.* 2) **R** actuitū **K**.

corda replet patremque suum patremque deorum
conciliat legemque bonam pacemque cruentam
monstrat et abducto uelamine singula pandit.
uiginti emensus nam longos forsitan orbes
solis eras, cum te ratio pulcherrima mundi,
ditior imperiis et nectare dulcior omni,
corripuit statuitque uagum medioque locauit,
omnibus unde aciem posses intendere rebus.
o bone, carpe iter annorum, sapientia quantum
crescit amore sui, inueniens noua culmina semper.
perge uiam, qua te soboles praeclara Tonantis
perducit, sternens in planos ardua campos;
et cum luciferos praeconia uesper in ortus
distulerit sanctumque super benedixeris ignem,
sis memor ipse mei. bibulam qui porgitis aurem
legibus inuictis, contundite pectora palmis,
sternite membra solo meritosque ciete dolores
et prohibete nefas. deus imperat omnibus unum,
admonet antistes uenturaque fulmina terrent.
o mihi transactos reuocet si pristina soles
laetificis aurora rotis, quos libera tecum
otia sectantes et candida iura bonorum
duximus Italiae medio montesque per altos:
non me dura gelu prohiberent frigora cano
nec fera tempestas Zephyrum fremitusque Borini,
quin tua sollicito premerem uestigia passu.
hoc opus ut iubeas, tantum cruor irriget artus,
solstitio Meroen, bruma sectabimur Histrum,
ignotus Garamas soluet mihi uincula, Gerrhus

---

33 patremque suum *m.* 2 *suprascr.* **K** ‖ 30 statimq; **R** ‖ 40 posse **K** ‖ 44 Producit **R** ‖ 45 praeconia *Wernsdorfius*: praecordia *codd.* ‖ 47 porgitis *scripsi*: ponitis *codd.* ‖ 49 cite **K** ‖ 51 fulmina **R**: flumina **K** ‖ 54 sectantes *Wernsdorfius*: tentantes *codd.* | ut **R** ‖ 57 zefrum *in* zefirum *m.* 2 *corr.* **K** ‖ 59 iubeas tantum, cruor *uulgo interpungunt*; *correxi* ‖ 60 Solstitio Meroen (*uel* Mauros) *Schraderus obss.* 32 *ex Claud. de cons. Ol. et Prob.* 135: Sol sticion euros **R** solstitio mane uros **K** Neuros *uulgo* ‖ 61 garamas (*ex* — nias *corr.?*) **R**: gamaras **K** | gerrus *siue* Gerrhus

Xampaeosque lacus fugiens Hypaneius amnis
Callipidum Scythicas resonet spumosus ad undas;
ibimus et Leucos, qua Leucia solis in ortus
tenditur, et uasti deserta cacumina Cassi,
quis Epidaphnaeas aequat sibi Cassia rupes,
unde quiescentem auroram currusque solutos
sopitamque diem media sub' nocte uiderem,
te suadente petam; nec enim labor aut metus ullus
terret, ubi insontem precibus deus audit apertis.
et nunc Romulidum sedes et inania rerum
culmina bacchatasque domos uanosque tumultus
desererem et totus semel in tua corda uenirem,
ni mens coniugio incumbens retineret euntem.
crede meis, o docte, malis ueroque dolori,
quod sine te nullos promittunt carbasa portus
erramusque procul turbata per aequora uitae,
praecipites densa ueluti caligine nautae,
quos furor australis, stridens et flatus ab euro
perculit et raptis priuauit turbo magistris
(protinus abruptis miseri uoluuntur in undis:
non forus aut prorae, non lintea deinde procellas
ferre ualent ratioque iacet stupefacta regendi):
sic me uentus agit uoluuntque cupidinis aestus
in mare letiferum nec terrae protinus adsunt.
sed mecum reputans tua candida uerba, magister,
haec magis esse reor tibi credere. callida res est:
decipit atque animis molitur retia nostris.
praeteritos oblitus enim praesentia prenso.
nunc tibi, care, tuo nos nos de pectore lapsi?

---

scripsi: gentis **K R** Gerris *edd. aliquot* plantis *Wernsdorfius* ‖ 62 Xampeosq; **R** Exampa eosque **K** | ypaneius **R K** ‖ 63 callipedum **R K** | resonet **R K**: resonat *uulgo* ‖ 66 epidafneas **R** epi dafna eos **K** ‖ 71 rerum *scripsi*: remi **K** reti **R** tecti *uulgo pessime* ‖ 73 disererem **K** ‖ 76 *fortasse* prospectant ‖ 80 Pertulit **R** | turbauit **R** ‖ 83 iacet *om.* **R** ‖ 85 adsunt *Wernsdorfius*: absunt *codd.* ‖ 87 haec *intellego de mentis fluctuatione* ‖ 89 prenso *scripsi*: praesto *codd.* ‖ 90 care *uulgo*: cara *codd.* | nos nos de

ei mihi! quo ferar, unde uelim tibi pandere mentem?
ante sub Aegaeo optabunt pia tecta palumbes
et uersa alcyone componat in arbore nidos,
esuriens uitulos alat ante leaena sequaces
atque impasta diu teneros lupa nutriat agnos
mutantesque suis diuisum partibus orbem
aut Barçaeus aret Taurum aut Hyrcania Mauros;
ante Thyesteis iterum male territa mensis
interrupta dies refugos uanescat in ortus,
ante dabunt imbres Nilum, super aequora dammae
errabunt montesque tremant et flumina laudent,
quam mihi post tergum ueniant tua dona, magister.
arcet amor coplamque tenet communis honesti.
hic hic regnat amicitiae decus hoste fugato.
nam neque propter opes uitreas aurumque rebelle
iungunt nos sensus animorum, nam neque uulgi
nos fortuna ruens, quae separat ardua, iunxit;
sed labor interiora legens uulgata libellis
atque animis inuenta piis et nobile dogma
indictum contraque bonos responsa relatus.
et mea Calliope quamuis te cominus altum
horreat et uultus abscondat inutile tractans,
hoc tamen hoc animi uinclum nexusque fideles
non qui montosis firmatas rupibus Alpes
fregit et Italicas pressit cum moenibus urbes

R: nos de **K** nos nuuc de *uulgo* ‖ 91 Ei] *sic codd.* ‖ 92 aptabunt *unus codex Mignii* ‖ 93 *an* uerna ? | altione **R** | componat *codd.*; *et sic in sequentibus coniunctiuum habent, qui noto posterioris latinitatis usu pro futuro ponitur* ‖ 97 aret *Wernsdorfius*: arcet **R** arec **K** alet *uulgo* | hyrcania sauros **K** hyrcanias auros **K**, *corr. Wernsdorfius* ‖ 100 aequora *Schraderus obss.* 33: aethera *codd.* | dammae (fort. ex damniae *corr.*) **R** damae **K** ‖ 101 tremant *scripsi:* canant *codd.* | laudent *codd.*: plaudent *uulgo* ‖ 103 copulamque *codd.*, *corr. Reinhartus* ‖ 106 iungunt nos sensus *scripsi*: iungimus assensus *codd.* ‖ 109 animis] is *m.* 2 *suprascr.* **K** | piis (*etiam ad* libellis *pertinens*) *scripsi*: tuis *codd.* ‖ 110 bonos (*sic codd.*) *sanum? an* nouos ? ‖ 115 *malim* cum ruribus.

rumperet aut nostro tereret de robore quicquam.
ite procul latices tumidis anfractibus orti
aut ab Arimphaeis Riphaeis oppida Caspi
Cimmeriasue domos seiungere flumine largo
Maeotumque plagas; pontus quas obruit Helles
Europae atque Asiae longe discrimina tendat;
nonne boum per utrumque latus armenta fatigans
finibus abscidit Talari Dodona Molossos
cognatosque Arabas? nec pacis foedus amicum
Sidonios inter mansit regnumque Pelopum
sacrilegosque Phrygas, quamuis pro tempore iunctis
hospitium commune fuit. quid denique fratrum
discidium pugnasque canam? quid honesta parentum
uerbera, quid matrum furias natosque superbos?
est etiam superum concors discordia rerum,
totque fluunt ritus, quot dat sententia leges,
sed tenet unus amor. non si mihi murmura centum
det Boreas totidemque animas centumque per ora
lingua rigens adamante fremat, memorare queamus
quae sociata prius ueterum natura locorum

---

116 tereret de *codd.*: terreret *uulgo* | quicquam] uires *m.* 1 *suprascr.* **R** ‖ 117 orti (*cum* procul *iungendum*) *ex* **R** *recepi*: oxi **K** Oxi *uulgo totius loci intellectu turbato* ‖ 118 arimfa eis **K** arimfeis **R** | rifaeis (*et iterum in noua pagina* rifaeos) **K**: rifeos **R** | aut oppida *codd.*; aut *deleui tam a metro quam a sententia damnatum* ‖ 119 Cimmeriasque (Caimm. **K**) *codd.*, *correxi* ‖ 120 Maeotidumque (Metid. **R**) *codd.*, *corr. Wernsdorfius* | plagae *codd.*, *correxi* ‖ 121 tendant *codd.*, *correxi* ‖ 122 Non eboum **K** ‖ 123 *nondum correctus* | abscindet *Pithoeus* abscindit *Wernsdorfius* | talari *codd.*: lateri *Pithoeus* Thalari *edd. aliquot* | molassos **K** ‖ 125 Sidoneos **K** | *an* Pelasgum? ‖ 126 iunctis *scripsi*: cunctis *codd.* ‖ 127 Hospitium **K**: Hospitio **R** | qui *m.* 1 **K** ‖ 131 quod **K** ‖ 132 sed *scripsi*: Nec **K** Non **R**; *an* continet? | munera **K** ‖ 134 queamus *codd.*: ualebo *uulgo.*

distulit et tereti limauit gloria mundo.
sed nos praeterea, quod ab una exsurgimus urbe,
quod domus una tulit, quòd sanguine tangimur uno
saeclorum, christiana fides conexuit; et quod
nos iter immensum disterminat et plaga ponti
interfusa coercet: amor contemnit utrumque,
gaudia qui spernens oculorum semper amico
absenti fruitur, quoniam de corde profundo
pendet et internae rimatur pabula fibrae.
interea uenient quaecumque futura bonorum
scripta salutiferi sermonis (et illa priorum
aequiparanda fauis, reputans quae pectore in alto
conceptum in lucem uomuisti nectareum mel),
praesentem ipsa mihi te reddent, si mihi morem
gesseris et libros, quibus intellecta recumbit
musica, tradideris; nam ferueo totus in illos.
annue, sic nobis uerum ratione patescat,
sic plus Eridano fluat, et contagia mundi
nequaquam uolitent nostri circum arua coloni.

---

136 gloria *codd.*: glarea *uulgo*; *locus nondum correctus* || 137 praetereo K || 138 tinguimur R || 138, 9 *an* uno, Saecli odio chr. ? | christiana] i *alt. consona* | connexuit R contexuit K || 143 absente K || 144 *an* rumatur (= *ruminatur*), *quod Licentium certe non dedecet?* || 145 futura bonorum *obscurum* || 147 pectoris *in* -re *m.* 1 *corr.* K || 150 intellecta *Wernsdorfius*: in te lenta *codd.* || 151 ferti eo K || 154 nequaquam R: nequiquam K nequicquam *uulgo* | *fortasse* nostris — colonis || *ne quis alterum piarum ineptiarum specimen desideret, hic saltim addere placet uersus Audacis ad Augustinum (epist.* 260 *p.* 1075 *Mignii, Wernsdorfii l. l. p.* 514) *hosce*:

Cur mihi fons orbis paruo sermone meauit?
An minus apta suis sperauit corda fluentis,
Cum pateat mens omnis aquis spectetque loquacem
Religionis opem? gratos dat sensibus imbres,
Exspectat quos plena fides Christi de stipite pendens.

in quibus u. 5 *heptametrum exagitauit in responsione Augustinus.*

HILARII ARELATENSIS.

1 Si uere exurunt ignes, cur uiuitis, undae?
si uere extinguunt undae, cur uiuitis, ignes?

2 Lympharum in gremiis inimicos condidit ignes
Communisque ortus imperat alta manus

* * * * * * * * *

PARTHENII **uersiculi.**

1 tempore quo medio peragunt sum sidera cursum,
noctis et obscuris densantur cuncta tenebris,
cum refugit somnus fallaxque recedit imago
teque tenax nostris reuoluta memoria reddit
sensibus, intuimur corde amplexuque tenemus
et fruimur mutuis tacito sic ore loquellis.
ast ego cernere sic te absentem gratulor absens:
credo equidem, quod docta parem nec Graecia misit

HILARIVS (*Teuffelius HLR.* § 457, 7). *Gregorius Turon. libri de cursu stellarum* (*ed. F. Haasius Vratisl.* 1853 *p.* 14 *sq.*) quintum (*miraculum*) est de fontibus Gratianopolitanis, de quibus simul et latex emanat et ignis .. hinc Hilarius quidam ait (*secuntur* 1 *et* 2 *sine interuallo*); *scripsisse Hil. Arel.* uersus fontis ardentis *testatur Honoratus Massiliensis uita Hil.* 11 (14) | 1, 2 extingunt *cod.* | 2, 1 limpharum *cod.*, *qui post u.* 2 et reliqua *addit, ut finem omissum esse appareat.*

PARTHENIUS (*Teuffelius* § 476, 8). *ex epistula Parthenii* (parthemius *bis codex*) *ad Sigesteum in Reifferscheidii anecdotis Casinensibus p.* 4 *ubi peruerse editor 'uersus foedissimis uitiis ipsius P. culpa abundare' censet*, *cum scateant hae epistolae mendis scribarum* ‖ 1, 1 sum *cod.*, suum *corr. m. rec. saec. XV*; *at illud et Africanis conuenit poetis et Ennii more sic ut pronuntiabant scriptum est* | 4 teque totum nostris tenax memoria reddet *cod.*, *triplici uitio metrico mendum coarguente; correxi* (reddit *iam Reiffersch.*) | 5 intuemur cordisque amplexu tenemus *cod.*, *correxi* | 6 mutuis] u *alt. consona usu apud hos poetas non raro* | 7 sic *Reiffersch.*: si *cod.* | 8 parem *scripsi*: talem

nec Larissa potens similem procreauit Achillem,
te qualem armipotens, te fertilis Africa frugum
uexit ad astra uirum. quem claro lumine fulgens
sol fecit placido nostro de pectore tolli.

te clipeo, galea et lorica caelitus armet 2
  omnipotens, et sit uita beata tibi!

---

doc. (*cf.* 9 similem) | 9 neque Larissa *cod.*, *correxi* | 10 nostris qualem a. tam fertilis *cod.*, *corr.* *Reifferscb.* | 12 sol fecit *scripsi*: scilicet tunc *cod.* sol ortu (*et* tollit) *Reifferscb.* ‖ 2, 1 clipeo loricaque et galea *cod.*, *quadruplici uitio mendum coarguente*, *correxi*.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

Praefatio p. 21. carmina Marciana incendio a. 83 consumpta anno a. Chr. 77 uel 76 templo Apollinis restituta esse, potui colligere ex uerbis Seruii ad Aen. VI 72 hisce *qui libri* (Sibyllini) *in templo Apollinis seruabantur, nec ipsi tantum, sed et Marciorum et Begoes nymphae, quae artem scripserat fulguritorum apud Tuscos.* par est enim Seruium respicere ad tempus annum 83 non praegressum, sed insecutum. ceterum ut hoc addam, suspicio illa, qua iam dudum opinabar Begoes (uel Vegoes) nymphae scripta latina maximeque nobile illud fragmentum, quod habes in Lachmanni gromaticis p. 350, posteriore aeuo apud Romanos esse supposita, hinc egregie confirmatur; nec iam dubito illa eidem anno 77 uel 76 adscribere. et habuisse hos Begoes nymphae libros ex parte saltem formam metricam, discimus ex Ammiano Marcellino XVII 10, 2 *mortem fortasse metuens aduentantem, ut in Tageticis libris legitur* ⟨*uel*⟩ *Vegoicis* [*uegonicis* codd.], *fulmine mox tangendos adeo hebetari ut nec tonitrum nec maiores aliquos possint audire fragores.* in quibus uersus sibi audire uidebatur iam C. O. Muellerus libri de Etruscis II² p. 25, ego fragmentum huius operis p. 294 addendum sic in orationem derectam restituo corrigoque:

> – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ – ◡◡ fulminis uis mox
> tangendos adeo hebetat, ut nec tonitrum nec
> maiores aliquos possint audire fragores.

in quibus u. 2 habes omissam ante *h* synaloephen ex more prisco (supra p. 16).

p. 36 Appii Claudii fragmenti 1 uersui alteri lenior fortasse medela adhiberi potest haece *ne quíd fraudís stuprí* | *fero̍ciá páriat*, ut sint *fraudis* et *stupri* ex uetere consuetudine asyndetice iuncta. — ad eiusdem fragm. 3 adde in notis: *fāber* prisce *ut in titulo Paeligno* '*dés forté fáber*' *(Buechelerus m. Rh.* XXXV 496).

LIVIUS ANDRONICUS. in fragm. 26, 2 (p. 40) lege *an súperus,* fragm. 45 (p. 43) ⊥ *eránt.*

NAEVIUS. in fragm. 39, 1 (p. 48) *ueí*; fragm. 46 (p. 49) *conténtim* | *cónterít*; fragm. 60 (p. 51) suauiore cum rhythmo *Satúrniúm huc* | *tú.*

ENNIUS. p. 112 in adnotat. crit. lin. 7 ab imo pro *caerula* lege *caeruleo.* — casu infelici inter fragmenta incertae sedis (p. 132 sqq.) omisi referre id quod referendum esse ipse monueram Fleckeis. ann. 1884 p. 840, scilicet locum Hieronymi adu. Rufinum 2, 11 (indicatum ab Usenero, mus. Rh. 28, 409) hunce: *sed nos simplices homines et c i c u r e s E n n i a n i nec illius sapientiam nec tuam qui interpretatus es intellegere possumus.*

p. 137 num inter 'incertorum uersiculos' recte receperim ex Anecdotis Helueticis (in quibus qui adferuntur uersus tam saepe nos ludunt) id quod est *instantibu paruis*, ualde nunc dubito, siquidem potest corruptum esse ex Lucretii (I 186) illo *infantibus paruis*; cf. Diomedes 430, 2 K.

LUCILIUS. p. 152 in adnot. crit. lin. 5 ab imo lege 'a portu est sex *Rutgersius*'. — p. 211, fr. 490, 2, *cacinnum súbicit.* — p. 213, fr. 505, fortasse est praeferendum *cum in gymnasio in stadio duplici.* — ceterum diu deliberaui, num ubique quae fragmenta olim unius saturae uinculo coniuncta fuisse uiderentur indicarem; tandemque eo perueni, ut in libro XXX exemplum exhiberem. nunc uellem, alibi quoque indicassem. nam cum in copulandis fragmentis non mediocre posuerim studium, tamen rationibus in adnotatione non expositis (id quod uetuit nimia quae sic euasura erat illius moles) uereor ut omnes intellegant ubique, quid uoluerim (ex. gr. a fragm. 649 nouam incipere saturam).

ACCIUS. fragm. 28 (p. 271) etsi, ne deesset omnino, adscripsi, tamen num recte fecerim nunc dubito, cum praesertim Seruii optimus codex F *Acilius* pro *Accius* praebeat. cum autem in Seruii uerbis id quod est *ante* ad unum Ennium (non ut Thilo putat, ad Vergilium) spectet, ita est derigenda emendatio, ut iam recto talo stet *ante* illud. latetne *Aquilius?*

SORANUS (p. 272 sq.). quod in adnotatione non facile licuit addere, hic subiciam. fortasse ad Valerium Soranum pertinent ea quae leguntur apud Festum 363 *Tappulam legem conuiualem ficto nomine conscripsit iocoso carmine Valerius Valentinus*; nimirum a Valentia, altero Romae nomine (cf. fragm. 6), Soranus fictum nomen sibi adsumens se transmutauit iocose in Valentinum; *luitque* huius nominis ficti *poenas* condemnatus scilicet in ea re, quam narrat Valerius Maximus VIII, 1, 8 (nam de morte famam ficticiam puto).

INDEX AUCTORUM.

[numeri spectant ad paginas].

Varro
Varro
Vergi